ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LIX

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC-LXVII

An. et vol. LIX **30 Ianuarii 1967** **N. 1**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano —** ***Administratio:*** **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Sacrarum Indulgentiarum recognitio promulgatur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

I

1. INDULGENTIARUM DOCTRINA et usus, in catholica Ecclesia a pluribus saeculis vigentes, in divina revelatione quasi in solido fundamento innituntur,[1] quae, ab Apostolis tradita, « sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit», dum «Ecclesia..., volventibus saeculis, ad plenitudinem divinae veritatis iugiter tendit, donec in ipsa consummentur verba Dei ».[2]

Ad rectam autem huius doctrinae eiusque salutaris usus intellegentiam quasdam veritates recolamus oportet, quas universa Ecclesia verbo Dei illuminata semper credidit, et Episcopi, Apostolorum suc-

[1] Cfr. Concilium Tridentinum, Sessio XXV, *Decretum de indulgentiis* : « Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit, atque huiusmodi potestate divinitus sibi tradita antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit... » : D.-S. (= Denzinger-Schönmetzer) 1835 ; cfr. *Matth.* 28, 18.

[2] Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de divina revelatione *Dei verbum,* n. 8: *A. A. 8.* 58 (1966) p. 821; cfr. Concilium Vaticanum I, Const. dogm. de fide catholica *Dei Filius,* cap. 4 De fide et ratione: D.-S 3020.

cessores, atque imprimis Romani Pontifices, successores Beati Petri, sive per pastoralem praxim sive per doctrinalia documenta decursu saeculorum docuerunt et docent.

2. Quemadmodum divina revelatione docemur, poenae peccata consequuntur a divina sanctitate et iustitia inflictae, sive in hoc mundo luendae, doloribus, miseriis et aerumnis huius vitae et praesertim morte,[3] sive etiam per ignem et tormenta vel poenas *catharterias* in futuro saeculo.[4] Christifideles proinde semper sibi persuasum habebant pravam viam offendicula multa habere, eamque asperam, spinosam et nocivam esse iis, qui ambularent in ea.[5]

Quae poenae iusto et misericordi iudicio Dei imponuntur ad purificandas animas et sanctitatem ordinis moralis defendendam, et ad gloriam Dei in plenam eius maiestatem restituendam. Omne enim pec-

[3] Cfr. *Gen.* 3, 16-19 : « Mulieri quoque dixit (Deus) : Multiplicata aerumnas tuas et conceptus tuos; in dolore paries filios et sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui. Adae vero dixit : Quia audisti vocem uxoris tuae et comedisti de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo : in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. Spinas et tribuios germinabit tibi... In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es; quia pulvis es, et in pulverem reverteris ».

Cfr. etiam *Luc.* 19, 41-44; *Rom.* 2, 9 et *1 Cor.* 11, 30.

Cfr. Augustinus, *Enarr. in Ps. LT III* 1, 13: «Iniquitas omnis, parva magnave sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine paenitente, aut a Deo vindicante»: *GCL* 39, p. 739; *PL* 36, 701.

Cfr. Thomas, *8. Th.* 1-2, q. 87, a. 1: «Cum autem peccatum sit actus inordinatus, manifestum est quod quicumque peccat, contra aliquem ordinem agit. Et ideo ab ipso ordine consequens est quod deprimatur. Quae quidem depressio poena est».

[4] Cfr. *Matth.* 25, 41-42: «Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Esurivi enim, et non dedisti mihi manducare». Vide etiam *Marc.* 9, 42-43; *Io.* 5, 28-29; *Rom.* 2, 9; *Gal.* 6, 6-8.

Cfr. Concilium Lugdunense II, Sessio IV, *Professio fidei Michaelis Palaeologi imperatoris:* D.-S. 856-858.

Cfr. Concilium Florentinum, *Decretum pro Graecis:* D.-S. 1304-1306.

Cfr. Augustinus, *Enchiridion,* 66, 17 : « Multa etiam hic videntur ignosci et nullis suppliciis vindicari ; sed eorum poenae reservantur in posterum. Neque enim frustra ille proprie dicitur dies iudicii, quando venturus est iudex vivorum atque mortuorum. Sicut e contrario vindicantur hic aliqua, et tamen si remittuntur, profecto in futuro saeculo non nocebunt. Propterea de quibusdam temporalibus poenis, quae in hae vita peccantibus irrogantur, eis quorum peccata delentur, ne reserventur in finem, ait Apostolus *(1 Cor.* 11, 31-32) : " Si enim nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur, eum iudicamur autem a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur " » : ed. Scheel, Tubingae 1930, p. 42; *PL* 40, 263.

[5] Cfr. *Hermae pastor,* Mand. 6, 1, 3: Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 487.

catum secumfert perturbationem ordinis universalis, quem Deus ineffabili sapientia et infinita caritate disposuit, et destructionem ingentium bonorum respectu tum peccatoris ipsius tum communitatis hominum. Menti autem christianorum omnium temporum clare apparebat peccatum, non solum transgressionem legis divinae, sed insuper, etsi non semper directe et aperte, esse contemptum vel neglectum personalis amicitiae inter Deum et hominem,[6] et veram ac numquam satis aestimabilem Dei offensam, immo ingratam reiectionem amoris Dei in Christo nobis oblati, cum Christus discipulos suos amicos vocaverit, non servos.[7]

3. Necessarium est ergo ad peccatorum plenam remissionem et reparationem, quae dicitur, non solum ut per sinceram conversionem mentis amicitia cum Deo restauretur et offensa sapientiae et bonitati Eius illata expietur, sed etiam ut omnia bona tum personalia tum socialia tum ea, quae ad ipsum ordinem universalem pertinent, per peccatum imminuta vel destructa, plene redintegrentur, vel per voluntariam reparationem quae non erit sine poena, vel per tolerantiam poenarum ab ipsa iusta et sanctissima Dei sapientia statutarum, e quibus elucescant in universo mundo sanctitas et splendor gloriae Dei. Ab existentia autem et gravitate poenarum dignoscuntur peccati insipientia et malitia, eiusque malae sequelae.

Poenas vero luendas vel reliquias peccatorum purificandas manere posse et revera frequenter manere etiam postquam culpa iam remissa est,[8] doctrina de purgatorio luculenter ostendit : in hoc enim animae

[6] Cfr. *Is.* 1, 2-3: «Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesaepe domini sui; Israël autem me non cognovit, et populus meus non intellexit». Cfr. etiam *Deut.* 8, 11 et 32, 15ss.; *Ps.* 105, 21 et 118, passim; *Sap.* 7, 14; *Is.* 17, 10 et 44, 21; *Ier.* 33, 8; *Ez.* 20, 27.

Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de divina revelatione *Dei verbum,* n. 2 : «Hac itaque revelatione Deus invisibilis (cfr. *Col.* 1, 15; *1 Tim.* 1, 17) ex abundantia caritatis suae homines tamquam amicos alloquitur (cfr. *Ex.* 33, 11; *Io.* 15, 14-15) et cum eis conversatur (cfr. *Bar.* 3, 38), ut eos ad societatem Secum invitet in eamque suscipiat»: *A. A. S.* 58 (1966) p. 818. Cfr. etiam ibid., n. 21: 1. c. p. 827-828.

[7] Cfr. *Io.* 15, 14-15.

Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 22 : *A. A. S.* 58 (1966) p. 1042; et Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 13 : *A. A. S.* 58 (1966) p. 962.

[8] Cfr. *Num.* 20, 12 : « Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron : Quia non credidistis mihi, ut sanctificantis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis ».

Cfr. *Num.* 27, 13-14: «Cumque videris eam, ibis et tu ad populum tuum, sicut ivit

defunctorum, quae « vere paenitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis)),[9] post mortem poenis purgatoriis purificantur. Ipsae quoque liturgicae preces idem satis indicant, quibus ab antiquissimis temporibus communitas christiana ad sacram synaxim admissa utitur orans « ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur)).[10]

Omnes autem homines in hoc mundo peregrinantes levia saltem et quotidiana peccata, quae dicuntur, committunt :[11] ita ut omnes misericordia Dei indigeant, ut a peccatorum sequelis poenalibus liberentur.

frater tutis Aaron, quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas ».

Cfr. *2 Reg.* 12,13-14: «Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur».

Cfr. Innocentius IV, *Instructio pro Graecis:* D.-S. 838.

Cfr. Concilium Tridentinum, Sessio VI, can. 30: «Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori paenitenti ita culpam remitti et reatum aeternae poenae deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis, exsolvendae vel in hoc saeculo vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna caelorum aditus patere possit : an. s. » : D.-S. 1580; cfr. etiam D.-S. 1689, 1693.

Cfr. Augustinus, *In Io. en. tr.* 124, 5 : « Cogitur homo tolerare (hanc vitam) etiam remissis peccatis; quamvis ut in eam veniret miseriam, primum fuerit causa peccatum. Productior est enim poena quam culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena. Ac per hoc vel ad demonstrationem debitae miseriae, vel ad emendationem labilis vitae, vel ád exercitationem necessariae patientiae, temporaliter hominem detinet poena et quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa » : *CCL* 36, pp. 683-684 ; *PL* 35, 1972-1973.

[9] Concilium Lugdunense II, Sessio IV : D.-S. 856.

[10] Cfr. Dom. in Sept., *Oratio:* Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi : ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur.

Cfr. Feria II post dom. I in Quadrag., *Oratio super populum:* Absolve, quaesumus, Domine, nostrorum vincula peccatorum : et, quidquid pro eis ineremur, propitiatus averte.

Cfr. Dom. III in Quadrag., *Postcommunio:* A cunctis nos, quaesumus, Domine, reatibus et periculis propitiatus absolve : quos tanti mysterii tribuis esse participes.

[11] Cfr. *Iac.* 3, 2 : « In multis enim offendimus omnes ».

Cfr. *1 Io.* 1, 8 : « Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos sedueimus, et veritas in nobis non est». Quem textum Concilium Carthaginense sic commentatur: « Item placuit, quod ait S. Ioannes Apostolus : Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos sedueimus, et veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita est, an. s. » : D.-S. 228.

Cfr. Concilium Tridentinum, Sessio VI, *Decr. de iustificatione,* cap. II: D.-S. 1537.

II

4. Ex arcano ac benigno divinae dispositionis mysterio, homines supernaturali necessitudine inter se coniunguntur, qua peccatum unius etiam ceteris nocet, sicut etiam sanctitas unius beneficium ceteris affert.[12] Ita christifideles auxilium sibi invicem praestant ad finem supernaturalem consequendum. Communionis huius testimonium in ipso Adamo manifestatur, cuius peccatum in omnes homines propagatione transit. Sed maius et perfectius necessitudinis huius supernaturalis principium, fundamentum et exemplar est ipse Christus, in cuius societatem Deus nos vocavit.[13]

5. Etenim Christus, « qui peccatum non fecit », « passus est pro nobis » ;[14] « vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra ... et livore eius sanati sumus ».[15]

Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 40: « Cum vero in multis offendimus omnes (cfr. *Iac.* 3, 2), misericordiae Dei iugiter egemus atque orare quotidie debemus : " Et dimitte nobis debita nostra " *(Matth.* 6, 12) » : *A. A. S.* 57 (1965) p. 45.

[12] Cfr. Augustinus, *De bapt. contra Donat.* 1, 28 : *PL* 43, 124.

[13] Cfr. *Io.* 15, 5: «Ego sum vitis, vos palmites; qui manet in me, et ego in eo, Me fert fructum multum».

Cfr. *1 Cor.* 12, 27 : « Vos autem estis corpus Christi et membra de membro ». Cfr. etiam *1 Cor.* 1, 9 et 10, 17; *Eph.* 1, 20-23 et 4, 4.

Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 7: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 10-11.

Cfr. Pius XII, Litt. encycl. *Mystici Corporis:* «Ex eadem autem Spiritus Christi communicatione efficitur ut... Ecclesia veluti plenitudo constituatur et complementum Redemptoris, Christus vero quoad omnia in Ecclesia quodammodo adimpleatur (cfr. Thomas, *Comm. in epist, ad, Eph.* 1, lect. 8). Quibus quidem verbis ipsam attigimus rationem, cur... Caput mysticum quod Christus est, et Ecclesia, quae hisce in terris veluti alter Christus eius personam gerit, unum novum hominem constituant, quo in salutifero crucis opere perpetuando caelum et terra iunguntur: Christum dicimus Caput et Corpus, Christum totum»: D.-S. 3813; *A. A. S.* 35 (1943) pp. 230-231.

Cfr. Augustinus, *Enarr. 2 in Ps. XC,* 1 : « Dominus noster Iesus Christus, tamquam totus perfectus vir, et caput, et corpus : caput in illo homine agnoscimus, qui natus est de Maria virgine... Hoc est caput ecclesiae. Corpus huius capitis ecclesia est, non quae hoc loco est, sed et quae hoc loco et per totum orbem terrarum; nec illa quae hoc tempore, sed ab ipso Abel usque ad eos qui nascituri sunt usque in finem et credituri in Christum, totus populus sanctorum ad unam civitatem pertinentium; quae civitas corpus est Christi, cui caput est Christus» : *CCL* 39, p. 1266; *PL* 37, 1159.

[14] Cfr. *1 Pt.* 2, 22 et 21.

[15] Cfr. *Is.* 53, 4-6 cum *1 Pt.* 2, 21-25; cfr. etiam *Io.* 1, 29; *Rom.* 4, 25 et 5, 9ss.; *1 Cor.* 15, 3; *2 Cor.* 5, 21; *Gal.* 1, 4; *Eph.* 1, 7ss.; *Hebr.* 1, 3 etc.; *1 Io.* 3, 5.

Christi vestigia secuti,[16] christifideles semper conati sunt se invicem adiuvare in via ad Patrem caelestem, oratione, spiritualium bonorum exhibitione et paenitentiali expiatione ; quo f erventiore autem caritate excitabantur, eo magis sectabantur Christum patientem, crucem propriam ferentes in expiationem peccatorum suorum et aliorum, certo scientes se fratribus suis ad salutem adipiscendam opitulari posse apud Deum misericordiarum Patrem.[17] Hoc perantiquum communionis Sancto-

[16] Cfr. *1 Pt.* 2, 21.

[17] Cfr. *Col.* 1, 24 : « Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis et adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia».

Cfr. Clemens Alexandrinus, *Lib. Quis dives salvetur* 42: S. Ioannes Apostolus iuvenem latronem hortatur ad paenitentiam, exclamans: «Ego pro te Christo rationem reddam. Si sit opus, tuam ipse libens mortem sustinebo, quemadmodum Dominus pro nobis mortem tulit. Animam meam pro tua vicariam dabo » : *GCS Clemens* 3, p. 190 ; *PG* 9, 650.

Cfr. Cyprianus, *De lapsis* 17; 36: «Credimus quidem posse aput iudicem plurimum martyrum merita et opera iustorum, sed cum iudicii dies venerit, cum post occasum saeculi huius et mundi ante tribunal Christi populus eius adstiterit ». « Paenitenti, operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre quidquid pro talibus et petierint martyres et fecerint sacerdotes » : *CSEL S'*, pp. 249-250 et 263 ; *PL* 4, 495 et 508.

Cfr. Hieronymus, *Contra Vigilantium* 6 : « Dicis in libello tuo, quod dum vivimus, mutuo pro nobis orare possumus; postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio: praesertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare non quiverint *(Apoc.* 6, 10). Si apostoli et martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro caeteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti : quanto magis post coronas, victorias et triumphos?»: *PL* 23, 359.

Cfr. Basilius Magnus, *Homilia in martyrem Julittam* 9: Oportet igitur Aere cum flentibus. Ubi videris fratrem lugentem ob peccatorum paenitentiam, lacrimare cum viro eiusmodi ac illius commiseresce. Ita enim tibi licebit ex malis alienis tuum corrigere. Nam qui férvidas lacrimas pro peccato proximi effundit, dum fratrem deflet, medetur sibimetipsi... Luge peccati causa. Animae aegritudo est peccatum; mors est animae immortalis; peccatum luctu atque irrequietis lamentis dignum est»: PG 31, 258-259.

Cfr. Ioannes Chrysostomus, *In epist, ad Philipp.* 1, hom. 3, 3 : « Igitur non generatim eos qui moriuntur, lugeamus, neque de viventibus generatim gaudeamus; sed quid? Lugeamus peccatores non solum morientes, sed etiam viventes: de iustis gaudeamus, non solum dum vivunt, verum etiam postquam mortui fuerint » : *PG* 62, 203.

Cfr. Thomas, *S. Th.* 1-2, q. 87, a. 8 : « Si loquamur de poena satisfactoria, quae voluntarie assumitur, contingit quod unus portet poenam alterius, inquantum sunt quodammodo unum... Si autem loquamur de poena pro peccato inflicta, inquantum habet rationem poenae, sic solum unusquisque pro peccato suo punitur: quia actus peccati aliquid personale est. Si autem loquamur de poena quae habet rationem medicinae, sic contingit quod unus punitur pro peccato alterius. Dictum est enim quod detrimenta corporalium rerum, vel etiam ipsius corporis, sunt quaedam poenales medicinae ordinatae ad salutem animae. Unde nihil prohibet talibus poenis aliquem puniri pro peccato alterius, vel a Deo vel ab homine». ^

rum dogma est,[18] quo vita singulorum filiorum Dei in Christo et per Christum cum vita omnium aliorum fratrum christianorum mirabili nexu coniungitur in supernaturali unitate Corporis mystici Christi, quasi in una mystica persona.[19]

Hoc modo exhibetur « thesaurus Ecclesiae ».[20] Qui quidem non est quasi summa bonorum ad instar materialium divitiarum, quae per saecula cumulantur, sed est infinitum et inexhaustum pretium, quod apud Deum habent expiationes et merita Christi Domini, oblata ut humanitas tota a peccato liberetur et ad communionem cum Patre perveniat; est ipse Christus Redemptor, in quo sunt et vigent satisfactiones et merita redemptionis eius.[21] Praeterea ad hunc thesaurum pertinet etiam pretium vere immensum et incommensurabile et semper

[18] Cfr. Leo XIII, Epist, encycl. *Mirae caritatis* : « Nihil est enim aliud sanctorum communio... nisi mutua auxilii, expiationis, precum, beneficiorum communicatio inter fideles vel caelesti patria potitos vel igni piaculari addictos vel adhuc in terris peregrinantes, in unam coalescentes civitatem, cuius caput Christus, cuius forma caritas » : *Acta Leonis XIII* 22 (1902) p. 129; D.-S. 3363.

[19] Cfr. *1 Cor.* .12, 12-13 : «Sicut enim corpus unum est et membra habet multa; omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt; ita et Christus. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus ».

Cfr. Pius XII, Litt. encycl. *Mystici Corporis:* «Ita (Christus) in Ecclesia quodammodo vivit, ut ipsa quasi altera Christi persona exsistat. Quod quidem gentium Doctor ad Corinthios scribens affirmat, cum, nihil aliud adiiciens, " Christum " Ecclesiam vocat (cfr. *1 Cor.* 12, 12), ipsumque profecto Magistrum imi ta tus, qui eidem Ecclesiae insectanti adclamaverat ex alto : " Saule, Saule, quid me persequens? " (cfr. *Act.* 9, 4; 22, 7; 26, 14). Quin immo si Nysseno credimus, saepius ab apostolo Ecclesia " Christus " nuncupatur (cfr. *De vita Moysis: PO* 44, 385) ; nec ignotum vobis est, venerabiles Fratres, illud Augustini effatum : " Christus praedicat Christum " (cfr. *Sermones* 354, 1 ; *PL* 39, 1563) » : *A. A. S.* 35 (1943) p. 218.

Cfr. Thomas, S. *Th.* 3, q. 48, a. 2 ad 1 et q. 49, a. 1.

[20] Cfr. Clemens VI, Bulla iubilaei *Unigenitus Dei Filius:* «Unigenitus Dei Filius... thesaurum militanti Ecclesiae acquisivit... Quem quidem thesaurum... per beatum Petrum caeli clavigerum, eiusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum... Ad cuius quidem thesauri cumulum beatae Dei Genitricis omniumque electorum a primo iusto usque ad ultimum merita adminiculum praestare noscuntur ... » : D.-S. 1025, 1026, 1027.

Cfr. Sixtus IV, Epist, encycl. *Romani Pontificis:* «...Nos, quibus plenitudo potestatis ex alto est attributa, de thesauro universalis Ecclesiae, qui ex Christi Sanctorumque eius meritis constat, Nobis commisso, auxilium et suffragium animabus purgatorii afferre cupientes ... » : D.-S. 1406.

Cfr. Leo X, Decretum *Cum postquam* ad Caietanum de Vio legatum papae : «... thesaurum meritorum Iesu Christi et Sanctorum dispensare...»: D.-S 1448; cfr. D.-S. 1467 et 2641.

[21] Cfr. *Hebr.* 7, 23-25 ; 9, 11-28.

novum, quod coram Deo habent orationes ac bona opera Beatae Mariae Virginis et omnium Sanctorum, qui, Christi Domini per ipsius gratiam vestigia secuti, semetipsos sanctificaverunt, et perfecerunt opus a Patre acceptum; ita ut, propriam salutem operantes, etiam ad salutem fratrum suorum in unitate Corporis mystici contulerint.

« Universi enim qui Christi sunt, Spiritum eius habentes, in unam Ecclesiam coalescunt et invicem cohaerent in ipso (cfr. *Eph.* 4, 16). Viatorum igitur unio cum fratribus qui in pace Christi dormierunt, minime intermittitur, immo secundum perennem Ecclesiae fidem, spiritualium bonorum communicatione roboratur. Ex eo enim quod caelites intimius cum Christo uniuntur, totam Ecclesiam in sanctitatem firmius consolidant ... ac multipliciter ad ampliorem eius aedificationem contribuunt (cfr. *1 Cor.* 12, 12-27). Nam in patriam recepti et praesentes ad Dominum (cfr. *2 Cor.* 5, 8), per Ipsum, cum Ipso et in Ipso non desinunt apud Patrem pro nobis intercedere, exhibentes merita quae per unum Mediatorem Dei et hominum, Christum Iesum (cfr. *1 Tim.* 2, 5), in terris sunt adepti, Domino in omnibus servientes et adimplentes ea quae desunt passionum Christi in carne sua pro Corpore eius quod est Ecclesia (cfr. *Col,* 1, 24). Eorum proinde fraterna sollicitudine infirmitas nostra plurimum iuvatur ».[22]

Unde inter fideles, vel caelesti patria potitos, vel admissa in purgatorio expiantes, vel adhuc in terris peregrinantes, profecto est perenne caritatis vinculum et bonorum omnium abundans permutatio, quibus, peccatis omnibus totius Corporis mystici expiatis, iustitia divina placatur; misericordia autem Dei ad veniam provocatur, quo citius peccatores contriti ad plenam fruitionem bonorum familiae Dei perducantur.

III

6. Ecclesia, harum veritatum inde a primis temporibus conscia, varias vias noverat et iniit, ut fructus redemptionis Dominicae singulis fidelibus applicarentur, et ut fideles ad salutem fratrum operarentur; et sic totum corpus Ecclesiae in iustitia et sanctitate ad perfectum regni Dei adventum componeretur, quando Deus erit omnia in omnibus.

Ipsi enim Apostoli exhortabantur discipulos suos, ut pro salute pec-

[22] Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 49: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 54-55.

catorum orarent;[23] quem usum antiquissima Ecclesiae consuetudo sancte servavit,[24] maxime cum paenitentes intercessionem totius communitatis invocabant,[25] et eo quod defuncti suffragiis, praesertim oblatione sacrificii eucharistici, sublevabantur.[26] Etiam opera bona, ea imprimis quae humanae fragilitati difficilia sunt, in Ecclesia iam ab antiquis temporibus pro salute peccatorum Deo offerebantur.[27] Cum autem passiones, quas martyres pro fide atque pro lege Dei sustinebant, magni aestimarentur, paenitentes ab iis petere solebant, ut eorundem meritis adiuti celerius ab episcopis reconciliationem acciperent.[28] Preces

[33] Cfr. *Iac.* 5, 16 : « Confltemini ergo alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio iusti adsidua».

Cfr. *1 Io.* 5, 16 : « Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem».

[24] Cfr. Clemens Romanus, *Ad Cor.* 56, 1 : « Oremus igitur et nos pro iis, qui in peccato quopiam versantur, ut moderatio et humilitas iis concedatur, ut non nohis, sed voluntati divinae cedant. Sic enim mentio, quae cum misericordia eorum fit apud Deum et sanctos, ipsis fructuosa erit et perfecta » : Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 171.

Cfr. *Martyrium s. Polycarpi* 8, 1 : « Cum autem precationem tandem finiisset, in qua mentionem fecerat omnium, qui aliquando cum ipso versati fuerant, parvorum quidem et magnorum, clarorum et obscurorum totiusque per orbem terrarum catholicae ecclesiae...»: Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 321, 323.

[25] Cfr. Sozomenus, *Hist. Eccl.* 7, .16: In paenitentia publica, peractis iam missarum solemnibus, in ecclesia romana, paenitentes «cum gemitu ac lamentis pronos se in terram abiciunt. Tum episcopus cum lacrimis ex adverso occurrens, pariter ipse humi pro volvitur; et universa ecclesiae multitudo, simul confitens, lacrimis perfunditur. Posthaec vero primus exsurgit episcopus, ac prostratos erigit; factaque, ut decet, precatione pro peccatoribus paenitentiam agentibus, eos dimittit » : *PG* 67, 1462.

[26] Cfr. Cyrillus Hierosolymitanus, *Catechesis* 23 *(mystag.* 5), 9; 10: **«i** Deinde et pro defunctis sanctis patribus et episcopis, et omnibus generatim qui inter nos vita functi sunt (oramus) ; maximum hoc credentes adiumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et perquam tremenda coram iacet victima». Re autem confirmata exemplo coronae, quae plectitur imperatori, ut in exsilium pulsis veniam praestet, idem S. Doctor sermonem concludit dicens: «Ad eundem modum et nos pro defunctis, etiamsi peccatores sint, preces Deo offerentes, non coronam plectimus; sed Christum mactatum pro peccatis nostris offerimus, clementem Deum cum pro illis tum pro nobis demereri et propitiare satagentes» : *PG* 33, 1115; 1118.

Cfr. Augustinus, *Confessiones* 9,12, 32: *PL* 32, 777; et 9, 11, 27 : *PL* 32, 775; *Sermones* 172, 2: *PL* 38, 936; *De cura pro mortuis gerenda* 1, 3 : *PL* 40, 593.

[27] Cfr. Clemens Alexandrinus, *Lib. Quis dives salvetur* 42: (S. Ioannes Apostolus, in conversione iuvenis latronis) «Exinde partim crebris orationibus Deum deprecans, partim continuatio una cum iuvene ieiuniis simul decertans, variisque denique sermonum illecebris animum eius demuleens, non prius destitit, ut aiunt, quam illum firma constantia Ecclesiae gremio admovisset... » *:CGS* 17, pp.189-190; *PG* 9, 651.

[28] Cfr. Tertullianus, *Ad martyras* 1, 6 : « Quam pacem quidam in ecclesia non habentes a martyribus in carcere,exorare consueverunt»: *CCL* 1, p. 3; *PL* 1, 695.

Cfr. Cyprianus, *Epist. 18* (alias: 12), 1: «Occurrendum puto fratribus nostris, ut

enim et bona opera iustorum tanti aestimabantur, ut paenitentem adiutorio totius plebis christianae lavari, mundari atque redimi affirmaretur.[29]

In his omnibus vero non singuli fideles, propriis tantum viribus, pro remissione peccatorum aliorum fratrum operari putabantur; ipsa enim Ecclesia, ut unum corpus, Christo capiti iuncta, in singulis membris satisfacere credebatur.[30]

Ecclesia autem Patrum sibi omnino persuasum habebat, se opus salvificum exsequi in communione et sub auctoritate Pastorum, quos Spiritus Sanctus posuit episcopos ad regendam Ecclesiam Dei.[31] Episcopi itaque omnibus prudenter perpensis statuebant modum et mensuram satisfactionis praestandae, immo et permittebant, ut paenitentiae canonicae aliis redimerentur operibus, forte facilioribus, bono communi convenientibus vel pietatem foventibus, quae ab ipsis paenitentibus, immo aliquando ab aliis fidelibus essent peracta.[32]

qui libellos a martyribus acceperunt... manu eis in paenitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace quam dari martyres litteris ad nos factis desideraverunt » : *CSEL* 3[2], pp. 523-524; *PL* 4, 265; cfr. Id. *Epist. 19* (alias: 13), 2, *CSEL* 3[2], p. 525; *PL* 4, 267.

Cfr. Eusebius Caesariensis, *Hist. Eccl.* 1, 6, 42: *COS Eus.* 2, 2, 610; *PO-* 20, 614-615.

[29] Cfr. Ambrosius, *De paenitentia* 1, 15: «...velut enim operibus quibusdam totius populi purgatur, et plebis lacrimis abluitur, qui orationibus et fletibus plebis redimitur a peccato, et in homine mundatur interiore. Donavit enim Christus ecclesiae suae, ut unum per omnes redimerei, quae domini Iesu meruit adventum, ut per unum omnes redimerentur » : *PL* 16, 511.

[30] Cfr. Tertullianus, *De paenitentia* 10, 5-6 : « Non potest corpus de unius membri vexatione laetum agere: condoleat universum et ad remedium conlaboret necesse est. In uno et altero ecclesia est, ecclesia vero Christus : ergo cum te ad fratrum genua protendis Christum contrectas, Christum exoras; aeque illi cum super te lacrimas agunt Christus patitur, Christus patrem deprecatur. Facile impetratur semper quod filius postulat»: *COL* 1, p. 337; *PL* 1, 1356.

Cfr. Augustinus, *Enarr. in Ps. LXXXV* 1 : *CCL* 39, pp. 1176-1177 ; *PL* 37, 1082.

[31] Cfr. *Act.* 20, 28. Cfr. etiam Concilium Tridentinum, Sessio XXIII, Decr. de sacramento ordinis, c. 4: D.-S. .1768; Concilium Vaticanum I, Sessio IV, Const. dogm. de Ecclesia *Pastor aeternus*, c. 3: D.-S. 3061; Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 20 : *A. A. S.* 57 (1965) p. 23.

Cfr. Ignatius Antiochenus, *Ad Smyrnaeus* 8, 1 : « Separatim ab episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad ecclesiam spectant...»: Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 283.

[32] Cfr. Concilium Nicaenum I, can. 12: «...quicumque enim et metu, et lacrimis, et tolerantia, et bonis operibus conversionem et opere et habitu ostendunt, hi impleto auditionis tempore quod praefinitum est, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod liceat etiam episcopo humanius aliquid de eis statuere...» : Mansi, *SS. Conciliorum collectio* 2, 674.

Cfr. Concilium Neocaesariense, can. 3: 1. c. 540.

Cfr. Innocentius I, *Epist.* 25, 7, 10: *PL* 20, 559.

IV

7. Persuasio in Ecclesia vigens Dominici gregis Pastores per applicationem meritorum Christi et Sanctorum singulos fideles a reliquiis peccatorum liberare posse, paulatim decursu saeculorum, Spiritu Sancto afilante, qui populum Dei iugiter animat, usum indulgentiarum induxit, per quem profectus in doctrina ipsa et disciplina Ecclesiae factus est, non permutatio,[33] et ex radice revelationis novum bonum invectum ad utilitatem fidelium ac totius Ecclesiae.

Usus autem indulgentiarum, paulatim propagatus, tum maxime in historia Ecclesiae ut factum conspicuum apparuit, quando Romani Pontifices, opera quaedam bono communi Ecclesiae convenientia, « pro omni paenitentia reputanda esse)) decreverunt,[34] atque fidelibus « vere paenitentibus et confessis » atque huiusmodi opera peragentibus ((de omnipotentis Dei misericordia et... Apostolorum eius meritis et auctoritate confisi », ((Apostolicae plenitudine potestatis », « non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum ... veniam peccatorum » concedebant.[35]

Nam « Unigenitus Dei Filius ... thesaurum militanti Ecclesiae acquisivit ... Quem quidem thesaurum ... per beatum Petrum, caeli clavi-

Cfr. Leo Magnus, *Epist.* 159, 6 : *PL* 54, 1138.

Cfr. Basilius Magnus, *Epist.* 217 (canonica 3), 74: «Quod si unusquisque eorum, qui in praedictis peccatis fuere, paenitentiam agens, bonus evaserit, is cui a Dei benignitate ligandi atque solvendi credita potestas, si clementior fiat, perspecta illius qui peccavit paenitentiae magnitudine, ad diminuendum poenarum tempus, non erit dignus condemnatione, cum ea quae est in Scripturis, historia nos doceat, eos qui cum maiore labore paenitentiam agunt, cito Dei misericordiam consequi » : *PG* 32, 803.

Cfr. Ambrosius, *De paenitentia* 1, 15 (vide supra, in nota 29).

[33] Cfr. Vincentius Lirinensis, *Commonitorium primum,* 23 : *PL* 50, 667-668.

[31] Cfr. Concilium Claromontanum, can. 2 : « Quicumque pro sola devotione, non pro honoris vel pecuniae adeptione ad liberandam ecclesiam Dei Ierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni paenitentia reputetur» : Mansi, *SS. Conciliorum collectio* 20, 816.

[35] Cfr. Bonifatius VIII, Bulla *Antiquorum habet:* «Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem basilicam principis Apostolorum de Urbe concessae sunt magnae remissiones et indulgentiae peccatorum; Nos igitur... huiusmodi remissiones et indulgentias omnes et singulas ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolica confirmamus et approbamus... Nos de omnipotentis Dei misericordia et eorundem Apostolorum eius meritis et auctoritate confisi, de fratrum Nostrorum consilio et Apostolicae plenitudine potestatis omnibus... ad basilicas ipsas accedentibus reverenter, vere paenitentibus et confessis... in huiusmodi praesenti et quolibet centesimo secuturo annis non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedemus et concedimus veniam peccatorum ... » : D.-S. 868.

geruni, eiusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, et propriis et rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debitae, tam generaliter, quam specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent), vere paenitentibus et confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatae Dei Genetricis omniumque electorum... merita adminiculum praestare noscuntur ».[36]

8. Haec remissio poenae temporalis debitae pro peccatis, ad culpam quod attinet, iam deletis, proprio nomine ((indulgentia » vocata est.[37]

Quae indulgentia communia quaedam habet cum aliis rationibus seu viis ad peccatorum reliquias tollendas initis, sed insimul ab iisdem rationibus plane distinguitur.

In indulgentia enim Ecclesia, sua potestate utens ministrae redemptionis Christi Domini, non tantum orat, sed christifideli apte disposito auctoritative dispensat thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum ad poenae temporalis remissionem.[38]

[36] Clemens VI, Bulla iubilaei *Unigenitus Dei Filius:* D.-S. 1025, 1026 et 1027.

[37] Cfr. Leo X, Decr. *Cum postquam* : «... tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliquae tamquam matrem sequi tenentur, tradidisse: Romanum Pontificem, l'etri clavigeri successorem et Iesu Christi in terris vicarium, potestate clavium, quarum est aperire regnum caelorum tollendo illius in Christi fidelibus impedimenta (culpam scilicet et poenam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante sacramento paenitentiae, poenam vero temporalem pro actualibus peccatis secundum divinam iustitiam debitam mediante ecclesiastica indulgentia), posse pro rationabilibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui caritate iungente membra sunt Christi, sive in hac vita sint, sive in purgatorio, indulgentias ex superabundantia meritorum Christi et Sanctorum; ac tam pro vivis quam pro defunctis Apostolica auctoritate indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Iesu Christi et Sanctorum dispensare, per modum absolutionis indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragii illam transferre consuevisse. Ac propterea omnes, tam vivos quam defunctos, qui veraciter omnes indulgentias huiusmodi consecuti fuerint, a tanta temporali poena, secundum divinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessae et acquisitae indulgentiae aequivalet»: D.-S. 1447-1448.

[38] Cfr. Paulus VI, Epist. *Sacrosancta Portiunculae:* «Indulgentia, quam paenitentibus Ecclesia largitur, est manifestatio illius mirabilis communionis Sanctorum, quae uno caritatis Christi nexu Beatissimam Virginem Mariam et christifidelium in caelis triumphantium vel in Purgatorio degentium vel in terris peregrinantium coetum mystice devincit. Etenim indulgentia, quae tribuitur ope Ecclesiae, minuitur vel omnino aboletur poena, qua homo quodammodo impeditur, ne arctiorem cum Deo coniunctionem assequatur; quapropter paenitens fidelis praesens reperit auxilium in hac singulari caritatis ecclesialis forma, ut veterem exuat hominem novumque induat, " qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creavit illum " *(Col.* 8, 10) » : *A. A. S.* 58 (1966), pp. 683-634.

Finis quem ecclesiastica auctoritas sibi proponit in elargiendis indulgentiis, in hoc est positus ut non solum adiuvet christifideles ad poenas debitas luendas, sed etiam eosdem impellat ad pietatis, paenitentiae et caritatis opera peragenda, ea praesertim quae fidei incremento et bono communi conducunt.[39]

Quod si christifideles indulgentias in suffragium defunctorum transferant, eximio modo caritatem exercent et, dum superna cogitant, terrena rectius componunt.

Hanc doctrinam Magisterium Ecclesiae in variis documentis vindicavit atque declaravit.[40] In usum quidem indulgentiarum nonnumquam

[39] Cfr. Paulus VI, Epist. cit. : « Iis vero christifidelibus, qui paenitentia ducti hanc " metanoian " adipisci nituntur, eo quod post peccatum eam sanctitatem affectant, qua primum baptismate induti sunt in Christo, obviam it Ecclesia, quae etiam largiendo indulgentias, materno quasi complexu et adiumento debiles infirmosque sustinet filios. Non est igitur indulgentia facilior via, qua necessariam peccatorum paenitentiam devitare possumus, sed est potius fulcimen, quod singuli fideles, infirmitatis suae cum humilitate nequaquam inscii, inveniunt in mystico Christi corpore, quod totum " eorum conversioni caritate, exemplo, precibus adlaborat " (Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* c. 2, n. 11) » : *A. A. S.* 58 (1966) p. 632.

[40] Clemens VI, Bulla iubilaei *Unigenitus Dei Filius:* D.-S. 1026.

Clemens VI, Epist. *Super quibusdam:* D.-S. 1059.

Martinus V, Bulla *Inter cunctas:* D.-S. 1266.

Sixtus IV, Bulla *Salvator noster:* D.-S. 1398.

Sixtus IV, Epist, encycl. *Romani Pontificis provida:* «Nos scandalis et erroribus -huiusmodi... obviare volentes per Brevia Nostra ad... praelatos scripsimus, ut Christi fidelibus declarent, ipsam plenam indulgentiam pro animabus exsistentibus in purgatorio per modum suffragii per Nos fuisse concessam, non ut per indulgentiam praedictam Christi fideles ipsi a piis et bonis operibus revocarentur, sed ut illa in modum suffragii animarum saluti prodesset; perindeque ea indulgentia proficeret, acsi devotae orationes piaeque eleemosynae pro earundem animarum salute dicerentur et o ff eren tur... non quod intenderemus, prout nec intendimus, neque etiam inferre vellemus, indulgentiam non plus proficere aut valere quam eleemosynae et orationes, aut eleemosynas et orationes tantum proficere tantumque valere quantum indulgentia per modum suffragii, cum sciamus orationes et eleemosynas et indulgentiam per modum suffragii longe distare; sed eam " perinde " valere diximus, id est, per eum modum, " ac si " id est per quem orationes et eleemosynae valent. Et quoniam orationes et eleemosynae valent tamquam suffragia animabus impensa, Nos, quibus plenitudo potestatis ex alto est attributa, de thesauro universalis Ecclesiae, qui ex Christi Sanctorumque eius meritis constat, Nobis commisso, auxilium et suffragium animabus purgatorii afferre cupientes supradictam concessimus indulgentiam ...» : D.-S. 1405-1406.

Leo X, Bulla *Exsurge Domine:* D.-S. 1467-1472.

Pius VI, Const. *Auctorem fidei,* prop. 40 : « Propositio asserens, " indulgentiam secundum suam praecisam notionem aliud non esse quam remissionem partis eius paenitentiae, quae per canones statuta erat peccanti " ; quasi indulgentia praeter nudam remissionem poenae canonicae non etiam valeat ad remissionem poenae temporalis pro peccatis actualibus debitae apud divinam iustitiam: - falsa, temeraria, Christi meritis

abusus irrepserunt, tum quia « per indiscretas et superfluas indulgentias » claves Ecclesiae contemnebantur et paenitentialis satisfactio enervabatur,[41] tum quia propter « pravos quaestus » indulgentiarum nomen blasphemabatur.[42] Ecclesia vero, abusus emendans atque corrigens, ((indulgentiarum usum, christiano populo maxime salutarem, et sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet et praecipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant ».[43]

9. Ecclesia autem etiam hodie omnes suos filios invitat, ut ponderent atque considerent, quantum valeat usus indulgentiarum ad vitam singulorum, immo etiam totius societatis christianae fovendam.

Ut breviter praecipua commemoremus, primum quidem salutaris hic usus docet: «malum et amarum est reliquisse ... Dominum Deum».[44] Fideles enim, cum indulgentias assequuntur, intellegunt se non posse propriis viribus expiare malum, quod peccando sibi ipsis immo toti communitati intulerunt, et ideo ad humilitatem salutarem excitantur.

Usus deinde indulgentiarum docet, quam intima unione in Christo

iniuriosa, dudum in art. 19 Lutheri damnata»: D.-S. 2640. Ibid., prop.^41: «Item in eo, quod subditur, " scholasticos suis subtilitatibus inflatos invexisse thesaurum male intellectum meritorum Christi et Sanctorum, et clarae notioni absolutionis a poena canonica substituisse confusam et falsam applicationis meritorum"; quasi thesauri Ecclesiae, unde Tapa dat indulgentias, non sint merita Christi et Sanctorum: - falsa, temeraria, Christi et Sanctorum meritis iniuriosa, dudum in art. 17 Lutheri damnata » : D.-S. 2641. Ibid., prop. 42: «Item in eo, quod superaddit, " luctuosius adhuc esse, quod chimaerea isthaec applicatio transferri volita sit in defunctos " : - falsa, temeraria, piarum aurium offensiva, in Romanos Pontifices et in praxim et sensum universalis Ecclesiae iniuriosa, inducens in errorem haereticali nota in Petro de Osma confixum, iterum damnatum in art. 22 Lutheri » : D.-S. 2642.

Pius XI, Indictio Anni Sancti extra ordinem *Quod nuper:* «... plenissimam totius poenae, quam pro peccatis luere debent, indulgentiam misericorditer in Domino concedimus atque impertimus, obtenta prius ab iisdem admissorum cuiusque suorum remissione ac venia » : *A. A. S.* 25 (1938) p. 8.

Pius XII, Indictio universalis Iubilaei *Iubilaeum maximum:* «Hoc igitur piacularis anni decursu, omnibus... christifidelibus, qui rite per Paenitentiae Sacramentum expiati et sacra Synaxi refecti,... Basilicas... pie inviserint, atque... preces... recitaverint, plenissimam totius poenae, quam pro peccatis luere debent, indulgentiam ac veniam misericorditer in Domino concedimus atque impertimus » : *A. A. S.* 41 (1949) pp. 25S-25Í).

[41] Cfr. Concilium Lateranense IV, cap. 62: D.-S S19.

[42] Cfr. Concilium Tridentinum, Decretum de indulgentiis : D.-S. .1835.

[43] Cfr. ibid.

[44] *Ier. 2.* **19.**

inter nos coniungamur, et quantum conferre possit vita supernaturalis uniuscuiusque ad alios, ut et ipsi cum Patre facilius et artius possint uniri. Indulgentiarum itaque usus efficaciter ad caritatem inflammat, eamque eximio modo exercet, cum fratribus in Christo dormientibus adiutorium praebetur.

10. Item indulgentiarum cultus ad fiduciam et spem plenae reconciliationis cum Deo Patre erigit; quod tamen ita operatur, ut nullius neglegentiae ansam det, studiumque dispositionum ad plenam communionem cum Deo requisitarum nullo modo remittat. Indulgentiae enim, licet gratuita sint beneficia, tamen tum pro vivis tum pro defunctis tantum certis condicionibus impletis conceduntur, cum ad eas assequendas requiratur, hinc ut opera bona praescripta absoluta sint, illinc ut fidelis debitis dispositionibus praeditus sit: scilicet, ut Deum diligat, peccata detestetur, in meritis Christi Domini fiduciam habeat et communionem Sanctorum magnae utilitati sibi esse firmiter credat.

Neque omittendum est indulgentias acquirendo fideles dociliter se submittere legitimis Pastoribus Ecclesiae et praesertim successori Beati Petri, Caeli clavigeri, quippe quos'ipse Salvator mandaverit, ut pascerent et regerent Ecclesiam suam.

Institutio itaque salutaris indulgentiarum suo modo confert, ut Christo exhibeatur Ecclesia non habens maculam aut rugam, sed sancta et immaculata,[45] supernaturali caritatis vinculo in Christo mirabiliter coniuncta. Cum enim ope indulgentiarum membra Ecclesiae purgantis ad Ecclesiam caelestem citius aggregentur, per easdem indulgentias regnum Christi magis magisque atque celerius instauratur, « donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi ».[46]

11. His igitur veritatibus innixa, sancta Mater Ecclesia, dum denuo commendat fidelibus suis indulgentiarum usum, ut populo christiano plurium saeculorum cursu et temporibus etiam nostris gratissimum, sicut experiendo probatur, nihil omnino detrahere intendit de aliis sanctificationis et purgationis rationibus, imprimis de sanctissimo Missae sacrificio et sacramentis, praesertim paenitentiae sacramento, deinde de copiosis auxiliis, quae uno nomine sacramentalia vocantur, ac demum de pietatis, paenitentiae et caritatis operibus. His omnibus subsi-

[45] Cfr. *Eph.* 5, 27.
[46] *Eph.* 4, 13.

diis hoc unum commune est quod sanctificationem et purificationem eo validius operantur quanto artius aliquis Christo capiti et Ecclesiae corpori per caritatem coniungitur. Praestantia caritatis in vita christiana etiam indulgentiis confirmatur. Nam indulgentiae acquiri nequeunt sine sincera *metanoia* et coniunctione cum Deo, quibus additur operum praescriptorum impletio. Servatur ergo ordo caritatis, in quem inseritur poenarum remissio ex dispensatione thesauri Ecclesiae.

Suos fideles cohortans ne deserant neu parvipendant sanctas traditiones patrum, sed religiose eas accipiant, tamquam pretiosum catholicae familiae thesaurum, iisque obsequantur, Ecclesia tamen sinit unumquemque, in sancta et iusta libertate filiorum Dei, huiusmodi purificationis et sanctificationis subsidiis uti; in eorum mentem autem continenter revocat ea quae ad salutem assequendam sunt praeponenda, utpote necessaria vel meliora et efficaciora.[47]

Ut autem ipse indulgentiarum usus ad maiorem dignitatem et aestimationem provehatur, aliquid innovandum sancta Mater Ecclesia opportunum duxit in earum disciplina, novasque normas tradendas decrevit.

V

12. Normae quae sequuntur variationes opportunas in disciplinam de indulgentiis inducunt, votis quoque Coetuum Episcopalium receptis.

Ordinationes Codicis Iuris Canonici et Decretorum Sanctae Sedis de indulgentiis, quatenus cum novis normis congruunt, integrae manent.

In normis apparandis haec tria praesertim spectata sunt : ut nova mensura statueretur pro indulgentia partiali, congrua deminutio in indulgentias plenarias induceretur, et quae ad indulgentias reales et locales, quas dicunt, pertinent in simpliciorem et digniorem formam redigerentur et componerentur.

Ad indulgentiam partialem quod attinet, antiqua dierum et annorum determinatione posthabita, nova norma seu mensura exquisita est, iuxta quam ajenio ipsa consideratur christifidelis, qui opus indulgentia ditatum perficit.

Cum vero sua actione christifidelis — praeter meritum quod actionis

[47] Cfr. Thomas, *In 4 Sent.* dist. 20, q. 1, a. 3, q.la 2, ad 2 *(S. Th. Suppl.* q. 25, a. 2, ad 2) : «... quamvis huiusmodi indulgentiae multum valeant ad remissionem poenae, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu praemii essentialis; quod in infinitum melius est quam dimissio poenae temporalis».

est fructus praecipuus — consequi insuper possit poenae temporalis remissionem, et quidem eo maiorem quo maior est operantis caritas et operis praestantia, placuit hanc ipsam remissionem poenae, quam christifidelis sua actione acquirit, tamquam mensuram sumere remissionis poenae, quam Ecclesiastica Auctoritas per indulgentiam partialem liberaliter addit.

Ad indulgentiam plenariam quod attinet, opportunum visum est earum numerum congruenter minuere, ut christifideles indulgentiae plenariae aequam aestimationem faciant et eam, debitis ornati dispositionibus, acquirere valeant. Quod enim saepius occurrit, parum attenditur ; quod copiosius offertur, parvi aestimatur ; cum plerique christifideles congruo temporis spatio indigeant, ut ad plenariam indulgentiam assequendam apte se praeparent.

Quod attinet ad indulgentias reales et locales, non tantum earum numerus valde deminutus est, sed ipsum nomen sublatum est, quo clarius constet indulgentiis ditari christifidelium actiones, non vero res vel loca, quae sunt tantum occasiones indulgentias acquirendi. Immo piarum Consociationum asseclae indulgentias illis proprias assequi possunt, praescripta opera adimplendo, neque insignium usus requiritur.

NORMAE

N. 1. Indulgentia est remissio coram Deo poenae temporalis pro peccatis, ad culpam quod attinet, iam deletis, quam christifidelis, apte dispositus et certis ac definitis condicionibus, consequitur ope Ecclesiae quae, ut ministra redemptionis, thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum auctoritative dispensat et applicat.

N. 2. Indulgentia est partialis vel plenaria prout a poena temporali pro peccatis debita liberat ex parte aut ex toto.

N. 3. Indulgentiae sive partiales sive plenariae possunt semper defunctis applicari in modum suffragii.

N. 4. Indulgentia partialis, in posterum, his tantum verbis ((indulgentia partialis » significabitur, nulla addita dierum vel annorum determinatione.

N. 5. Christifideli qui, corde saltem contritus, peragit opus indulgentia partiali ditatum, tribuitur ope Ecclesiae tantadem poenae temporalis remissio, quantam ipse sua actione iam percipit.

N. 6. Indulgentia plenaria semel tantum in die acquiri potest, salvo praescripto N. 18 pro constitutis « in articulo mortis ».

Partialis vero indulgentia pluries in die acquiri potest, nisi aliud expresse notetur.

JS'. 7. Ad indulgentiam plenariam assequendam requiruntur exsecutio operis indulgentia ditati et impletio trium condicionum, quae sunt : sacramentalis confessio, communio eucharistica et oratio ad mentem Summi Pontificis. Requiritur insuper ut excludatur omnis affectus erga quodcumque peccatum etiam veniale.

Si plena huiusmodi dispositio desit vel praedictae condiciones, salvo praescripto N. 11 pro « impeditis », non impleantur, indulgentia erit tantum partialis.

N. 8. Tres condiciones perfici possunt pluribus diebus ante vel post praescripti operis exsecutionem; convenit tamen ut communio et oratio ad mentem Summi Pontificis peragantur ipso die quo instituitur opus.

N. 9. Unica sacramentali confessione plures indulgentiae plenariae acquiri possunt ; unica vero communione eucharistica et unica oratione ad mentem Summi Pontificis una tantum indulgentia plenaria acquiritur.

N. 10. Condicio precandi ad mentem Summi Pontificis plene impletur, si recitantur ad Eiusdem mentem semel *Pater* et *Ave;* data tamen facultate singulis fidelibus quamlibet aliam orationem recitandi iuxta uniuscuiusque pietatem et devotionem erga Romanum Pontificem.

N. 11. Firma facultate confessariis can. 935 C.I.C. facta commutandi pro «impeditis » sive opus praescriptum sive condiciones, Ordinarii locorum possunt concedere fidelibus, in quos ad normam iuris exercent auctoritatem, si loca inhabitent ubi nullo modo vel saltem admodum difficile ad confessionem vel ad communionem accedere possint, ut ipsi queant indulgentiam plenariam consequi absque actuali confessione et communione, dummodo sint corde contriti et ad praedicta sacramenta, cum primum poterunt, accedere proponant.

N. 12. Divisio indulgentiarum in personales, reales et locales, non amplius adhibetur, quo clarius constet indulgentiis ditari christifidelium actiones, quamvis cum re vel loco interdum coniungantur.

N. 13. Enchiridion indulgentiarum recognoscetur eo consilio ut tantum praecipuae preces et praecipua opera pietatis, caritatis et paenitentiae indulgentiis ditentur.

N. 14. Elenchi et summaria indulgentiarum Ordinum, Congregationum religiosarum, Societatum in communi viventium sine votis, Institutorum saecularium, necnon piarum fidelium Consociationum, quamprimum recognoscentur, ita ut indulgentia plenaria acquiri possit peculiaribus tantum diebus a Sancta Sede statuendis, proponente supremo Moderatore vel, si agatur de piis Consociationibus, Ordinario loci.

N. 15. In omnibus ecclesiis, oratoriis publicis vel — ab illis qui legitime iis utuntur — semipublicis acquiri potest indulgentia plenaria, quae defunctis tantum applicari potest, die 2 Novembris.

In ecclesiis vero paroecialibus acquiri insuper potest indulgentia plenaria bis in anno : die festo Titularis, et de 2 Augusti, quo « Portiunculae » indulgentia occurrit, vel alio opportuniore die ab Ordinario statuendo.

Omnes praedictae indulgentiae acquiri poterunt vel diebus supra definitis vel, de consensu Ordinarii, die Dominico antecedenti aut subsequenti.

Ceterae indulgentiae ecclesiis vel oratoriis adiunctae quamprimum recognoscentur.

N. 16. Opus praescriptum ad acquirendam indulgentiam plenariam ecclesiae vel oratorio adiunctam est eiusdem pia visitatio, in qua recitantur oratio Dominica et fidei symbolum *(Pater* et *Credo).*

N. 17. Christifidelis qui *pietatis obiecto* (crucifixo, cruce, corona, scapulari, numismate), a quovis sacerdote rite benedicto, pia utitur mente, consequitur indulgentiam partialem.

Si autem *pietatis obiectum* a Summo Pontifice aut a quolibet Episcopo fuerit benedictum, christifidelis, eodem obiecto pia utens mente, assequi potest etiam indulgentiam plenariam die festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, addita tamen, qualibet legitima formula, fidei professione.

N. 18. Pia Mater Ecclesia, si haberi nequit sacerdos qui christifideli in vitae discrimen adducto sacramenta et benedictionem apostolicam cum adiuncta indulgentia plenaria, de qua in can. 468, § 2 C.I.C., administret, benigne eidem, rite disposito, concedit indulgentiam pie-

nariam in articulo mortis acquirendam, dummodo ipse durante vita habitualiter aliquas preces fuderit. Ad hanc indulgentiam plenariam acquirendam laudabiliter adhibetur crucifixus vel crux.

Eandem indulgentiam plenariam in articulo mortis christifidelis consequi poterit, etiamsi eodem die aliam indulgentiam plenariam iam acquisiverit.

N. 19. Normae de indulgentiis plenariis editae, praesertim ea quae in N. 6 recensetur, applicantur etiam indulgentiis plenariis, quae ((toties quoties x> usque adhuc appellari consueverunt.

N. 20. Pia Mater Ecclesia, de fidelibus defunctis quam maxime sollicita, quolibet privilegio hac de re abrogato, iisdem defunctis amplissime suffragari constituit quovis Missae sacrificio.

* * *

Novae normae, quibus innititur indulgentiarum acquisitio, vigere incipient expletis tribus mensibus a die quo haec Constitutio in *Actis Apostolicae Sedis* edetur.

Indulgentiae *pietatis obiectorum* usui adiunctae, quae supra non recensentur, cessant expletis tribus mensibus a die quo haec Constitutio in *Actis Apostolicae Sedis* edetur.

Recognitiones, de quibus in N. 14 et N. 15, proponi debent Sacrae Paenitentiariae Apostolicae intra annum; expleto vero biennio a die huius Constitutionis, indulgentiae, quae confirmatae non fuerint, omnem vim amittent.

Nostra haec statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Nostris Decessoribus editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die i mensis Ianuarii, in Octava Nativitatis D. N. I. C, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Consilium de Laicis et Pontificia Commissio Studiosorum a « Iustitia et Pace » appellata constituuntur.

PAULUS PP. VI

CATHOLICAM CHRISTI ECCLESIAM cum eo semper spectare oporteat, ut et seipsam intus renovet, et suam externam conformationem ad ea, in quibus vivit, tempora accommodet, in animo idcirco habet, ex rerum usu, quem cursu saeculorum consecuta est, suas cum mundi hominibus rationes plus plusque in dies perficere,[1] ad quorum salutem a divino Redemptore condita est.

Ex Concilii Vaticani II monitis, omnes christifideles, pro sua quisque parte, eo quod ad populum Dei pertineant, necesse est, ut munus hoc salutis sustineant.[2] Idem vero Concilium, quod in multis actis suis singularem locum, quem laici in populo Dei obtinent, illustravit, quodque ex hoc plane videtur unam e suis notis propriis accepisse, ut exponeret quam actionem laici in Ecclesia susciperent, peculiare fecit Decretum, quo Consilium quoddam constitui praecipiebatur *in servitium et impulsum apostolatus laicorum}*

Eodem autem tempore, Concilium, quoniam colloquium cum huius aetatis hominibus serere quaerebat, considerationem suam in praecipuas quasdam appetitiones et studia hominum horum dierum intendit (cuius generis sunt quaestiones quae ad civitatum progressiones explicandas attinent, ad iustitiam promovendam inter nationes, ad pacem inter populos fovendam) et votis expetivit, ut ab Apostolica Sede Consilium quoddam statueretur, quod catholicorum communitatem excitaret, ad eiusmodi quaestiones investigandas.[4]

Concilio Oecumenico concluso, hinc Coetus quidam post-conciliaris, ex Nostro praescripto, exquisivit qua meliore ratione ad effectum adducerentur statuta Concilii quoad n. 26 Decreti *Apostolicam actuositatem^* hinc, Nobis item praecipientibus, peculiaris quidam Coetus cogitatione

[1] Cfr. Const. *Gaudium et spes,* n. 43.

[2] Cfr. Const. *Lumen gentium,* nn. 17 et 31.

[3] Decr. *Apostolicam actuositatem,* n. 26.

[4] Cfr. Const. *Gaudium et spes,* n. 90

se convertit ad instituendum Consilium, quod in n. 90 Constitutionis *Gaudium et spes* optabatur.

Die autem vii mensis Iulii superiore anno, temporarium Coetum Nosmetipsi condidimus, cui id muneris commisimus ut, spectatis investigationibus a duobus Coetibus factis, quos modo diximus, ea congruenter efficeret, quae acta Concilii statuerant et optaverant.

Ex eo quod duabus quaestionibus opera una simul data est, cernere licuit quaenam quaestionum rationes essent diversae, quaenam vero communes; ita ut visum fuerit opportunum duo seiuncta Consilia condere, quorum tamen summa moderatio una esset : hoc est Consilium de Laicis, et Pontificia Commissio studiosorum, a *Iustitia et Pace* appellata.

I. - Atque primum quae sint propria Consilii de Laicis videamus.

Hoc enim, cum in primis ad operam navandam et ad favendum apostolatui laicorum spectet, debet propterea :

1) apostolatum laicorum in variis nationibus promovere, vel iam constitutum ordinare et coniungere ; illum cotidie magis generali Ecclesiae apostolatui inserere; conecti cum apostolatu uniuscuiusque nationis ; sua actione illud conari, ut intra fines Ecclesiae sanctae inter se veluti congrediantur et colloquantur sive sacra Hierarchia cum laicis, sive variae laicorum consociationes inter se, ad eum sensum qui in extremis paginis declaratur Litterarum Encyclicarum *Ecclesiam suam;* convocare variarum nationum homines in coetus, qui de apostolatu laicorum agant; curare ut leges ecclesiasticae, ad laicos respicientes, fideliter serventur ;

2) suis consiliis Hierarchiae et laicis in operibus apostolicis assistere ; [5]

3) operam dare studiis, ut magis magisque innotescat doctrina de quaestionibus ad laicos pertinentibus; diligenter investigare quaestiones, quae oriantur in apostolatu efficiendo; inquirere rationes quae intercedunt inter consociationes laicorum et munus pastorale. Quae studia, si fieri poterit, typis edentur ;

4) non solum nuntios de apostolatu laicorum dare et accipere, sed etiam sedem constituere, ubi scripta instrumenta eadem de re col-

[5] Cfr. Decr. *Apostolicam actuositatem,* n. 26.

ligantur. E quibus omnibus cogi poterunt viae rationesque, ad quas laicorum animi apte conformentur, ut magnum Christi Ecclesiae adiumentum afferant.

II. - Deinde de Pontificia Commissione studiosorum, a *Iustitia et Pace* appellata.

Haec Commissio sibi proponit populum Dei universum excitare ad plenam adipiscendam conscientiam muneris sibi hisce temporibus demandati; ita quidem, ut hinc pauperiorum populorum progressus promoveatur ac socialis iustitia inter nationes foveatur, illinc vero subsidia nationibus minus progressis praebeantur, quorum ope eaedem incrementis suis per se ipsae consulere possint. Quam ad rem huius Pontificiae Commissionis erit :

1) colligere ac summatim perscribere praestantiores scientiae investigationes ac doctrinae adiumenta, quae pertineant sive ad cuiusvis generis incrementa, in campo scilicet educationis et mentis culturae, rei oeconomicae et socialis, et in ceteris eiusdem generis; sive ad ipsam pacem, in iis omnibus rebus, quae progressus causam superent ;

2) operam conferre, ut altius pervestigentur, **quod** attinet ad doctrinam, ad pastorale munus et ad apostolatus actionem, generales **quaeT** stiones, **quae** progressus et pacis causa proponantur;

3) curare, ut haec doctrina atque huiusmodi nuntiorum collectio in notitiam omnium Institutorum Ecclesiae, quorum intersit, perferantur;

4) vincula nectere inter omnia Instituta, hoc quidem consilio, ut apta virium coniunctio foveatur, validiores nisus fulciantur, itemque caveatur, ne ad idem propositum, cum virium impendio, varia incepta et opera contendant.

III. - Haec autem erit duorum Consiliorum ordinatio.

1) Consilio de Laicis et Pontificiae studiosorum Commissioni a *Iustitia et Pace* communis erit Praeses, e S. R. E. Cardinalibus sumptus.

2) Item utrique Consilio communis erit Pro-Praeses, episcopali dignitate auctus.

3) Consilio de Laicis et Pontificiae studiosorum Commissioni a *Iustitia et Pace* proprius cuique Secretarius assignabitur.

4) Consilii de Laicis Secretario adiutricem operam navabunt duo Sub-Secretarii.

5) Utrumque Consilium constat ex membris et consultoribus, opportuna ratione eligendis, quorum nominatio ad Apostolicam Sedem pertinebit.

6) Omnia munera (hoc est munus Praesidis, Pro-praesidis, Secretarii et Sub-secretarii) expleto quinquennio, cessabunt. Integrum tamen erit Apostolicae Sedi, ut, exacto quinquennio, haec munera iisdem, quibus antea, viris deferantur.

7) Consilium de Laicis et Pontificia Commissio studiosorum a *iustitia et Pace* experimenti gratia constituuntur ad quinquennium. Nam munerum exercitatio rerumque usus opportunas immutationes suadere poterunt, ad eorum fines et stabilem ordinationem quod spectat.

8) Utriusque Consilii sedes erit Romae.

9) Decernimus pariter ex hodierno die cessare vacationem legis, quae ad Concilii Oecumenici Decretum respiciebat, cui initium *Apostolicam actuositatem.* Episcoporum tamen et Conferentiarum Episcopalium erit Decretum ipsum in suis dioecesibus et nationibus ad effectum adducere.

Ex binis hisce Consiliis, quae libenti sane animo condidimus, certa firmaque spes Nobis inicitur fore ut populi Dei laici homines, quibus publica hac ordinatione constituta novae existimationis et benevolentiae Nostrae testimonium tribuimus, artius se posthac cum Apostolicae Sedis actione et sedulitate sentiant coniunctos, atque propterea generosis cotidie operam, vires, alacritatem in posterum Ecclesiae sanctae navent.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vi mensis Ianuarii, in Epiphania D. N. I. C, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

EPISTULA

Ad E.mum P. D. Bernardum Ioannem S. R. E. Card. Alfrink, Archiepiscopum Ultraiectensem, ad Exc.mos Episcopos, utriusque ordinis Clerum, universosque catholicos Christifideles Hollandiae, pastorali coacto Coetu Oecumenicae Synodi decretis explorandis.

PAUS PAULUS VI

Eerbiedwaardige Broeders en Geliefde Zonen!

Wij weten met hoeveel belangstelling de nederlandse katholieken het Tweede Vaticaans Concilie gevolgd hebben, hoe zij het daar verrichte werk met hun gebeden hebben begeleid en met welke vreugde en dankbaarheid zij de concilie-documenten hebben ontvangen.

Over enkele dagen zullen zij, op uitnodiging en onder leiding van hun bisschoppen samenkomen voor een diepere studie van de beraadslagingen van het Concilie, zij willen in de geest ervan doordringen en wegen vinden voor de juiste toepassing ervan in hun geestelijk en godsdienstig leven en in hun apostolische werken, om er meer onderling verband, levenskracht en vruchtbaarheid aan te geven.

Het is een veeleisende en delicate onderneming, iets dat geheel nieuw en uniek is, en zal daarom geleid moeten worden met wijze geest en verantwoordelijke waakzaamheid, opdat alles verloopt tot waarachtig welzijn van het volk Gods en binnen het institutionele kader van de Kerk en met inachtneming van haar goddelijke hiërarchische constitutie.

De nederlandse katholieken worden uitgenodigd tot een geestelijke bezinning, tot een overdenking gericht op — want dat is het toch wat zij voor ogen hebben — een innerlijke versterking van de kerkelijke opbouw in hun land. Overigens kunnen zij ook volgens de Dogmatische Constitutie over de Kerk, n. 37, «overeenkomstig hun kennis, bevoegdheid en gezag ... hun mening over wat het welzijn der Kerk aangaat kenbaar maken », hun verlangens openbaren, hun voorstellen aan de rechtmatige Herders, de Bisschoppen, voorleggen : aan hen « die de Heilige Geest, heeft aangesteld om de Kerk Gods te besturen)), komt het toe alles op zijn waarde te schatten en de geëigende beslissingen te nemen.

De kennis van de authentieke leer van het Tweede Vaticaans Concilie zal ertoe helpen het geloof, de hoop en de liefde in heel de gemeenschap van de nederlandse Kerk te doen groeien, in overeenstemming met de

waarheid van het Woord Gods en de trouw aan de Kerk, onze moeder en leermeesteres.

Immers, zoals Onze Voorganger z. g., Johannes XXIII zeide, het doel van het Concilie was « het erfgoed vaii de christelijke leer in een meer werkdadige vorm te bewaren en te verkondigen x»,[1] en, zoals Wijzelf in de Toespraak op 28 october 1965 zeiden, om de Kerk « meer geschikt te maken om in de veranderde omstandigheden van de menselijke samenleving haar heilbrengende zending te vervullen ».

Wij vertrouwen, dat eerlijke volgzaamheid jegens het Leergezag, liefde en toewijding voor de Kerk de werkzaamheden zullen leiden. Het juiste gevoel voor de Kerk (« sensus Ecclesiae))) zij hun tot leid-ster. Dit gevoel stelt ons in staat het goede te onderscheiden van wat minder goed of schadelijk is, en behoedt ons met zijn nederigheid, volgzaamheid en edelmoedigheid voor elke ontsporing.

Wij wensen U toe, dat gij moogt vooruitgaan in het verstaan van het grote geheim dat de Kerk is : zoals Christus haar gewild heeft, gebouwd op Petrus als grondsteen en waarborg van het geloof en van de gemeenschap, en met de Bisschoppen, opvolgers van de Apostelen, als Herders, tot het einde der tijden.

Wij voor ons verhopen van het beraad, dat gij gaat ondernemen, een duidelijke en onwrikbare belijdenis van dit geloof, die alle twijfel aan de eerlijke formulering ervan wegneemt; die in de gemoederen van Clerus en Gelovigen de volledige en graag gegeven instemming met de leer, reeds door het leergezag van de Kerk met autoriteit voorgehouden, bevestigt; die bepaalde onrijpe en verkeerde meningen afremt, die de laatste tijd, zoals bekend, de zuiverheid van het geloof op enige punten hebben verduisterd, en de standvastigheid en het evenwicht van vele katholieke gelovigen hebben verstoord.

Moge de vrucht van Uw beraad een hechte vorming van de gewetens zijn, tot uiting komend in een innerlijke en spontane gehechtheid aan de Kerk, en in een kinderlijke, active en vreugdevolle gehoorzaamheid.

Wij verhopen van U een onafgebroken en edelmoedig werken voor de zaak van Christus en een authentiek getuigenis jegens zijn Kerk.

En wij zouden zo gaarne willen, Eerbiedwaardige Broeders, dat Gij en alle Priesters, Religieuzen en Gelovigen van de Kerk van Sint Willibrord, ook bij deze gelegenheid overtuigd zijt van de waardering, welwillendheid en liefde die wij, van uit de Kerk van Rome, altijd en

[1] Toespr. bij de opening van het Concilie, n. 11.

nu meer dan ooit voor U gevoelen. ((Genade en vrede zij U in volle mate », herhalen wij u met de stem van Sint Petrus.

Ons medeleven dringt ons ertoe dicht bij U te zijn met ons dagelijks gebed.

God, de Vader der lichten, bidden wij om bijzondere bijstand voor U. En de allerheiligste Maagd, tot wier troon wij met vertrouwen onze toevlucht nemen in dit belangrijk uur, verkrijge voor de Kerk in Nederland overvloedige hemelse bijstand.

Tot onderpand van de hemelse gaven geven Wij van ganser harte aan U, geliefde Zoon en Eerbiedwaardige Broeders, en aan de kudde die aan Uw ijverige zorgen is toevertouwd, een bijzondere Apostolische Zegen.

Gegeven te Eome, bij Sint Pieter, op 23 november van het jaar des Heren 1966.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Iis qui interfuerunt Coetui tertio habito a Moderatoribus Pontificii Consilii auxiliis Americae Latinae ferendis. *

Signor Cardinale, venerabili Fratelli, diletti figli,

La sollecitudine, non scevra di ansie, con la quale scrutiamo ininterrottamente l'orizzonte della Chiesa nell'America Latina, ha oggi una pausa di sollievo.

È il dono che Ci arreca la vostra presenza, con la conferma che essa porta alle Nostre speranze, avvivandole fino a trasfigurarle in certezze circa l'avvenire religioso del grande Continente.

Il Consiglio Generale della Pontifìcia Commissione per l'America Latina raduna dinanzi a Noi uno stuolo di artefici del rifiorimento cattolico di tanta parte dell'emisfero occidentale.

Salutiamo anzitutto con paterno affetto il venerando Presidente e i Membri della Nostra Commissione per l'America Latina; salutiamo la nuova Presidenza del *Consejo Episcopal Latino Americano* ed in particolare il suo Presidente, il cui impegno nel reggere questo importante organismo attenua l'amarezza causata dalla tragica scomparsa del suo predecessore.

* Die SO mensis novembris a. 1966.

Siamo lieti di rivolgerci anche a quegli altri Nostri Fratelli dell'Episcopato dell'America Settentrionale e dell'Europa, che, in favore dell'America Latina, promuovono una collaborazione apostolica, tale — per le opere compiute e per quelle animosamente divisate — da non avere facile riscontro in tutta la storia della Chiesa. Ad essi vediamo con gioia affiancati qui — come lo sono nel campo della collaborazione testé esaltata — i Rappresentanti degli Ordini e delle Congregazioni religiose maschili e femminili, ed un gruppo di benemeriti Ecclesiastici e Laici che prestano un'opera preziosa per lo svolgimento dell'attività degli organismi episcopali impegnati nell'aiuto alla Chiesa nell'America Latina.

Il Nostro compiacimento non ha da cercare lontano la sua giustificazione : essa è nel tema stesso che vi siete radunati a studiare, qui, sotto il tetto del Padre comune, e che segna un nuovo passo verso il perfezionamento e quindi verso una maggiore efficacia dell'apostolico sforzo intrapreso.

Ë una caratteristica fondamentale del movimento da voi promosso in favore della Chiesa nell'America Latina, che esso, superata da gran tempo la fase degli aiuti sporadici e occasionali, si proponga una collaborazione sempre più organica.

Lo scorso anno voi avete esaminato un aspetto fondamentale di quella eh'è un'esigenza categorica : la pianificazione e il coordinamento delle forze vive offerte dalla generosità di molti Episcopati per la ripresa religiosa dell'America Latina.

In questa terza Sessione avete affrontato un altro tema, che corre parallelo al precedente : la pianificazione e il coordinamento degli aiuti economici.

Anche questa è un'esigenza perentoriamente comandata sia dal cumulo immenso delle necessità, sia dal dovere di trarre il migliore rendimento da un contributo che non senza sacrificio viene dai fedeli di altri Paesi.

V'è, infatti, il pericolo che nel premere di tanti bisogni restino obliterate quelle priorità obiettive, che hanno da essere soddisfatte secondo una linea preferenziale.

Qui, appunto, s'incontrano lo studio congiunto, l'intesa e la collaborazione, cui in questi giorni avete dato la vostra considerazione e quella soluzione organizzativa, che unirà armonicamente in un medesimo intento chi ha da chiedere un soccorso e chi sente il dovere di prestarlo.

Ma non meno Ci compiacciamo per lo spirito con il quale chi fra voi ha la fortuna di poter essere generoso vuole contraddistinguere il suo dono : il riconoscimento della dignità e il rispetto della libertà di colui che riceve, la viva coscienza di una solidarietà qua! è stata richiamata dal Concilio,[1] ed infine l'idea della funzione sussidiaria del soccorso, che ha da intervenire come contributo non già chiuso in sé, ma rivolto allo sviluppo delle intrinseche forze della Chiesa nell'America Latina : su queste, infatti, essa dovrà un giorno contare, né soltanto per sé, ma altresì per rispondere a quella vocazione apostolica che la Divina Provvidenza chiaramente le assegna per le sorti future del Vangelo nel mondo.

Ci piace sapere che nei vostri disegni la collaborazione non deve svolgersi unicamente tra l'Episcopato Latino Americano e gli organismi di altri Paesi pronti ad offrirgli un sostegno; essa ha da vincolare tra di sé questi stessi organismi per quel mutuo aiuto che li abiliti a raccogliere fondi, nella misura del possibile, sempre più abbondanti.

Si tratta in sostanza di rivolgere un più largo appello a tutti i laici, nel quadro delle sollecitazioni loro rivolte dal Concilio col Decreto *Apostolicam actuositatem:* « ... De necessitatibus populi Dei in toto orbe terrarum solliciti sint. Imprimis sua reddant opera missionaria, auxilia materialia vel etiam personalia praestando. Officium et honor enim est christianorum Deo restituere partem bonorum quae ab Eo accipiunt ».[2]

Fate risonare, dunque, nella coscienza dei fedeli la parola del Signore : *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*[3] Il Signore parlava delle opere di misericordia corporale, ma il suo insegnamento è, a più forte ragione, valido per le opere di misericordia spirituale, che costituiscono lo scopo prevalente, peraltro non esclusivo, del vostro apostolico programma. Rinnovate il richiamo di Cristo e dite ai vostri fedeli che il suo Vicario in terra, sotto il peso della tremenda responsabilità di tutto il popolo di Dio, riguarda come rivolto a Se stesso quanto è fatto al più piccolo dei suoi fratelli.

Da parte vostra, oggi, dopo le deliberazioni prese congiuntamente, voi potrete meglio di prima assicurare i vostri fedeli che il loro contributo — non di rado è l'obolo della vedova — sarà messo a frutto nel

[1] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 13 e 23.
[2] N. 10 : *A. A. S.* 58 (1966) p. 847.
[3] *Matth.* XXV, 40.

modo più accorto, così che renda, come il seme evangelico, iL centuplo per uno. Non è questa una prospettiva sproporzionata, perché il valore economico del loro soccorso si traduce in un valore spirituale, qual è quello di fornire ai ministri di Dio i mezzi per potenziare la loro opera, quasi moltiplicando gli stessi Apostoli.

Nessuna delle necessità economiche che impediscono o restringono la missione della Chiesa nell'America Latina è senza un'eco nella Nostra suprema responsabilità pastorale; ma permettete che accenniamo ad una di esse in particolare.

Abbiamo visto in questi anni schiere di giovani sacerdoti partire pieni di ardore verso l'America Latina; ad uno stuolo di essi, or sono pochi mesi, in una memorabile giornata, Noi stessi abbiamo conferito la Sacra Ordinazione. Ma questo soave ricordo si adombra nell'animo Nostro : quale iattura sarebbe, se il loro fremito di conquista fosse miseramente mortificato dalla mancanza di mezzi materiali ; peggio, se la loro vita preziosa dovesse logorarsi anzitempo per la penuria dei mezzi stessi di sussistenza ! E voi sapete che questa in più di un caso è una lacrimevole realtà.

Ecco perché vivissimo è il Nostro plauso e profonda la Nostra gratitudine per il molto che generosamente voi, con i vostri fedeli, avete già fatto, affinché lo zelo degli Apostoli — di quelli ehe il Signore ha suscitato nell'America Latina e di quelli che la sua Provvidenza fa affluire in loro aiuto da altri Paesi — operi con tutta la sua efficacia, per la gloria divina e per la salvezza delle anime.

La Nostra Apostolica Benedizione valga come un sigillo dei Nostri sentimenti e come un sostegno all'opera vostra.

II

Nationalibus Moderatoribus Operum ad ecclesiasticas vocationes spectantium, qui interfuerunt Coetui primo Romae habito, auspice S. Congregatione Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposita. *

Venerabiles Fratres ac dilecti filii!

Non una de causa suavi afficimur gaudio, quod Nobis licet hodie salutare vos, qui ex variis Europae partibus in hanc almam Urbem advenistis ad primum celebrandum Conventum Nationalium Moderatorum Operum, quae ad ecclesiasticas vocationes spectant.

* Die 3 mensis decembris a. 1966.

Scilicet viros cernimus coram Nobis congregatos scientia, prudentia auctoritateque praestantes, quorum sedulae curae ad portionem dominici gregis convertuntur lectissimam, dilectissimam.

Auget praeterea animi solatium causa quae vos Romam adduxit. Nempe convenistis, auspice Sacra Congregatione Seminariis studiorumque Universitatibus praeposita, ut fraterno studio coniuncti lumineque ducti Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, ea expenderetis, quae pertinent ad communem pastoralem actionem in Europa ordinandam et ad incrementum promovendum ecclesiasticarum vocationum. Qua quidem agendi ratione vos valde opportune ad effectum deducere studetis normam sapientissimam ab eodem Concilio Oecumenico statutam : « Opus vero fovendarum vocationum fines singularum dioecesium, nationum, familiarum religiosarum atque rituum dilatato corde transcendat oportet atque ad universalis Ecclesiae necessitates respiciens illis praecipue regionibus auxilium afferat, in quibus ad Domini vineam instantius operarii advocantur x».[1]

Fatendum sane est, ex omnibus operibus inceptisque, quae nostra aetas postulat ad optatam Ecclesiae renovationem efficiendam, sacrarum vocationum opus, in quod incumbitis, primas quodammodo sibi vindicare partes. Revera vix intellegi potest efficax, stabilis recteque ordinata pastoralis actio, quae sacrorum alumnis praecipuas curas non adhibeat.

Cum autem sermonem habeamus ad viros, qui in hac sacri apostolatus provincia praeclara experientia pollent, Nobis opus non est in mentem vestram revocare immensam quaestionum difficultatumque molem, quae vobis hodie solvendae proponuntur, dum tot regiones, pro dolor, sacrorum administrorum paucitate tantopere laborant, ac magno cum moerore tristia iterare cogimur Christi Domini verba : « Messis quidem multa, operarii autem pauci ».[2] Nihilominus liceat vos certiores facere, Nos plurimam spem collocare in coniunctis laboribus vestris, quos quidem libenter laudamus, probamus, ad eorumque prosperum exitum larga superna auxilia a Deo enixis precibus imploramus.

Neque Nobis in animo est hac data occasione graves easdemque implexas quaestiones aggredi, quae ad rectam sacerdotii candidatorum institutionem spectant. De hac re pluries ab hac Apostolica Sede maximi ponderis documenta edita sunt, ac vel ipsum Concilium Oecumenicum

[1] Decretum de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 2 : *A. A. S.* 58 (1966) p. 715.

[2] *Luc.* 10, 2.

normas tradidit sapientiae plenas, quae profecto vobis valido erunt auxilio ad munus vestrum recte fructuoseque obeundum. Quare satis nunc sit Nobis nonnulla tantum attingere, quae psycologiam respiciunt iuvenum, qui ad sacra capessenda caelesti instinctu vocantur. Quae divina vocatio, ut nostis, prorsus pendet ab arcano Dei consilio, iuxta Divini Redemptoris sententiam : « Non vos me elegistis, sed ego elegi vos » ; [3] at Deus requirit ut invitationi suae homo libero voluntatis assensu respondeat; scilicet divina vocatio postulat hominis auscultationem. Quare opera danda est, ut animi fidelium, iuvenum praesertim, idoneis subsidiis fruantur, quorum ope divinum verbum audire possint, Deoque ad se illos invitanti iuvenis Samuelis verbis respondere queant : « Loquere, Domine, quia audit servus tuus ».[4]

Inter huiusmodi subsidia, quibus adulescentium animi ad Dei verbum audiendum disponuntur, praecipuum locum illud obtinet, quo ipsis interioris silentii fovendi opportunitas tribuitur. Etenim puerorum atque adulescentium mentes, per visum atque auditum, ingens prorumpit externarum commotionum multitudo, quae saepius inanes et vacuae, immo quandoque maleficae atque perniciosae sunt, ita ut eos omnino impediant, quominus perfecte vivendi rationem eiusque praestantiam et pulchritudinem animo concipiant atque contemplentur. Quam ad rem, plurimum conferet sagax educatio ad quaedam tacendi et sese colligendi momenta servanda, ea praesertim quibus vel diligens sui ipsius recognitio fit, vel Deo post Sacram Synaxim grates impense aguntur, vel aeternis meditandis rebus stato tempore vocatur. Hisce potissimum rerum adiunctis, adulescentium animi, per sacras precationes Deo sese coniungentes, cum Ipso filiorum more loquuntur; tunc Deus ipse arcana sua consilia et exspectationes illis gradatim revelat; ac simul provide fit, ut adulescentes aptius intellegant, num ad sacerdotium vocati sint, quodve sit munus ipsis a Deo commissum.

Non minoris autem ponderis et momenti aliud quoque subsidium censeatur oportet : ut nempe alumni frequens cum Dei verbis commercium instituant, quae in Sacris Scripturis continentur. Id optima sane ratione haberi poterit, si ad « activae » institutionis normas fiat, quae hodierno tempore invaluerunt, mutuam magistrorum et discipulorum operam postulantes : ut scilicet ipsi adulescentes quosdam Evangelii locos legant, de iisque edisserant, augustam et sacram vim percipiant

[3] *Io.* 15, 16.

[4] *1 Reg.* 3, 9.

verborum Christi, atque in Divini Servatoris vitam atque res gestas propria virtute et diligentia inquirant. Ut omnibus compertum est, plurimum valet ad adulescentium animos formandos, plene novisse quem locum quamque auctoritatem Christus in ipsorum animis obtineat: Christum dicimus, prout ex Evangelii veluti fontibus hauritur atque cognoscitur. Quam ob causam probe intellegitur, quae sit de hac materie Ecclesiae sollicitudo, cum Concilii Oecumenici Vaticani II Decretum, a verbis incipiens « Optatam totius » de institutione sacerdotali, haec verba habeat : « Christum quaerere edoceantur in verbi Dei fideli meditatione, in actuosa cum sacrosanctis Ecclesiae mysteriis communicatione)).[5] In adulescentium autem animis, qui hanc Iesu Christi consuetudinem habent, quae non solum ex librorum studio, sed potissimum etiam ex intimo animi cum Ipso commercio et recondita pietate proficiscitur, vestigium imprimitur, quod numquam deleri poterit.

Alia quoque patet via iuvenibus ad verbi Dei vocem percipiendam, si nempe actuosam Ecclesiae vitam experimento cognoscant. Quare omnibus, qui ecclesiasticis vocationibus dant operam, magnopere cordi sit, ut in iuvenum notitiam perferantur vel operariorum evangelicorum necessitates, vel pauperum angustiae, vel condiciones cuiusdam christianae communitatis quae religiosae vitae exemplo ceteris praestat, ac vel etiam sacra ephebaea ubi adulescentes in spem Ecclesiae succrescunt. Iidem iuvenes nonnulla quoque sacri apostolatus munera suscipiant, ut noscant quid valeant ipsorum vires in huiusmodi operibus obeundis ; peculiarique modo inde a teneris annis assuescant liturgicos ritus actuose participare, cum nihil magis permoveat animos ad pietatem, quam sacrorum mysteriorum consuetudo, cuius virtus efficit ut iuvenilis aetas sacro quodam afflatu penitus imbuatur ac desiderio inflammetur Christi Domini vestigia sequendi.

Denique, ut ecclesiastica vocatio feliciter tandem effioreat, necessarium prorsus est, ut adulescentibus occasio detur adeundi et audiendi ipsos divini verbi magistros, scilicet sacerdotem quendam, qui, gravitate morum et consilii maturitate spectabilis, noverit ipsorum animi secreta paterne excipere, et iisdem adsit velut praeceptor, ductor, amicus. Plerumque reapse contingit, ut ad amplectendam sacerdotalem vitam vocatio non ex se sponte prodeat, sed quasi evangelica sit gemma quae in agro abscondita est detegenda. Deus enim, qui sibi electorum suorum arcessitum reservat, postulat tamen sacrorum administrorum adiutri-

" N. S : *A. A. 8.* 58 (1966) p. 718.

eem operam, ut iuvenes caelestis gratiae actionem animadvertant atque divinum germen in suis animis positum ad maturitatem perducant. Quare sacris vocationibus numquam desit sacerdotis amicale colloquium, paternum consilium ac praesertim spiritualis moderatio : quae omnia ita praestanda sunt ut debita observantia servetur sive Dei actioni sive sacerdotii candidatorum libertati.

Haec sunt quae Nobis visum est ad considerationem vestram proponere, quaeque vestrae sollertiae vestroque religionis studio commendamus. Nunc nihil Nobis restat, nisi ut inceptionibus, quibus his diebus vacatis, felicissima quaeque exoptemus, atque vos vehementer exhortemur ut illabefacta fiducia sanctissimi apostolatus vestri opus alacriter pergatis. Quamvis enim in permagnas difficultates incurratis, numquam et nusquam cogitandum est Deum necessitatibus Ecclesiae suae non consulere, atque nunc temporis, aeque ac praeteritis aetatibus, non ad se vocare innumeros manipulos adulescentium qui generosi, fortes, integri, puri, Christi voci obtempèrent et vota concipiant sese Ecclesiae devovendi. Dilectissimis hisce filiis numquam desinite excelsa sacri apostolatus et christianae sanctitatis itinera proponere; necessitates animarum indesinenter ostendite; ad Christi vestigia sequenda eorum animos incendite : ipsi vos generoso animo sequentur.

Ut haec vota Nostra, quae Omnipotenti Deo ex animo commendamus, feliciter effici possint, vobis omnibus vestrisque laboribus Apostolicam Benedictionem, paternae benevolentiae pignus, peramanter in Domino impertimus.

III

Habita in Vaticana Basilica, in festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virg., primo exacto anno ab Oecumenico clauso Concilio, cum Summus Pontifex Eucharisticum concelebraret Sacrificium, cui innumerae sacrae virgines e variis religiosis Institutis interessent. *

Quanti pensieri affollano il Nostro spirito in questa festa dolcissima di Maria Immacolata, nel primo anniversario delia conclusione dei Concilio Ecumenico Vaticano Secondo, in questa Basilica, che ne ospitò la celebrazione sulla tomba dell'Apostolo Pietro, posto da Cristo a fondamento della sua Chiesa, presenti, oggi, le schiere delle Religiose di Roma, quasi per tradurre qua in immagine di spirituale bellezza e di

* Die 8 mensis decembris a. 1966.

biblica reminiscenza quel Popolo di Dio, che il Concilio descrisse e cantò, e che noi non vanamente aspiriamo ad essere, mentre il ricordo del mondo, in cui siamo, della storia, che stiamo vivendo, dinamica, formidabile, tremènda, non mai ci abbandona !

Quanti pensieri! Ci basti metterli in fila, e presentarli' semplicemente alla vostra considerazione, che saprà prolungarli in meditazione, oltre quest'ora benedetta, per l'avvenire, per la vita.

Diciamo dunque che oggi la nostra pietà onora il mistero della Immacolata Concezione di Maria : il mistero del privilegio, il mistero dell'eccezione, il mistero dell'unicità, il mistero della perfezione di Maria Santissima. Maria, la sola creatura umana, che **per** divino disegno (quanta sapienza, quanto amore esso contiene!), in virtù dei meriti di Cristo, unica sorgente della nostra salvezza, fu preservata da ogni imperfezione, da ogni contagio della colpa originale, da ogni deformazione del modello primigenio dell'umanità; la sola perciò in cui l'idea creatrice di Dio si rispecchia fedelmente ed in cui la definizione intatta ed autentica dell'uomo si realizza : immagine di Dio ! Luce, intelligenza, dolcezza, profondità d'amore, bellezza, in una parola, sono sul volto candido e innocente della Madonna, che noi onoriamo : *Tota pulchra es, Maria!* Basterebbe questo pensiero per inebriare i nostri spiriti, che tanto più sono avidi di umana bellezza, quanto più falsa, più impudica, più deforme, più dolente, la sembianza umana ci è oggi presentata nella molteplice e quasi ossessionante visione dell'arte figurativa. Si fermi a questo pensiero chi vuole, per restaurare la scienza della bellezza e per scoprirne i suoi trascendenti rapporti, e per il gaudio interiore e per il costume esteriore ritrovi in Maria la più alta, la più vera, la più tipica figura dell'estetica spirituale umana.

Per noi ora è sufficiente ristorare a questa fontana purissima la nostra sete di umanità buona e bella ad un tempo, di umanità, in cui la grazia opera il suo prodigio rigeneratore, di umanità cristiana, in una parola. E siamo al Nostro secondo pensiero, quello che ci richiama all'anniversario del Concilio, che di questa economia della salvezza fu grande discorso, quasi un poema.

il Concilio fra i grandi avvenimenti del Cristianesimo

Ad un anno di distanza noi cominciamo a meglio comprenderne l'enorme importanza; esso si iscrive fra i grandi avvenimenti del cristianesimo, anzi della vita religiosa dell'umanità, per la sua coerenza

storica, per la sua felice celebrazione, per la sua ricchezza dottrinale, per la sua fecondità pratica, per la sua profondità spirituale, per la sua apertura universale. Non dobbiamo chiudere gli occhi su fatto di tale natura e di tale rilievo ; non lo possiamo classificare fra le cose passate, quando per ogni verso ci segue, ci stimola, ci illumina, ci impegna. Perciò mentre lo stupore per il suo carattere straordinario e la comprensione per il suo valore ecclesiale vanno crescendo nei nostri spiriti, un primo dovere avvertiamo da ciò derivare : quello di ringraziare il Signore che ci ha concesso di partecipare e di assistere a questo grande episodio dei suoi provvidenziali disegni nella storia della salvezza ; e il rito, che stiamo celebrando, ancor più che semplicemente commemorativo, vuol essere espressivo della nostra riconoscenza al Signore, che ha guidato la sua Chiesa alla testé compiuta celebrazione conciliare.

Un secondo dovere succede a quello della riconoscenza, ed anche questo subito noi promettiamo di compiere; ed è la fedeltà al Concilio. Esso ci impegna. Dobbiamo comprenderlo; dobbiamo seguirlo. E, professando questo proposito di fedeltà a quanto *il* Concilio c'insegna e ci prescrive, sembra a Noi[1] doversi evitare due possibili errori : primo quello di supporre che il Concilio Ecumenico Vaticano Secondo rappresenti una rottura con la tradizione dottrinale e disciplinare che lo precede, quasi ch'esso sia tale novità da doversi paragonare ad una sconvolgente scoperta, ad una soggettiva emancipazione, che autorizzi il distacco, quasi una pseudo-liberazione, da quanto fino a ieri la Chiesa ha con autorità insegnato e professato, e perciò consenta di proporre al dogma cattolico nuove e arbitrarie interpretazioni, spesso mutuate fuori dell'ortodossia irrinunciabile, e di offrire al costume cattolico nuove ed intemperanti espressioni, spesso mutuate dallo spirito del mondo; ciò non sarebbe conforme alla definizione storica e allo spirito autentico del Concilio, quale lo presagì Papa Giovanni XXIII. 11 Concilio tanto vale quanto continua la vita della Chiesa; esso non la interrompe, non la deforma, non la inventa; ma la conferma, la sviluppa, la perfeziona, la « aggiorna ».

E altro errore, contrario alla fedeltà che dobbiamo al Concilio, sarebbe quello di disconoscere l'immensa ricchezza di insegnamenti e la provvidenziale fecondità rinnovatrice che dal Concilio stesso ci viene. Volentieri dobbiamo attribuire ad esso virtù di principio, piuttosto che compito di conclusione ; perché, se è vero ch'esso storicamente e materialmente si pone come epilogo complementare e logico del Con-

cilio Ecumenico Vaticano Primo, in realtà esso rappresenta altresì un atto nuovo e originale di coscienza e di vita della Chiesa di Dio; atto che apre alla Chiesa stessa, per il suo interno sviluppo, per i rapporti con i Fratelli tuttora da noi disgiunti, per le relazioni con i seguaci d'altre religioni, col mondo moderno qual è — magnifico e complesso, formidabile e tormentato —, nuovi e meravigliosi sentieri.

Ed è questa avvertenza della Chiesa viva che ci richiama in questa circostanza, ad un altro dovere verso il Concilio, quello della nostra interiore e personale riforma mediante la quale la professione della religione cristiana, a cui tutto il Concilio si riferisce, diventa per ogni singolo fedele una sincera ragione di vita, diventa un ritorno al Vangelo, diventa un incontro con Cristo, diventa un combattimento per la santità.

Anime consacrate al servizio generoso del Signore

Ed eccoCi allora con voi, Religiose qui presenti, Nostre dilette figlie in Cristo. Voi Ci documentate, con la vostra vita ed oggi, qui, con la vostra assistenza, che vi sono anime nella Chiesa di Dio, le quali, al suo invito di fare della vita presente un perpetuo tirocinio alla santità, a cui appunto il Concilio esorta il Popolo di Dio, rispondono un sì totale, un sì assoluto, un sì definitivo; anime perciò che realizzano, tendenzialmente almeno, una pienezza di sapienza, di generosità, di carità, che illumina, che edifica, che conforta, che purifica, che santifica tutta la comunità ecclesiale.

Beate voi, figlie in Cristo carissime, che tale posizione, tale missione avete assunto nella Chiesa. Voi, le seguaci umili ed ardite, che tutto avete osato per seguire, come le donne del Vangelo, i passi frettolosi e ardimentosi di Cristo; voi, le generose, che non solo le vostre cose, i vostri nomi e i vostri servizi gli avete offerto, ma i vostri cuori, le vostre vite; voi, le vergini consacrate, che S. Ambrogio chiama *piae hostias castitatis*[1] vittime della pia castità, e dell'amore avete fatto pieno a Cristo olocausto; voi, le piissime, le oranti, le silenziose, le contemplative, non mai tarde a pregare e ad intessere con Gesù l'interiore colloquio; voi, le ancelle sollecite, voi, le api *argumentosae,* instancabili ad ogni cura, ad ogni assistenza, ad ogni umana e cristiana pietà, ad ogni fatica scolastica e ospedaliera; voi, le discepole e le apostole, docili, sagge e forti, che vediamo presenti e operanti dove

[1] *Exhortatio virginitatis,* 94.

Cristo è predicato, nelle attività benefiche ed apostoliche, nelle parrocchie, nelle missioni; voi, perciò quasi le ultime, e voi perciò quasi le prime nella comunità ecclesiale, siate salutate, siate benedette. Cantando oggi alla Madonna, la benedetta fra voi tutte, le acclamazioni bibliche: *Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel -, tu honorificentia populi nostri!* sembra a Noi di veder scendere su di voi stesse queste lodi, come se il manto di Maria tutte vi coprisse della sua bontà, della sua bellezza, della sua dignità, della sua santità. Siate tutte salutate, siate benedette !

Né la candida visione di questo giardino di anime fedeli distoglie dal Nostro spirito un altro pensiero, il pensiero del mondo, che ci circonda e di cui tutti facciamo parte. Due circostanze specialmente ravvivano in Noi questo pensiero : il Natale che viene, e la guerra, in un angolo remoto del mondo, ma per tutto il mondo dolorosa e minacciosa, la guerra che continua. Come sono incompatibili questi due termini, questi due fatti : il Natale e la guerra !

La pace vera portata da Cristo è opera della giustizia

Noi non possiamo dimenticare, in questo momento ed in questo luogo, che i Padri del Concilio, sul punto di lasciare Roma, dopo anni di preghiera e di studio, hanno desiderato di rivolgere un rispettoso saluto ed una parola anche a « coloro che sono i depositari del potere temporale » per invitarli ad essere promotori dell'ordine e della pace, chiedendo loro, in pari tempo, per la Chiesa, la libertà di diffondere « ovunque e senza ostacoli » la ((buona novella di Cristo ». Questo Messaggio evangelico, « in armonia con le aspirazioni e gli ideali più elevati del genere umano, risplende in questa nostra epoca di rinnovato fulgore, poiché esso proclama beati i promotori della pace, perché saranno chiamati figli di Dio ».[2] Ma la pace, la pace vera che Cristo ha portato al mondo — *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* —[3] è opera della giustizia. Essa è ancora — proclama il Concilio Vaticano II rifacendosi alla definizione di S. Agostino — frutto di quell'ordine che è stato impresso nell'umana società dal suo stesso Creatore, e che potrà essere attuato dagli uomini che aspirano ardentemente ad una giustizia sempre più perfetta, fondata nella decisa volontà di rispettare la libertà

[2] Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 77 pass.
[3] *Io.* 14, 27.

e la dignità dei popoli e degli individui.[4] Quanto a Noi, chiamati da Cristo a governare la sua Chiesa, fin dall'inizio del Nostro apostolico ministero, nulla abbiamo trascurato per sostenere e promuovere, nella misura delle Nostre possibilità, la causa della pace, e per invitare insistentemente a comporre dissidi e divergenze tra le nazioni mediante sincere e leali trattative, senza che alcun indebito egoismo nazionale ed alcuna ambizione di supremazia abbia a prevalere, mentre profondo rispetto è dovuto a tutta la umanità, avviata ormai così laboriosamente verso una maggiore unità.

Era perciò Nostra intenzione profittare di questa ricorrenza per rinnovare il Nostro invito ad entrambe le parti contendenti a deporre le armi, almeno durante le feste natalizie, restituendo ad esse il senso morale e religioso che esse hanno e devono avere ormai universalmente nella coscienza dell'umanità.

Ma siamo stati prevenuti, felicemente prevenuti, come voi tutti sapete. La tregua d'armi nel Vietnam, da una parte e dall'altra, è **già** stata annunciata ! La Nostra voce, tante volte piangente e implorante, si fa esultante e riconoscente. Noi vogliamo gridare il Nostro plauso, il Nostro ringraziamento. Sentiamo d'interpretare il sentimento del mondo. Mandiamo ai Capi responsabili, che hanno il merito di questo atto pio e cavalleresco, l'espressione dell'universale compiacenza.

Tuttavia questa temporanea sospensione non soddisfa del tutto l'attesa dell'umanità, perché essa è breve, perché è passeggera, perché lascia intravvedere, con maggior rammarico, la ripresa delle ostilità. Ci sia pertanto concesso di augurare che la tregua si trasformi in armistizio, che l'armistizio offra l'opportunità a leali trattative e che queste conducano alla pace. Più che augurare : chiedere, supplicare. Se, come è annunciato, dopo la tregua natalizia un'altra poco dopo sarà parimente concessa, perché non saldare da entrambe le parti in conflitto l'una tregua con l'altra, in un solo spazio continuato di tempo, in modo che possano essere esplorate nuove vie per un'intesa onorifica e risolutiva del conflitto?

Noi sappiamo che a questa ipotesi non manca il suffragio di uomini autorevoli; perché non dovrebbe essa raccogliere l'adesione di tutti? Quanto ciò sarebbe meritorio e glorioso per tutti, altrettanto sarebbe grave di responsabilità e di pericoli perdere la buona occasione per superare questo doloroso episodio della storia contemporanea.

[4] *Gaudium et spes,* 78.

Non permetta il Signore che cada nel vuoto il Nostro invito, a cui fanno eco l'ansia, le aspirazioni ed i voti dei fratelli cristiani, da Noi separati, i quali, come tutti i fedeli cattolici, auspicano per il diletto popolo Vietnamita il ritorno alla tranquillità ed all'ordine.

Per questo, dilette figlie, vi invitiamo ad elevare con Noi nuove suppliche, perché il Signore datore di ogni bene ispiri nelle menti dei governanti saggi pensieri e propositi di pace, e dia loro la forza di seguire con coraggio la via che porterà al raggiungimento della pace.

E perché la nostra preghiera sia più efficace, affidiamola alla Vergine Immacolata, Madre di Dio e degli uomini, e Eegina della pace. Ella, che è « segno di sicura speranza e di consolazione per il Popolo di Dio fino a quando verrà il giorno del Signore »,[5] interceda presso il Trono del Figlio suo e ci ottenga che tutti i popoli della terra, nella giustizia, nella libertà e nella pace, formino una sola famiglia, quale è nei disegni del Padre di tutte le genti.

IV

Ad Excellentissimum Virum Iosephum F. Shields, apud Sedem Apostolicam liberis cum mandatis Hiberniae Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Mister Ambassador,

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Beverly Jean Burr, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Carolus Lefebvre, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 9 mensis ianuarii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Beverly Jean Burr, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 6 mars 1967, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Beverly Jean Burr, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

IV

MEDIOLANENSIS

Nullitatis matrimonii (Rutigliano - Biraghi)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Mariae Iosephae Biraghi, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria 1, - Roma), in diem 6 martii 1967, hora undecima cum tribus quadrantibus, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 28 aprilis 1965 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Mariae Iosephae Biraghi, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Carolus Lefebvre, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 9 mensis ianuarii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius,*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Marie Joséphine Biraghi, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 6 mars 1967, a 11 heures 94, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

La sentence du Tribunal de la Bote en date 28 avril 1965 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Marie Joséphine Biraghi, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

V

ERIENSIS

Nullitatis matrimonii (Lafferty - Morris)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Edith Morris, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 15 martii 1967, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Edith Morris, curare debent ut ipsa de hac citatione edictali rite moneatur. *

Gerardus M. Rogers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 9 mensis ianuarii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Edith Morris, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 15 mars 1967, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Edith Morris, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

Ut generales normae, quae statutae sunt per Litteras a Ssmo D. N. Paulo Pp. VI, die xv mensis septembris anno *momlxv* ***motu proprio datas, quibus Synodus Episcoporum p7*o universa Ecclesia constituitur, rite exsecutioni mandentur, Augustus Pontifex praesentem Ordinem Synodi Episcoporum celebrandae, qui ea omnia moderatur quae in supradictis Apostolicis Litteris continentur, approbare dignatus est, eumque religiose servari mandavit.***

Datum Romae, die *viii* ***mensis decembris, in festo Immaculatae B. Mariae Virg. Conceptionis, anno*** *momlxvi.*

H. I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ORDO SYNODI EPISCOPORUM CELEBRANDAE

PARS PRIMA

DE SUPREMA POTESTATE DEQUE PERSONIS IN SYNODO EPISCOPORUM PARTEM HABENTIBUS

CAPUT I

De Summo Pontifice

Art. 1

(De Summi Pontificis potestate)

Summi Pontificis unice est :

I° Convocare Synodum Episcoporum, quotiescumque id ipsi opportunum visum erit, loco etiam designato ubi coetus habendi erunt;

2° Ratam habere Membrorum seu Sodalium electionem;

3° Statuere argumenta quaestionum pertractandarum;

4° Decernere nt materia rerum pertractandarum iis mittatur, qui harum quaestionum tractationi interesse debeant ;

5° Statuere ordinem rerum agendarum;

6° Praeesse Synodo per se vel per alios ;

7° Deliberare circa vota expressa.

CAPUT II

De Praeside Delegato

Art. 2

(De Praesidis Delegati nominatione)

§ 1. Praeses Delegatus nomine et auctoritate Summi Pontificis coetui Synodi Episcoporum praeest.

§ 2. Praeses Delegatus a Summo Pontifice nominatur, eiusque munus cessat post absolutum coetum, pro quo nominatus est.

§ 3. Si Summus Pontifex plures deputaverit, qui coetui praesint, hi officio fungentur sibi inter se succedentes, ordine ab ipso Summo Pontifice statuto.

Art. 3

(De Praesidis Delegati muneribus)

Praesidis Delegati est :

I° Moderari Synodi labores, iuxta facultates sibi in litteris delegationis tributas, secundum ordinem> rerum agendarum statutum, necnon servatis normis procedendi in hoc Ordine praescriptis.

2° Quibusdam Sodalibus, cum opportunitas id suadeat, peculiaria munera tribuere, ut coetus aptiore ratione suis vacet laboribus.

3° Acta coetus subsignare. Quod si Praesides Delegati plures sint, omnes acta conclusiva coetus subsignant.

CAPUT III

De Synodi coetibus

Art. 4

(De singulis Synodi coetibus)

Synodus Episcoporum congregatur:

1° In coetum generalem, si res tractandae, suapte natura ac momento, doctrinam, prudentiam atque vota totius Catholici orbis Episcopatus exquirenda suadeant ;

2° In coetum extraordinarium, si res, ad bonum quidem Ecclesiae universae spectantes, expeditam definitionem requirant;

3° In coetum specialem, si maioris momenti negotia respiciant Ecclesiae bonum, quod ad unam vel plures regiones praesertim pertineat.

CAPUT IV

De Membris seu Sodalibus

Art. 5

(De Synodi participibus)

§ 1. Coetui generali Synodi intersunt :

I° *a)* Patriarchae, Archiepiscopi Maiores et Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis;

b) Episcopi electi a singulis Conferentiis Episcopalibus Nationalibus, iuxta art. 6, § 1, 3° ;

c) Episcopi electi a Conferentiis Episcopalibus plurium Nationum, constitutis scilicet pro iis Nationibus, quae propriam Conferentiam non habent, ad normam art. 6, § 1, 4° ;

d) Decem viri religiosi qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electi ab Unione Romana Superiorum Generalium;

2° Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

§ 2. Coetui extraordinario intersunt :

I° *a)* Patriarchae, Archiepiscopi Maiores et Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis;

b) Praesides Conferentiarum Episcopalium Nationalium;

c) Praesides Conferentiarum Episcopalium plurium Nationum, pro iis Nationibus constitutarum, quae propriam Conferentiam Episcopalem non habent;

d) Tres viri religiosi qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electi ab Unione Romana Superiorum Generalium;

2° Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

§ 3. I° Coetui speciali intersunt Patriarchae, Archiepiscopi Maiores, Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Orientalium Catholicarum ritus Orientalis, necnon illi qui partes agunt sive Conferentiarum Episcopalium unius vel plurium Nationum, sive Institutorum Religiosorum, ut in hoc articulo § 1, in art. 6, § 1, 4° et quoad numerum Religiosorum, in art. 6, § 2, 4°, statutum est : qui tamen omnes ad regiones pertineant, pro quibus Synodus Episcoporum convocata est.

2° Coetui speciali intersunt etiam Patres Cardinales Dicasteriis

Curiae Romanae praepositi, quae cum materiis tractandis rationem habent.

§ 4. Singulis coetibus intersunt quoque Sodales, electi a Summo Pontifice, ad normam n. X Litt. Apost. *Apostolica sollicitudo,* d. 15 Sept. 1965.

Art. 6

(De Sodalibus eligendis)

§ 1. 1° Episcopi a Conferentiis Episcoporum unius vel plurium Nationum deputati ii habendi sunt, qui electi fuerint per secreta suffragia a sua quisque Conferentia in plenaria sessione coadunata.

2° Hae electiones fiunt ad normam C. I. C. can. 101 § 1, I°. Si plures eligendi sint, pro singulis electionibus proprium habeatur scrutinium ita ut alter non eligatur nisi postquam prior electus fuerit.

3° Episcopi qui partes agunt singularum Conferentiarum Episcopalium, ita eliguntur :

a) unus pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 25 membris ;

b) duo pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 50 membris;

c) tres pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 100 membris;

d) quattuor pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet plus quam 100 membris.

4° Conferentiae Episcopales plurium Nationum eligunt eos, qui ipsarum partes agunt, secundum easdem normas.

5° In eligendis Episcopis summopere ratio habenda est non solum ipsorum scientiae et prudentiae generatim, sed etiam cognitionis, ad theoriam et praxim quod attinet, materiae de qua Synodus pertractabit.

6° Electorum nomine Praesides Conferentiarum Episcopalium communicabunt Secretario Generali per Summi Pontificis Legatum suae Nationis, idque saltem duobus mensibus ante inchoandum coetum.

§ 2. I° Electio virorum religiosorum, de quibus in art. 5 huius Ordinis, fit, congrua congruis referendo, ad normam § 1, 2° huius articuli.

2° In eligendis viris religiosis ratio habeatur non solum ipsorum scientiae et prudentiae generatim, sed etiam cognitionis, ad theoriam et praxim quod attinet, materiae de qua Synodus pertractabit.

3° Electorum nomina Praeses Unionis Romanae Superiorum Generalium communicabit Secretario Generali saltem duobus mensibus ante inchoandum Synodi coetum.

4° Religiosi Sodales, nec plures quidem quam duo, ad partes agendas Institutorum Religiosorum in coetu synodali speciali ab Unione Romana Superiorum Generalium eligentur inter viros peritos, qui sive materiam rerum agendarum sive Regiones, etsi e loco non sint, cognoscunt, pro quibus coetus convocatus est.

§ 3. Episcoporum et Religiosorum, qui electi sint, nomina publici iuris ne fiant, donec ipsorum electionem Summus Pontifex ratam habuerit.

Art. 7

(De instrumento deputationis exhibendo)

Ineunte quolibet Synodi coetu Sodales electi exhibebunt Summo Pontifici, per Secretarium Generalem, authenticum suae deputationis instrumentum a Praeside necnon a Secretario uniuscuiusque Conferentiae, vel, si de Religiosis agatur, a Praeside et a Secretario Unionis Romanae Superiorum Generalium subsignatum.

CAPUT V

De Commissionibus studiorum

Art. 8

(De Commissionibus studiorum constituendis)

Si res quae in Synodo agitur ulteriore enucleatione indigeat, Praesidis Delegati est, de consensu Summi Pontificis, peculiares inter Sodales Commissiones studiorum constituere.

CAPUT VI

De Commissione querelarum

Art. 9

(De Commissionis querelarum constitutione et munere)

Initio uniuscuiusque coetus constituitur a Summo Pontifice Commissio trium Sodalium cuius est porrectas querelas rite examinare et ad Summum Pontificem deferre.

CAPUT VII

De Secretario Perpetuo seu Generali

Art. 10

(De Secretarii Generalis nominatione)

Secretarius Perpetuus seu Generalis a Summo Pontifice nominatur, ad Eiusque nutum munus suum exercet.

Art. 11

(De Secretarii Generalis muneribus)

§ 1.- Secretarii Generalis est iussa seu mandata Summi Pontificis exsequi Eique communicare omnia quae ad Synodum Episcoporum spectant.

§ 2. Secretarius Generalis coetus Synodi participat, Secretariam generalem moderatur eiusque acta subsignat.

§ 3. Ad Secretarium Generalem quoque pertinet :

I° Mittere, de mandato Summi Pontificis, epistulas convocationis et ordinem rerum agendarum uniuscuiusque coetus Synodi Episcoporum, necnon documenta, instructiones et notitias eundem coetum spectantia.

2° Communicare omnibus, quorum interest, nomina Membrorum seu Sodalium libere a Summo Pontifice designatorum, ad normam N. X Litt. Apost. *Apostolica sollicitudo,* d. 15 sept. 1965 ; communicare item nominationem Secretarii Specialis uniuscuiusque coetus, a Summo Pontifice factam ;

3° Ordinem uniuscuiusque coetus praeparare, Summo Pontifici subiciendo res in eo agendas et elenchum Membrorum, quae ratihabitione indigent;

4° Transmittere processum verbalem uniuscuiusque coetus Patribus Cardinalibus Dicasteriis Curiae Romanae praepositis, Patriarchis, Archiepiscopis Maioribus et Metropolitis extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis, Praesidibus Conferentiarum Episcopalium, necnon Praesidi Unionis Romanae Superiorum Generalium ;

5° Exsequi ea quae Synodus Episcoporum ipsi mandaverit;

6° Colligere, in ordinem disponere et asservare acta et documenta.

Art. 12

(De Secretarii Generalis adiutoribus)

§ 1. Adiutores Secretarii Generalis nominantur, approbante Summo Pontifice, a Secretario Generali ab eoque dependent.

§ 2. Iidem Adiutores eliguntur inter ecclesiasticos viros idoneos et aptos, scientia et prudentia praeditos.

§ 3. Si res postulet, periti in rebus technicis á Secretario Generali, approbante Summo Pontifice, eligi possunt.

CAPUT VIII
De Secretario Speciali

Art. 13

(De Secretarii Specialis nominatione)

§ 1. Secretarius Specialis nominatur a Summo Pontifice pro unoquoque coetu, in quo res tractatur, cuius ipse sit peritus.

§ 2. Si argumenta in coetu tractanda diversa sunt, pro unoquoque argumento Secretarius Specialis nominatur.

§ 3. Coetu absoluto, Secretarii Specialis munus cessat.

Art. 14

(De Secretarii Specialis muneribus)

Secretarius Specialis praesto est Praesidi Delegato, ipsi coetui et Secretario Generali pro apparandis documentis et relationibus; pro explanationibus et notitiis, iis praebendis, qui illas forte petant ; denique pro actis conficiendis.

PARS SECUNDA
NORMAE GENERALES

CAPUT I
De Synodo Episcoporum convocanda

Art. 15

(De ratione Synodi convocandae)

§ 1. Synodus Episcoporum a Summo Pontifice opportuno tempore opportunisque modis convocatur.

§ 2. Praesidis est proximae congregationis diem et horam necnon materiam tractandam, iuxta praestitutum ordinem, indicare.

§ 3. Intimatio singulorum tunc tantum locum habet, cum id Praeses necessarium iudicaverit.

CAPUT II
De vestibus adhibendis

Art. 16

(De vestibus in coetu adhibendis)

In coetus congregationibus Sodales, ad quos pertinet, habitum pianum induunt sine lacerna; ceteri proprium publicum.

CAPUT III

De praecedentia

Art. 17

(De praecedentiae ordine)

§ 1. Servetur, pro praecedentia, praescriptum C. I. C. can. 106, 3°, et C. I. O., De personis, can. 37, 3°.

§ 2. Si qui Sodalis forte extra ordinem sedeat, sententiam proferat vel alios actus faciat, nullum ius, acquirit, ac nemini praeiudicium affert.

CAPUT IV

De secreto servando

Art. 18

(De obligatione secreti servandi)

Omnes qui in Synodo partem habent vinciuntur secreto quod attinet sive ad actus praeparatorios sive ad labores ipsius coetus, praesertim quod spectat ad singulorum sententias et suffragia et coetus decisiones et conclusiones.

CAPUT V

De lingua in Synodo adhibenda

Art. 19

(De lingua in coetibus et actis adhibenda)

In congregationibus Synodi et in actis conficiendis lingua latina adhibetur.

CAPUT VI

De colligendis ac distribuendis actis et documentis

Art. 20

(De ratione colligendi ac distribuendi acta et documenta)

§ 1. Omnia acta et documenta colliguntur et distribuuntur per Secretarium Generalem.

§ 2. Argumentorum index, de quibus in coetu Synodi agendum est, transmittitur sex mensibus, si fieri potest, antequam coetus initium capiat, ita ut tempus detur ad convocandas Conferentias Episcopales, exquirendae sententiae causa.

CAPUT VII
De sententia exquirenda a Conferentiis Episcopalibus

Art. 21
(De ratione sententiae exquirendae)

§ 1. Res, quas pertractandas Summus Pontifex in Synodi convocatione statuerit, ab unaquaque Episcoporum Conferentia vel coetu Episcoporum ritus Orientalis, studiose antea perspiciantur oportet.

§ 2. De earundem rerum definitione unusquisque Episcopatus suam communem sententiam exprimit aptiore, quae ipsi videbitur, ratione.

§ 3. Huiusmodi sententia a singulis Sodalibus pro Synodo deputatis in Synodi coetu exprimitur.

CAPUT VIII
De suffragiis

Art. 22
(De suffragiis ferendis)

Postquam Sodales sententiam, de qua in art. 21 § 3, expresserint, si Summus Pontifex id constituerit, ad ferenda suffragia proceditur.

Art. 23
(De formula et modo ferendi suffragia)

§ 1. Suffragia in Synodo feruntur formula : *placet, non placet, placet iuxta modum,* si agitur de schemate approbando, sive integro sive per partes diviso ; feruntur vero formula : *placet, non placet,* in emendationibus seu modis approbandis et in aliis suffragationibus.

§ 2. Qui suffragium dederit formula : *placet iuxta modum,* tenetur modum clare et concinne scripto tradere.

§ 3. Suffragia exprimuntur aptis schedulis, nisi Praeses alium modum praeceperit, v. gr. surgendo vel sedendo, manum elevando vel minus.

Art. 24
(De suffragiorum maioritate)

§ 1. Ad maioritatem suffragiorum constituendam, si agitur de re approbanda, requiruntur duae tertiae partes suffragiorum Sodalium, qui suffragia ferunt ; si vero de reicienda, eorundem Sodalium maioritas absoluta.

§ 2. Praescriptum § 1 servetur sive consilium praestandum est Summo Pontifici, sive, obtenta eiusdem Summi Pontificis licentia, est de re decernendum.

§ 3. Quotiens de ratione procedendi quaestio movetur, ea per maioritatem absolutam Sodalium, qui suffragium ferunt, solvitur.

CAPUT IX

De sodalium absentia

Art. 25

(De obligatione significandi absentiam)

Qui coetus congregationi interesse nequit, is Praesidi, per Secretarium Generalem, absentiae rationem significare debet.

CAPUT X

De dispensatione ab obligatione residentiae

Art. 26

(De beneficiorum fructuum perceptione)

Omnes, qui Synodo interesse tenentur vel eidem operam quovis titulo legitime impendunt, coetu perdurante et donec eidem adsunt vel inserviunt, ab obligatione residentiae eximuntur et quoslibet suorum beneficiorum reditus ac distributiones quotidianas percipere valent, iis tan tum exceptis, quae inter praesentes fieri dicuntur.

PARS TERTIA
DE RATIONE PROCEDENDI

CAPUT I

De ritibus sacris

Art. 27

(De coetu inaugurando et absolvendo)

§ 1. Coetus Synodi inauguratur celebratione Sacri et cantu solemni hymni *Veni Creator Spiritus.*

§ 2. Idem coetus absolvitur celebratione Sacri et solemni cantu hymni *Te Deum.*

CAPUT II

De Relatione conficienda

Art. 28

(De Relatione paranda)

§ 1. Relatio, qua quaestio in Synodo agenda exponitur, collustratur et enucleatur, ab illo Episcopo paratur, cui Summus Pontifex, cum coetus quilibet convocatur, hoc munus contulerit.

§ 2. Relatori praesto esse debet Secretarius Specialis.

Art. 29

(De Relatione transmittenda)

Textus Relationis, in Synodo dein legenda, saltem triginta diebus ante inchoandum coetum, perveniat ad Secretarium Generalem, qui curat exemplaria pro Sodalibus paranda.

CAPUT III

De officii possessione a Praeside Delegato capienda

Art. 30

(De ratione possessionis capiendae a Praeside Delegato)

Ineunte Synodo in coetum congregata, si casus ferat, Secretarius Generalis perlegit pontificium documentum quo deputatur Praeses Delegatus ; iste dein statim officium capit suum.

CAPUT IV

De ratione procedendi in coetibus Synodi

Art. 31

(De argumenti propositione et illustratione)

Praeses argumentum disceptandum nuntiat et Relatorem vocat, qui Relationem iam apparatam legit, adiutorio usus, si necesse sit, Secretarii Specialis.

Art. 32

(De argumenti discussione)

§ 1. Praeses, iuxta indicem a Secretario Generali confectum, ex ordine ad loquendum vocat Sodales, qui pridie nomina sua ad hunc finem significaverint.

§ 2. Oratores suas animadversiones pandunt, quas dein Secretario Generali scripto tradunt.

Art. 33

(De responsionibus)

§ 1. Si qui Sodalis, auditis Sodalium animadversionibus, respondere seu aliquid obicere intendit, banc facultatem a Praeside petere potest.

§ 2. Praesidis est facultatem respondendi concedere, et diem statuere, qua responsio fiat.

§ 3. Die statuta, Praeses, iuxta indicem a Secretario Generali confectum, vocat Patres, qui respondere petierunt.

§ 4. Oratores, nisi tempus ad respondendum Praeses definierit, brevissimo sermone suas responsiones contineant.

§ 5. Possunt Oratores nomine plurium Sodalium respondere; quod si faciunt, eos indicare debent, quorum nomine loquuntur.

§ 6. Responsiones scripto Secretario Generali dein tradendae sunt.

Art. 34

(De Commissionibus studiorum)

§ 1. Si ex habita disceptatione constet argumentum ulteriore enucleatione indigere, potest Praeses Delegatus, de consensu Summi Pontificis et modis ab eodem Summo Pontifice statutis (cfr. art. 8), peculiarem Commissionem constituere, quae in hoc opus incumbat.

§ 2. Interea ad subsequentis argumenti examen proceditur.

§ 3. I° Cum Commissio studiorum suas conclusiones exhibuerit, eae a Relatore, per Commissionem designato, Sodalibus illustrantur.

2° Si Sodales postulant, potest Praeses brevissimam disceptationem circa has conclusiones concedere ; quae disceptatio fit iuxta art. 32.

Art. 35

(De voto exprimendo)

§ 1. Expleta disceptatione, singuli Sodales mentem suam iuxta sententiam, de qua in art. 21 § 2, pandunt per votum scripto deinde Secretario Generali tradendum.

§ 2. Si, ex voluntate Summi Pontificis, suffragatio facienda sit, haec peragitur ad normam artt. 22-24.

CAPUT V

De Relatione circa peractos labores

Art. 36

(De Relatione facienda)

Omnibus absolutis, fit per Secretarium Generalem, cui operam praestat Secretarius Specialis, Relatio in qua describuntur labores circa argumentum vel argumenta examinata peracti, et conclusiones a Sodalibus deductae exhibentur.

Art. 37

(De Relatione Summo Pontifici exhibenda)

Relationem, de qua in art. 36, Summo Pontifici exhibent Praeses Delegatus et Secretarius Generalis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, **12** dicembre **1966,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **IOSEPH F. SHIELDS**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Irlanda.

Lunedì, **19** dicembre **1966,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **HASHIM KHALIL**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Iraq.

Giovedì, **22** dicembre **1966,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **Luis VALLADARES Y AYCINENA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Guatemala.

Giovedì, **22** dicembre **1966,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto Sua Eccellenza il Signor **VJEKOSLAV CVRLJE**, Inviato del Governo della Repubblica Socialista Federativa di Jugoslavia.

Giovedì, **5** gennaio **1967,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza il Maresciallo **ARTHUR DA COSTA E SILVA**, Presidente eletto della Repubblica degli Stati Uniti del Brasile.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 6 dicembre 1966, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza dell'Emo e Revmo Signor Cardinale Arcadio Maria Larraona, Prefetto della S. Congregazione dei Riti e Ponente o Relatore della Causa del Servo di Dio Massimiliano M. Kolbe, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, nella quale i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

Martedì, 20 dicembre 1966, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù dei Servi di Dio:

1. Carlo Maria Schilling, sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Regolari di S. Paolo (Barnabiti) ;
2. Maria Francesca Schervier, fondatrice della Congregazione delle Suore dei poveri di S. Francesco.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

24 ottobre 1966. S. E. Revma Monsig. Wüstenberg Bruno, Arcivescovo tit. di Tiro, ***Pro-Nunzio Apostolico in Giappone.***
31 » » S. E. Revma Monsig. Poggi Luigi, Arcivescovo tit. di Forontoniana, ***Pro-Nunzio Apostolico nel Cameroun.***
1 dicembre » L'Avv. Graziani Ermanno, ***Avvocato Concistoriale.***
24 » » S. E. Revma Monsig. Caprio Giuseppe, Arcivescovo tit. di Apollonia, ***Pro-Nunzio Apostolico in Gina.***
2 gennaio 1967. S. E. Revma Monsig. Maltoni Costante, Arcivescovo tit. di Tuggia, ***Pro-Nunzio Apostolico nel Pakistan.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

12 novembre 1966. S. E. Revma Monsig. Iturriza Guillen Francesco Giuseppe, Vescovo di Coro.
19 » » S. E. Revma Monsig. Aguilera Narbona Pietro, Vescovo di Iquique.

Protonotari Apostolici ad instar participantium

3 settembre 1966. Monsig. Ricco Alistico (Reggio Emilia).
26 » » Monsig. Mortin Mario (Sabina e Poggio Mirteto).
8 ottobre » Monsig. Fantini Fino (Udine).
10 » » Monsig. van Trigt Cosma Gerardo (Haarlem).
29 » » Monsig. Jatowtt Luigi (Czçstochowa).
2 dicembre » Monsig. Simeoni Agapito (Palestrina).
15 » » Monsig. Zinke Giovanni (Berlin).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

24 dicembre 1966. Il Revmo Monsig. Rossano Pietro, ***Sottogretario del Segretariato per i non Cristiani.***
» » » Il Revmo Padre Cerniaùski Ladislao, ***Consultore della Sacra Congregazione dei Riti, per la Sacra Liturgia.***
5 gennaio 1967. Il Revmo Padre Martegani Giacomo S. J., ***Delegato con funzioni di Direttore Generale della Radio Vaticana.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI," felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di Sua Santità:

8	gennaio	1964.	Monsig. Aufderbeck Paolo (Essen).
9	ottobre	1965.	Monsig. Ounningham Bernardo (New York).
»	»	»	Monsig. Dvoracky Andrea (New York).
		»	Monsig. Flannery William (New York).
»		»	Monsig. Gallagher Giuseppe (New York).
		»	Monsig. Kane Giacomo (New York).
	»	»	Monsig. Kowalczyk Michele (New York).
»		»	Monsig. Mahoney Riccardo (New York).
		»	Monsig. Mazziotta Roberto (New York).
»	»	»	Monsig. McCaffrey Tommaso (New York).
»		»	Monsig. McGrath Giacomo (New York).
	»	»	Monsig. McNamara Giovanni (New York).
»	»	»	Monsig. Mullins Tommaso (New York).
		»	Monsig. Raimondo Giuseppe (New York).
»	»	»	Monsig. Slayne Francesco (New York).
4	febbraio	1966.	Monsig. Uedelhofen Mattia (Köln).
25	aprile	»	Monsig. Shanahan Daniele (Brentwood).
16	maggio	»	Monsig. Cruz Lima Tommaso (San Juan de Cuyo).
»	»	»	Monsig. Faber Guglielmo (Fort Wayne-South Bend)
21		»	Monsig. Noto Vincenzo (New York).
		»	Monsig. Damm Erconvaldo (New York).
	»	»	Monsig. Frey Federico (New York).
	»	»	Monsig. Murphy Guglielmo (New York).
	»	»	Monsig. Kelly Roberto (New York).
	»	»	Monsig. Pinard Giovanni (New York).
»		»	Monsig. Byrne Giovanni (New York).
»	»	»	Monsig. Rader Carlo (New York).
»		»	Monsig. Weber Luigi (New York).
		»	Monsig. Ferrarelli Antonio (New York).
»		»	Monsig. Markowski Alessandro (New York).
		»	Monsig. Sullivan Giacomo (New York).
	»	»	Monsig. Blust Raimondo (New York).
		»	Monsig. Riordan Vilfrido (New York).
		»	Monsig. Byrne Giacomo (New York).
»		»	Monsig. Cohalan Fiorenzo (New York).
»	»	»	Monsig. Hanlon Giacomo (New York).
»	»	»	Monsig. Marinacci Nicola (New York).
		»	Monsig. Wolf Gaspare (New York).
	»	»	Monsig. Fleming Michele (New York).
		»	Monsig. Moriarty Tommaso (New York).
		»	Monsig. Deno Guglielmo (New York).
	»	»	Monsig. Lynch Giacomo (New York).
		»	Monsig. Raftery Patrizio (New York).

21	maggio	1966.	Monsig. O'Flaherty Patrizio (New York).
»	»		Monsig. Fitzgerald Stefano (New York).
»			Monsig. Goodwine Giuseppe (New York).
»		»	Monsig. Heide Ermanno (New York).
	»	»	Monsig. Jablonski Stanislao (New York).
»	»	»	Monsig. Mulroy Giovanni (New York).
			Monsig. Dennen Guglielmo (New York).
»			Monsig. Brady Daniele (New York).
»	»	»	Monsig. Delaney Guglielmo (New York).
»			Monsig. Guido Giovanni (New York).
»			Monsig. Peters Matteo (New York).
	»		Monsig. Sexton Giovanni (New York).
	»	»	Monsig. Rea Giacomo (New York).
	»	»	Monsig. Sullivan Geremia (New York).
	»		Monsig. McGann Guglielmo (New York).
	»	»	Monsig. Moore G. Howard (New York).
			Monsig. Ford Roberto (New York).
»			Monsig. Head Edoardo (New York).
»	»		Monsig. Barnes Guglielmo (New York).
30			Monsig. Haddad Edmondo Giorgio (Worcester).
»			Monsig. Harrington Timoteo (Worcester).
»			Monsig. Kubik Stanislao (Worcester).
7	giugno	»	Monsig. Oreegan Giovanni (Boise City).
»	»		Monsig. Mroz Michele (Boise City).
»	»		Monsig. Schermanson Enrico (Boise City).
13		»	Monsig. Kennedy Stefano (Galloway).
	»		Monsig. Dolan Edoardo M. (Nashville).
»		»	Monsig. Elleshworth Leppert Giuseppe (Nashville).
»	»	»	Monsig. Burke Riccardo (Richmond).
»			Monsig. Maioriello Gabriele (Richmond).
»			Monsig. Quinn Martino (Richmond).
	»		Monsig. Sullivan Gualtiero (Richmond).
»	»		Monsig. Walsh Eugenio (Richmond).
2	luglio	»	Monsig. Schmer Lorenzo (Bamberg) .
5	»	»	Monsig. Melnick Michele (Esarcato Ap. in Australia)
7	»		Monsig. Lanfermann Enrico (Münster).
11		»	Monsig. Neudecker Leone (Winona).
»			Monsig. Klein Edoardo (Winona).
	»	»	Monsig. Ploof Tommaso (Winona).
14			Monsig. Corboy Filippo Francesco. (Seattle).
»	»	»	Monsig. Egan Giovanni (Seattle).
21	»	»	Monsig. Delaney Giacomo Francesco (Sydney).
24		»	Monsig. Beaudin Edoardo (Liége).
28	»	»	Monsig. McBride Edoardo Daniele (Perth).
»	»	»	Monsig. Murphy Giovanni (Perth).
6	agosto	»	Monsig. Gibbs Wilbur Michele (Marquette).
21	»		Monsig. Andretto Fausto (Adria).
»	»	»	Monsig. Frison Ferdinando (Adria).
	»		Monsig. Rocca Francesco (Crotone).

2	settembre	1966	Monsig. Bronzoni Luigi (Reggio Emilia).
12	»	»	Monsig. Luoni Silvio (Roma).
14	»	»	Monsig. Berardi Eugenio (Forlì).
21	»	»	Monsig. Esposti Pietro (Lodi).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

8	gennaio	1964.	Monsig. Gallisch Felice (Essen).
»		»	Monsig. Sabisch Alfredo (Essen). .
27			Monsig. Borg Giuseppe (Malta).
20	febbraio		Monsig. Kitten Clemente Giuseppe (Essen).
»	»		Monsig. Schmidt Meinolf o Giuseppe (Essen).
28	novembre	»	Monsig. Brodesser Ludovico Giacomo (Essen).
»	»	»	Monsig. Schulte Arnoldo (Essen).
7	luglio	1965.	Monsig. Thielen Corrado (Essen).
8	ottobre	»	Monsig. Sheridan Patrizio (New York).
9	»		Monsig. Ahern Giovanni (New York).
»			Monsig. Arpie Roberto (New York).
»	»		Monsig. Kilcoyne Bartolomeo (New York).
»	»		Monsig. Tiffany Giorgio (New York).
12	novembre	»	Monsig. Boymans Pietro Giuseppe (Roermond).
11	dicembre	»	Monsig. Roosen Enrico A. G. (Haarlem).
4	gennaio	1966.	Monsig. Nettekoven Pietro (Köln).
30	marzo		Monsig. Engels Ermanno (Köln).
25	aprile	»	Monsig. Kearney Mattia (Brentwood).
29	»		Monsig. Raskob Beniamino (Santa Fe - *U.S.A.).*
8	maggio		Monsig. Rey y Rivera Magenzio (Sorsogón).
21		»	Monsig. Schleich Giovanni (Köln).
»		»	Monsig. Brooks Giovanni (New York).
»			Monsig. Fahey Tommaso (New York).
»	»		Monsig. Gartland Tommaso (New York).
»			Monsig. Hammer Edmondo (New York).
»		»	Monsig. Hicks Araldo (New York).
		»	Monsig. McMahon Guglielmo (New York).
		»	Monsig. McManus Guglielmo (New York).
		»	Monsig. Mulcahy Filippo (New York).
	»	»	Monsig. Pakulniewicz Raffaele (New York).
»	»	»	Monsig. Reynolds Edoardo (New York).
	»	»	Monsig. Soares Edoardo (New York).
30		»	Monsig. Tobin Patrizio (Clifton).
»		»	Monsig. Battista Leone (Worcester).
	»	»	Monsig. Martin Giovanni (Worcester).
»		»	Monsig. Roberts Mederic (Worcester).
2	luglio		Monsig. Büppel Carlo (Fulda).
7	»		Monsig. Tosoratti Remo (Udine).
9		»	Monsig. García y García Girolamo (Santiago de Maria)
15	»	»	Monsig. Bingo Alfonso (Caltanissetta).
»	»		Monsig. Cimino Antonio (Caltanissetta).
	»		Monsig. Colajanni Liborio (Caltanissetta).
	»		Monsig. Firrone Paolino (Caltanissetta).

21 luglio 1966. Monsig. O'Dea Michele Gregorio (Sydney).
28 » » Monsig. Kailao Gregorio (Tonga and Mue Islands).
3 agosto Monsig. Ronchetti Tommaso Almond (Leeds).
Monsig. Murphy Tommaso (Leeds).
» » Monsig. Epifani Giuseppe (Ostimi).
21 » Monsig. Rossin Rino (Adria).
22 » Monsig. Fini Giuseppe (Arezzo).
17 settembre Monsig. Gioco Salvatore (Mcosia).
21 » Monsig. Cancellotti Carlo (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
Monsig. Carocci Lanfranco (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
» Monsig. Garofoli Remo (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
» Monsig. Tega Giuseppe (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità

7 luglio 1966. Monsig. Cargnelutti Francesco (Udine).
» » » Monsig. Londero Pietro (Udine).
» » » Monsig. Toller Mario (Udine).
17 settembre » Monsig. Di Fini Salvatore (Mcosia).
» » » ~ Monsig. Pernicone Benedetto (Mcosia).
» «)) Monsig. Rossignolo Antonino (Mcosia).

ONOBIFICEM3E

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

II Collare dell'Ordine Piano :

30 dicembre 1966. A. S. E. il Maresciallo da Costa e Silva Arthur, Presidente eletto del Brasile.

La Cran Croce dell'Ordine Piano :

10 novembre 1966. A S. E. il Sig. Karjalainen Ahti Kalle Samuli, Ministro degli Esteri di Finlandia.
» » » A S. E. il Sig. Hallama Jaakko Untamo, ex-Ministro degli Esteri di Finlandia.
» » » • A S. E. il Sig. Wartiovaara Otso Uolevi, Ambasciatore di Finlandia presso la Santa Sede.
11 » » A S. E. il Sig. Vallarino Octavio, Ambasciatore di Panama presso la Santa Sede.
12 » » A S. E. il Sig. Riad Mahmoud, Ministro degli Esteri della Repubblica Araba Unita.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 novembre 1966. A S. E. il Sig. Helenius Veli Arturo *(Finlandia).*
» » » A S. E. il Sig. Honkaranta Reino Ilmari *(Finlandia).*

La Gran Groce dell'Ordine di san Silvestro Papa-.

24	ottobre	1966.	Al Prof. Gedda Luigi *{Italia).*
10	novembre	»	A S. E. il Sig, Palas Eeino Sven *(Finlandia).*
19	»	»	AlPIng. Rebecchini Camillo (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile'.

15	dicembre	1965.	Al sig. Broggi Antonio (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

26	giugno	1965.	Al sig. Principe Michele (Roma).
29	settembre	»	Al sig. Baumann Giuseppe (Berlin).
»	»		Al sig. Bartmann Ferdinando (Berlin).
15	dicembre	»	Al sig. Toti Mario (Roma).
»		»	Al sig. Saeger Felice (Speyer).
20	»	»	Al sig. Köppler Enrico (Köln).
21		»	Al sig. Pugi Luigi (Firenze).
9	marzo	1966.	Al sig. Geuna Silvio (Torino).
18	»	»	Al sig. Benitez Enrico (Puebla).
»	»	»	Al sig. Santillana Gioacchino (Puebla).
»	»	»	Al sig. Tamariz Oropeza Bernardino (Puebla).
14	aprile	»	Al sig. Neundorf er Ludovico (Limburg).
16	maggio	»	Al sig. Izzo Augusto (Roma).
25	»	»	Al sig. Gasparri Carlo (Roma).
16	giugno	»	Al sig. Grottanelli Lorenzo (Roma).
22	»	»	Al sig. Dolcini Walter (Padova).
»	»	»	Al sig. Gardini Luigi (Roma).
»	»	»	Al sig. Merlini Giulio (Roma).
	»	»	Al sig. Valle Cesare (Roma).
27	»	»	Al sig. Fenizia Giuseppe (Salerno).
»		»	Al sig. Incutti Ferruccio (Salerno).
2	luglio		Al sig. Garzia Raffaele (Cagliari).
»	»	»	Al sig. Tournon Paolo (Roma).
5	»	»	Al sig. Scicluna Giovanni (Malta).
11	»	»	Al sig. Stamboulieh Antonio (Khartum).
»	»		Al sig. Masi Gaetano (Otranto).
21		»	Al sig. Fanticini Giovanni (Reggio Emilia).
28		»	Al sig. Rossi Luigi (Lodi).
»	»		Al sig. Storti Luigi (Lodi).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18	gennaio	1964.	Al sig. Jaquet Ferdinando (München und Freising).
19	febbraio	1965.	Al sig. Clarke Vilfrido (Birminghan).
4	agosto	»	Al sig. Röttsches Enrico F. (Köln).
29	settembre	»	Al sig. Becker Corrado (Aachen).
»	»	»	Al sig. Ahrens Giuseppe (Berlin).

29 settembre 1965. Al sig. Warren Giovanni (Berlin).
15 dicembre » Al sig. Quacq Erardo (Speyer).
1 febbraio 1966. Al sig. Kloidt Francesco (Aachen).
12 » » Al sig. Anson Pietro (Dunkeid).
5 marzo Al sig. Dicca Pietro (Madrid).
4 maggio » Al sig. Sanabria Atanasio (Coronel Oviedo).
6 » » Al sig. Bergeron Percy (Alexandria).
» » Al sig. Mac Phee Arcibaldo (Alexandria).
13 » » Al sig. Auray Giorgio (Sherbrooke).
» » » Al sig. Felteau Alonzo (Sherbrooke).
7 giugno » Al sig. Jeanjean Renato (Nancy).
» » » Al sig. Labretagne Renato (Nancy).
» » » Al sig. Serot Andrea (Nancy).
11 luglio » Al sig. Cirigottis Spiro (Khartum).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Pa

6 giugno 1966. Al sig. Albegger Massimiliano (Graz-Seckau).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

25 gennaio 1966. Al sig. Fermanelli Giorgio (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

12 novembre 1964. Al sig. Ehren Ermanno (Essen).
10 dicembre » Al sig. Raskopp Enrico (Paderborn).
8 giugno 1965. Al sig. Behrendt Ugo (Paderborn).
4 gennaio 1966. Al sig. Höchst Ottone (Freiburg im Breisgau).
» » Al sig. Terhorst Bernardo (Münster).
1 febbraio Al sig. Haering Filippo (Augsburg).
» » » Al sig. Hockelmann Antonio (Augsburg).
» » Al sig. Merk Bruno (Augsburg).
2 » » Al sig. March Francesco (Barcelona).
12 » » Al sig. García Lomas Michele A. (Madrid).
5 marzo » Al sig. Kutsch Carlo (Aachen).
4 maggio » Al sig. Sch weidler Federico (Sankt Pölten).
10 » » Al sig. Di Stasi Dionisio (Roma).
25 » Al sig. Cherubini Alvise (Iesi).
» » Al sig. Bini Luigi Primo (Iesi).
» » » Al sig. Cinti Armando (Roma).
5 giugno Al sig- Bigatti Alessandro (Genova).
6 » Al sig. Biamonti Cesare Biagio (Ventimiglia).
7 » » Al sig. Servi Giancarlo (Padova).
22 » » Al sig. Orzali Vittorio (Padova).
» » » Al sig. Prosperini Carlo (Roma).
2 luglio Al sig. Mascarucci Domenico (Nepi e Sutri).
» » » Al sig. Bandiera Agapito (Roma).
» » » Al sig. Troisi Antonio (Roma).
» » » Al sig. Vescia'Francesco (Roma).
7 » Al sig. Palermo Raimondo (Catania).
8 » Al sig. Gumpert Gerardo Riccardo (Bologna).

14	luglio	1966.	Al sig. Ghisellini Bruno (Roma).
»	»	»	Al sig. Ghisellini Gaetano (Roma).
3	agosto	»	Al sig. Arzini Angelo (Roma).
»	»	»	Al sig. Sensi Francesco (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

4	maggio	1966.	Al sig. Manders Goffredo G. (Breda).
»	»	»	Al sig. Bambas Carlo (Roma).
»	»	»	Al sig. Waals Antonio (Rotterdam).
6	»	»	Al sig. Riccaboni Mario (Lodi).
»	»	»	Al sig. Ferri Giovanni Battista (Roma).
10	»	»	Al sig. Esposito Catello (Castellammare di Stabia).
13	»	»	Al sig. Breukers Arturo Antonio (Roermond).
»	»	»	Al sig. Peutz Federico P. G. (Roermond).
»	»	»	Al sig. Van Enckevort Pietro T. (Roermond).
»	»	»	Al sig. Mentink Giacomo Teodoro G. (Utrecht).
17	»	»	Al sig. Mazzalupi Franco (Roma).
»	»	»	Al sig. Pace Antonio (Roma).
23	»	»	Al sig. Maddalena Dino (Roma).
»	»	»	Al sig. Zeppieri Luciano (Veroli-Frosinone).
25	»	»	Al sig. Pasini Giovanni Battista (Savona).
26	»	»	Al sig. Bottiglieri Giovanni *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Calabro Corrado *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Capece Galeota Francesco *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Finetti Fausto *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Perlot Enzo *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Salleo Ferdinando *(Italia).*
»	» ,	»	Al sig. Schiattarella Paolo *(Italia).*
30	»	»	Al sig. Centofanti Paolo (Roma).
5	giugno	»	Al sig. Aloisi Ercole (Roma).
6	»	»	Al sig. Lupieri Aldo (Concordia).
»	»	»	Al sig. De Maria Luigi (Sorrento).
»	»	»	Al sig. Vecchione Terenzio (Sorrento).
»	»	»	Al sig. Sossi Andrea (Trieste).
13	»	»	Al sig. Ronzano Umberto (Milano).
14	»	»	Al sig. Marrocco Carlo (Roma).
16	»	»	Al sig. Chimenz Filippo Ugo (Roma).

NECROLOGIO

19	dicembre	1966.	Monsig. Lawton Edward T., Vescovo di Sokoto.
21	»	»	Monsig. Bignamini Egidio, Arcivescovo di Ancona.
23	»	»	Monsig. Kyne John Anthony, Vescovo di Meath.
30	»	»	L'Emo Signor Card. Ciriaci Pietro, del titolo presbiterale di S. Lorenzo in Lucina, Prefetto della S, Congregazione del Concilio.
»	»	»	Monsig. Elorza Legaristi Martin Fulgencio, Vescovo tit. di Baliana, Prelato di Moyobamba.
4	gennaio	1967.	Monsig. Lorek Jan Kanty, Vescovo di Sandomierz.

An. et vol. LIX 28 Februarii 1967 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULA APOSTOLICA

Ad E.mos PP. DD. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales: Achillem Liénart, Episcopum Insulensem; Mauritium Feltin, olim Archiepiscopum Parisiensem; Paulum Mariam A. Richaud, Archiepiscopum Burdigalensem; Iosephum Lefebvre, Archiepiscopum Bituricensem; Iosephum Mariam Martin, Archiepiscopum Rothomagensem; Ioannem Villot, Archiepiscopum Lugdunensem; Carolum Journet; ad Exc.mos PP. DD.: Michaelem Pellegrino, Archiepiscopum Taurinensem; Andream Bontems, Archiepiscopum Chamheriensem; Franciscum Charrière, Episcopum Lausannensem, Genavensem et Friburgensem; Ioannem Sauvage, Episcopum Anneciensem; atque ad ceteros Galliae, Helvetiae et Pedemontanae regionis Archiepiscopos, Episcopos Ordinariosque locorum: quarto exeunte saeculo ab ortu S. Francisci Salesii, Ecclesiae Doctoris.

PAULUS PP. VI

DILECTI FILII NOSTRI AC VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Sabaudiae gemma et Helvetiae, S. Franciscus Salesius Annecio montibus, lacu, rure nobili, monumentis sacrae et civilis historiae nobiliori, maximo decori atque ornamento reputatur, ideo quod in eius vicinia oppidulum Thorens natalibus ipsius clarum exstitit. Cuius ab ortu cum hoc anno quartum condatur saeculum, digno cui plane faveatur consilio, ibi statutum est, ut festis coetibus ac multigenis inceptionibus eius memoriae publici honoris obsequium tribuatur.

Tempestivum nuntium his de agendis sollemnibus venerabilis Frater Ioannes Sauvage, Anneciensis Episcopus, Nobis proferendum curavit, id Nos quoque certiores faciens, se pro magnitudine viii et eventus claritate prorsus velle alios quam plurimos per Galliae fines et aliunde arcessere, ut in societatem istius commemorationis et laetitiae venirent.

Cuncta, quae in sollertis sacri Pastoris deliberationem ceciderunt, laudamus, miramur, probamus. Quin etiam in imitationem traducti fel. rec. Pii XI Decessoris Nostri, qui tertium plenum saeculum ab obitu S. Francisci Salesii Encyclicis editis Litteris a verbis *Berum omnium* incipientibus honestavit, Nos quoque hanc Epistulam vobis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, mittere volumus, per quam cunctis manifesto pateat, Nos, ex sententia eiusdem Anneciensis Praesulis, celebrandis sacris sollemnibus propensa voluntate interesse, atque his iam nunc prosperrimum exitum percupere. Libentissimo sane animo id facimus, hac etiam de causa, quod praeclarum Genavensem Episcopum usque a prima aetate et provectis annis maiore gliscente religionis cultu prosequimur; atque adeo pergratum est Nobis nominis eius amplitudini consulere.

Quocirca enixe vos adhortamur, ut, fausta oblata occasione, Doctorem divini amoris et evangelicae lenitatis scite, considerate, pie honoretis. Quod quidem haud sine fructus multiplici proventu eventurum esse praesaga futurorum auspicia Nostra portendunt.

Enimvero in vestris regionibus sanctissimus Doctor Ecclesiae semper lucerna fuit ardens et lucens,[1] nitidiores istic caelestis sui luminis radios circumtulit, et nunc quoque uberiorem in dies de se tractandi materiem suppeditat. Contingit id fortasse, quod is apprime vester fuit : nam praeter Sabaudiam, ubi quam maxime, Lutetiae Parisiorum, Lugduni, in Burgundia, Genavae in Helvetia, Augustae Taurinorum, pressa sui vestigia reliquit, et, potiore modo, quia ob congenerem quandam necessitudinem cum inclitis istis Nationibus, in christianae vitae sensum et rationem etiam eorum, qui insigni virtute eminuerunt, efficientiam explicavit, cum paucis, fortasse cum nullo sui et posterioris aevi, comparandam. Profecto specimine virtutum, consiliorum prudentia, asceseos disciplina magister cleri in Gallia magnam vim habuit, cur ibi verus et merus sacerdotalis spiritus refloreret; plurimum valuit apud S. Vincentium a Paulo, ut conderet Congregationes Presbyterorum a Missione et Puellarum a Caritate, Petro de Bérulle, S. Ioanni

[1] Cfr. *Io.* 5, 35.

Eudes et Ioanni Olier, tribus eiusdem cleri institutoribus, magnifica auctoritate et paene divini aestu ingenii profuit, eosque praecessit.

Nimirum apud gentes vestras residet in illo praestabile magisterium ; multa eius est dignitas ; rei spiritualis existimatio et iudicium, conformatio quoque morum salesiana gratia passim nitide asperguntur.

Nunc autem temporis recursu eius memoria veluti sidus advectum, dum contemplationis ad se convertit obtutum, nonne liberale donum lucis, caloris, sapientiae, suavitatis profundet? Ita sane : et necessitatibus praesentis aetatis non uno nomine erit accommodum.

Ex superiorum temporum rebus gestis identidem legendis hoc liquido constat, Oecumenicas Synodos tum pari spei exitu cessisse, cum earum in decursu, vel postquam eae celebratae sunt, ecclesiastici viri plane sancti, et valde spectatae virtutis sacri pastores in id incubuerunt, ut, facti ipsi quasi quaedam lex viva et expressa, scita et decreta Conciliorum ad effectum deducerent.

Tales sanctimonia illustres ut in lucem et pulverem prodeant, secreta vota optimi cuiusque in huiusmodi exspectatione suspirant. Est fortasse, ut ex vobis dilucidi luminis se ostendat aurora.

Quidquid est, animum erigere oportet : habemus magistrum, auctorem, doctorem, qui vos et vobiscum bene multos aequum ac vestrum dignitatis officium gerentes iuvet, praecedat, ac praeeundo ad integra, pura, salubria perficienda ducat.

Non dubitamus, quin veritas scitu iucunda, ad liquidum explorata omnes convincat. Nullus magis quam Salesius ex recentibus Ecclesiae Doctoribus alto sagacis mentis contuitu Concilii deliberata et constituta antevenit. Proderit is exemplo vitae, sincerae sanaeque doctrinae copia, spiritualibus viis ad christianam perfectionem uniuscuiusque status et condicionis a se apertis et munitis. Tria nempe haec proponuntur, videlicet imitanda, amplectenda, sequenda. Quodsi S. Francisci Salesii virtutum indoles et forma consideratur, haesitat descriptionis conatus, cum qualis sit earum natura et vis praecipua ilico absolute et perfecte non appareat. Differt stella a stella, gemma a gemma, arbor ab arbore, et sua specie cuncta pulchra distinguuntur.

Pulchritudo autem tunc maxime perspicua et eximia est, ubi ex multarum pulchritudinum consona varietate summatim colligitur. Ita in opulento horto pulchritudine nitent herbae, arbores, flores, florum flagrantia et colores; at formosiorem species se praebet, si proportio et apta dispositio aliam super aliam aequissime cumulant pul-

chritudinem, atque adeo ex toto magis emergit singularum venustas et amabilis gratia.

Id genus virtutum accessio et summa in Salesio delectat et admirationem movet.

Quare sponte in mentem venit, ipsi accommodandum, id quod de S. Athanasio S. Gregorius Nazianzenus oratione ardore plena praedicavit : ((Athanasium laudans, virtutem laudabo. Idem enim est illum dicere, quod virtutem laudibus efferre, quoniam virtutes omnes in unum collectas tenebat, vel, ut verius loquar, tenet. Deo quippe vivunt omnes, qui secundum Deum vixerunt, etiamsi ex hac vita migrarint ».[2]

Acuta perspicientia mentis, ratio solida et lucida, penetrans iudicium, paene incredibilis benevolentia et bonitas, dulce ridens suavitas eloquii et oris, semper operosi spiritus quietus ardor, rara simplicitas morum non sine generis sui modesta gloriatione, pacis serena tranquillitas, moderatio semper illabefacta et secura, haud disiuncta tamen a fortitudine — de forti egreditur dulcedo — qua consuevit tenere diligere, at etiam firmo pede consistere et assequi ea quae vult, sublimis mentis elatio ac pulchritudinis studium, cupiens aliis praebere potissima bona, caelum et poësim, paene immensus amor animarum et amor Dei, qui splendidissimus velut sol in ipso ceteris antestat virtutibus, quae denique omnia supernae gratiae exundantia sublimavit et auxit : haec et similia sunt delineamenta, quibus adumbratur eminens Salesii effigies.

Tot praeditus naturae et caelestis gratiae dotibus, totum se dedit Ecclesiae et multimodis curis commissum sibi exercendum agrum fructuosum fecit, pastoralis ministerii etiam inter pericula et insidias exançlato labore, locupletissimis conscriptis voluminibus, sacrae eloquentiae restauratione et profuso flumine, plurimis coenobiis a temerata disciplina ad integritatem religiosae observantiae redditis, et una cum S. Ioanna Francisca de Chantal, quacum spiritualis et supernaturalis amicitiae nexu devinciebatur, Instituto a Visitatione Beatissimae Virginis Mariae condito. Hoc institutum, illustris eius cura et gloria, r orante divina gratia, tantis increbruit et floruit incrementis, ut ingenti numero recenserentur monasteria sacrarum virginum huiusmodi nomine nuncupatarum, cum ipse a terrestri exilio ad caelestia evolavit.

Quoniam autem ad sanctitatem colendam et disseminandam omnem

[2] *Oratio XXI, in laudem magni Athanasii episcopi Alexandrini,* 1: *PO* 35, 1082-1083.

diligentiam adhibuit, hoc conatu censuit se posse validissime Ecclesiam iuvare saeculo suo corruptelis vitiato. Ex quo secutum est, ut relinqueret post futuris exemplum, quod sibi documento esset, atque in id veluti in speculum intuerentur adsidue.

At non minus illustria quam vitae eius consuetudines et mores, necessitatibus nostrae aetatis congruentia eius sunt praecepta. Quorum haec sunt nonnulla capita, non minoris momenti, ubi aliorum multorum cardo versatur.

Ecclesia nequit esse, si temporum ordines spectantur, perspicue sancta, nisi sanctis sacerdotibus exornata sit. Sacerdos autem, magis quam christianus quilibet, alter Christus est; eiusque sanctitas radiât a Christo, pontifice aeterno et consummatore fidei, atque adeo is fit signum vivum Christi gratiae. Pietas et religio in Deiparam Virginem Mariam, cum cuilibet fideli, tum maxime sacerdoti necessaria evadit, propterea quod ea, praeter alias praecelsas dotes, se praestat archetypum amoris nostri erga Deum et Christum et Ecclesiam, itemque edit nitidissimam evangelicae perfectionis formam, Virgo singularis inter omnes mitis, Mater gratiae, omnium exemplar virtutum.

In concentu autem virtutum obtinet caritas principatum, non tantum quia loco praecipua est, sed etiam quia ceterarum est efficientia et modulatio, cum virtus sit ordo amoris. Dei conditoris lege in homine praeest animus corpori, et inter animi facultates excellit voluntas, cui amor est rex et artifex. Hac igitur caritate, ubi collucet et fervida est et actuosa, evangelicae perfectionis apicem attingimus et cum Deo, summo bono et beatitatis fonte, maxime coniungimur et, quoniam Deus caritas est, deiformes efiicimur, similitudine divinae naturae consortes. Cum Christi corpore, Ecclesia scilicet in caelis et in terris, cuius gluten caritas est, fraterna compage et communione conectimur et coagmentamur. Tractatus ille de amore Dei iure merito hac celebrata caritatis definitione comprehenditur. « Est caritas amor amicitiae; haec amicitia dilectio est; haec dilectio prorsus anteponenda est, principatu incomparabili, regali, supernaturali : haec vero est velut sol totius animae, ut radiis eam exornet, in cunctis spiritualibus facultatibus, ut eas perficiat, in cunctis virtutibus, ut eas gubernet. At vero caritas in voluntate insidet, ut ibi inhabitet et reddat eandem anteferentem et amantem Deum in universis rebus. O beata anima, in quam sancta dilectio effusa est, quia omnia bona pariter veniunt cum illa)).[3]

[3] St. François de Sales, *Œuvres* (édition complète), t. IV (Annecy, 1894), p. 165: *Traité de l'amour de Dieu,* livre II, chap. 22.

Paulisper nunc explicandae esse videntur rationes, cur Sanctus Franciscus Salesius spiritualis vitae Doctor novus et hodiernae aetati congruentissimus exstiterit. Novus recensque ipse dicendus est, non quia cum superioribus aevis abrumpat necessitudines et vincula : immo doctrina eius plenitudini Ecclesiae fidei, ecclesiasticae Traditioni, Ecclesiae Sanctis Patribus funditus inhaeret; et in ascetica et mystica re praesertim S. Ignatio a Loyola, B. Ioanni de Abula, Aloisio de Granata, S. Teresiae de Abula, S. Ioanni a Cruce — huic oblique — et Italorum magistrorum scholae haud parum acceptum refert.

Verumtamen studet is vetera novo in lumine collocare; contendit eadem sapienter usui et utilitati novae aetatis aptare, et luculentae convenientiae consentanea coniunctione componere. Profecto magisterio quoque pulchritudinis utitur, cum a vero ad bonum per floribus purae venustatis vestitum tramitem procedat : nam apud Ioannis Maldonati ephebeum Lutetiae Parisiorum et Patavii apud Antonium Possevinum bonis artibus imbutus fuit, et interiores exquisitasque litteras percoluit.

Ex quo fit, ut is iuiigat humanitatis cultum cum mystico ascensu et studio, atque adeo provehat et amplificet in se et in alumnis suis omnium hominis facultatum[4] consonum et numerosum progressum : hoc autem pacto, ut ne dicatur ipse humanitatis cultus sponte sua in mysticum florem extrudi, sed ut amor Dei, desursum descendens, naturae vires non destruens, eas sublime ferat, mutuo et concinne ordinet, et exprimat omnem pulchritudinis formam et humanae naturae perfectionem.

Quare hic dicendus potius quam, ut aiunt, humanismus devotus, superhumanismus christocentricus, accedens undelibet ad cunctam, quae homini convenit, sanctitatem. Cum autem in contextum verborum argumentum sanctitatis inciderit, expedit pro temporis loco cursim attingere et profligare opinionem eorum qui tenent veri nominis sanctitatem, quam catholica proponit Ecclesia, non ad universos qui christiana religione censentur pertinere, sed paucis tantum sive singulis, sive religionis votis et professione sociatis praecipi et congruere.

Vetus hic error repullulat abstrusis et apertis fallaciis nonnullorum qui, turbati et turbatores, perperam distinguunt perfectionem

[4] «Je suis tant nomme que rien plus»: *Œuvres,* t. XIII (Lyon, 1904), p. 330, lettre du 2 novembre 1607 à la Baronne de Chantai; cfr. *Œuvres,* t. XX (Lyon, 1918), p. 216: « Il n'y a point d'âme au monde, comme je pense, qui chérissent plus cordialement, tendrement et, pour le dire tout à la bonne foi, plus amoureusement que moi; car il a plu à Dieu de faire mon cœur ansi... je suis le plus affectif du monde».

christianam a perfectione evangelica et inter actus caritatis monachorum, sacerdotum, laicorum intervalla interpungunt absurda, vel in falsas interpretationes intorquent decreta recens celebratae generalis Synodi, ubi plane sancitum est et valide optatum, ut ad vitae sanctitatem coetus fideles e laicorum quoque ordine niti toto corde debeant, cum ex supernae gratiae munere ad id valeant.[5]

Haec sanctitatis multigena ratio, devotionis significatione et vi a S. Génavensi Episcopo proponitur. «Amor Dei cum efficit, ut erigamur ad Deum frequenter, accurate, convenienter, nuncupatur devotio ».[6]

Ad hanc colendam et fructuose assequendam, homines sexu, aetate, censu, condicione inter se differentes, desiderii sancti emicante flamma, Salesius magnopere omnes exhortatur et exstimulat.

Sanctimonia non unius vel alius coetus praerogativa est, sed omnibus christiano nomine decoratis praeceptiva admovetur invitatio: « Amice, ascende superius » : [7] omnes lege tenentur scandendi montem Domini, non uno eodemque tamen itinere. « Devotio dissimili modo colenda est ab homine nobili, ab operario, a famulo cubiculario, a principe, a vidua, a nubili, ab uxore. Quin etiam accommodanda est devotionis res et usus uniuscuiusque viribus, negotiis, officiis. Philothea, die sodes, numquid decet, ut Episcopus solitarius vivat ut monachus Oartusiensis? Quodsi mariti non plus pecuniae volunt sibi congerere quam sodales franciscales capulati, si opifex toto die in aede sacra moretur religiosorum sodalium ritu et more, si vero religiosi sodales cotidie ut Episcopi omnimode exquirant occursum proximos iuvandi gratia, an non haec censenda est devotio ridenda, deordinata, intolerabilis?... Profecto, Philothea, nihil corrumpit devotio, immo, ubi vera est, perficit omnia : quodsi obsit legitimo muneri a Deo unicuique assignato, haud dubie falsi damnanda est ».[8]

De quo argumento placeat mente revolvere ornatissimam aliam eius sententiam. Moraliter ipse interpretatur imperium a Deo telluri impertitum, ut her barn germinet virentem et facientem semen, et lignum

[5] Cfr. Conc. Vat. **II** : Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* cap. **V. n.** 40 : *A. A. S.* 57 (1965) pp. 44-45; Decretum *Apostolicam actuositatem,* cap. **I,** n. 4: ***A. A.*** *8.* 58 (1966) pp. 840-842 ; Constitutio pastoralis *Gaudium et spes,* pars **II,** cap. **I,** n. 48 : ***A. A.*** *8.* 58 (1966) pp. 1067-1069.

[6] *Œuvres,* t. **III** (Annecy, 1893), p. 15: *Introduction à la vie dévote,* partie **I,** chap. 1.

[7] *Luc.* 14, 10.

[8] *Œuvres, t.* **III** (Annecy, 1893), pp. 19-20: *Introduction à la vie dévote,* partie **I,** chap. 3.

pomiferum faciens fructum iuxta semen suum.[9] « Nonne usu rerum videmus herbas et fructus non obtinere aequum incrementum et maturitatem, nisi cum ferant grana et semina, quae inserviant suboli et procreationi her bar um et arborum similis generis? Numquid nostrae virtutes iustam habent mensuram et suppetens robur, nisi eae egignant in nobis progressionis desideria, quae veluti spiritualia semina ad novos gradus virtutum perficiundos perducant? Mihi videtur terra cordis iuberi germinare herbas virtutum, quae ferant fructus sanctorum operum, iuberi unumquodque secundum genus suum producere semina desideriorum et consilia adsidui auctus et progressus. Quodsi virtus non habeat granum et semen talis desiderii, nullo modo dicatur sibi sufficiens et matura ».[10]

In Concilii *Decreto de Oecumenismo* statutum est : « Integra doctrina lucide exponatur omnino oportet. Nil ab oecumenismo tam alienum est quam ille falsus irenismus, quo puritas doctrinae catholicae detrimentum patitur et eius sensus genuinus et certus obscuratur ... Insuper in dialogo oecumenico theologi catholici, doctrinae Ecclesiae inhaerentes, una cum fratribus seiunctis investigationem peragentes de divinis mysteriis, cum veritatis amore, caritate et humilitate progredi debent».[11] In serendis colloquiis cum heterodoxis Salesius saeculorum aetatibus nostra praevenit tempora et consuetudines; atque eius via et ratio in clarissima luce imitandi moris versatur. Summa in eo sanctitas vitae, summa comitas et benignitas. Numquam pugnax in disputando, diligit errantes, cum emendat errores; diversus, non aversus, appropinquat lucernae lucernam ; in amando, orando, collustrando pertinax, scit longas pati moras, scit gradatim ad plenitudinem veritatis, a qua desciscere, quam minuere nulli fas est, devios deducere. Quo fructu et exitu? Solum in Chaballicensibus complura milia hominum ad coniunctionem cum Apostolica Sede eius ope rediere.

Haud minus quam in serendis disputationibus ingenium ad bene scribendum ei praestantissimum fuit. Quanta in libris, ab ipso elueubratis, doctrinae sincera copia, quanta perspicuitas mentis, quanta nativis charitibus aurea venustas ! Ees ab ipso pertractata in suum numerum procedit : delectat, docet, movet quam maxime.

Cum scribit, quemadmodum cum orationes ad populum habebat,

[8] Cfr. *Gen.* 1, 11.

[10] *Œuvres,* t. V (Annecy, 1894), p. 82: *Traité de l'amour de Dieu,* lib. VIII, chap. 8.

[11] Conc. Vat. II, Decretum de Oecumenismo *unitatis redintegratio,* cap. II, n. 11: *A. A. S.* 57 (1965) p. 99.

a legentibus aeque ac a suis olim auditoribus unum metuitur, ne citius desinat. Eloquium autem eius possidet illam, quae quidem excellentissima artis dos existit, nempe vivacem sine occasu perennitatem, quam quidem Pindarus splendide expressit : « Nam si quis praeclare aliquid dixerit, hoc incedit resonans immortaliter : perque tellurem valde frugiferam et per mare transit, insignium facinorum radius inextinctus semper)).[12]

Catholicis scriptoribus et diurnariis caelestis Patronus opifer datus, exemplo moneat eos, auctoritate dirigat, ut numquam lucro fallaces et praeiudicatis opinionibus decepti, sed Christi sensu praediti et veritatis simplices rectique cultores in communem utilitatem munere suo fungantur et de catholico nomine, cui inserviunt, egregie mereantur. Quodsi ita agent, Decreto de instrumentis communicationis socialis (cap. 14) Oecumenici Concilii Vaticani II, praeconio laudis digno obtemperabunt obsequio nec misere fallent in se positam spei plenam exspectationem.

Posthac verae reddendae effigiei sanctissimi Genavensis Episcopi deerit perinsigne lineamentum, si silentio praeteribitur, quam excellens et abundans sit eius doctrina de mysterio Ecclesiae deque huius amplitudine, natura, auctoritate. Erga Ecclesiam matrem et magistram, ubi in cathedra unitatis posita est doctrina veritatis, quam studiosa fuit eius reverentia — ceterum communis Sanctorum laus — et quanti obsequii plenum eius fuit adsiduum et amabile studium I

Quaenam et ubinam sint fundamenta Ecclesiae explanavit is ita dilucide, ut ad Oecumenici Concilii Constitutionem dogmaticam *Lumen gentium* interpretandam et enucleandam usui haud modico esse videatur. Alibi aliis legendis omissis, haec proponimus : ((Dominus noster est fundamentum et fundator, fundamentum sine alio fundamento, fundamentum Ecclesiae naturalis, mosaicae et evangelicae, fundamentum perpetuum et immortale, fundamentum Ecclesiae militantis et triumphantis, fundamentum ex se ipso, fundamentum nostrae fidei, spei, caritatis et sacramentorum virtutis. Sanctus Petrus est fundamentum et non fundator totius Ecclesiae, fundamentum utique at fundatum in alio fundamento quod est Dominus noster, fundamentum solius Ecclesiae evangelicae, fundamentum successionibus obnoxium, fundamentum Ecclesiae militantis, non Ecclesiae triumphantis, fundamentum ex participatione, fundamentum ministerii, ... non dominii,

[12] Pindarus, *Isth. Od.* IV, vv. 45-47.

nequaquam fundamentum nostrae fidei, spei, caritatis et sacramentorum virtutis ...

« Verumtamen in potestate et in gubernatione Sanctus Petrus praeit ceteros quatenus caput superat membra : nam ipse constitutus est pastor ordinarius et supremum caput Ecclesiae, ceteri missi et assignati plena cum potestate et auctoritate in Ecclesiae reliquas partes eadem ratione ac Sanctus Petrus, praeterquam quod Sanctus Petrus exstat caput omnium et ipsorum pastor, aeque ac universae christianorum universitatis.

« Fuerunt itaque ii fundamenta Ecclesiae cum eo aequaliter quod attinet ad conversionem animarum et doctrinam. Attamen, quod spectat potestatem et gubernationem, ipsi fuerunt inaequaliter, quoniam Sanctus Petrus erat caput ordinarium, non tantum ceterarum partium universae Ecclesiae, sed etiam Apostolorum. Etenim Dominus super eum aedificavit universam suam Ecclesiam, cuius ipsi fuerunt non tantum partes, sed praecipuae et conspicuae partes ».[13]

Prorsus dignum est, ut intellegen ti iudicio et alta cogitatione ponderetur illa, quam Salesius instituit similitudinem inter Abraham et Sanctum Petrum. Uterque petra, uterque pater credentium, uterque pater multarum gentium, nempe subolis, ob remunerationem fidei in Ohristum, promissae alteri veluti arenae maris et rutilantium in caelis siderum multitudinis, alteri ovium et agnorum immensi gregis : « Quodsi Abraham ita vocatus est, quia debebat fieri pater complurium populorum, S. Petrus hoc nomen accepit, quia super ipsum quasi supra firmam petram debebat fundari multitudo christianorum : ob quam similitudinem S. Bernardus nuncupat S. Petri dignitatem patriarchatum Abraham ».[14]

Hisce cogitatis votis, propositis vitae, intemeratae asserendo catholicae fidei plenitudine, quarto exeunte saeculo a Sancti Francisci Salesii ortu instauranda sollemnia omni cum industria exornate. Obsequio vestro, reciprocante communione sanctorum, Doctor optimus, Ecclesiae sanctae lumen respondebit meritorum suorum patrocinio et validae apud Deum misericordis deprecationis auxilio.

Sapientissimi!s ductor animorum impetret vobis suavitatem man-

[13] *Œuvres,* t. **I** (Annecy, 1892), pp. 237-238 et 239: *Controverses,* pars **II**, cap. **VI**, art. 2.

[14] Cfr. ibid. p. 230; S. Bernardus Claraevallensis, *De consideratione,* lib. **II**, cap. 8. n. 15 : *PL* 182, 751.

suetudinis divini Redemptoris, qui nobis praecipit, ut simus mites et humiles corde, et quatenus tales possessuri terras.

Doctor spiritualium viarum, conferto agmine alumnos introducat in semitas pulchras et rectas, quas legibus aptis communivit; exsuscitet flammantiorem caritatis ignem, salutis aeternae comparandae hominibus studium, docens cultores suos diligere non verbo et lingua, sed opere et veritate ;[15] sustentet in officio fideliter implendo episcopali ordine auctos, quorum est decus-et exemplar; amanti vigilantia circumstet Institutum sacrarum virginum a Visitatione, cuius est conditor, S. Ioannis Bosco Salesianam familiam et ceteras, quae ab eo expetierunt rationes et principia speciemque spiritualis vitae, benigno tueatur obtutu; scriptoribus et diurnariis catholicis id suadeat et impetret, ut conscientia pura et fide bona ad veritatem quam maxime accedant; salutariter precando arrideat Annecio et Sabaudiae, dulci sibi natali solo, ut hoc prisca pietate reflorescat et gemmet; Genavae, sui honoris sedi, et Helvetiae itemque Pedemontanae regioni incrementa Evangelicae lucis et pacis expret; universis denique, in sui nominis honorem saecularia sollemnia peracturis, hoc conferat, ut ipsis secundum sui magisterii placita succrescat « arbor desiderii sanctitatis »,[16] cunctis charismata meliora largiter deposcat.

Multum optantes ut Nobis quoque, tot inter ardua et improvisa, in ministerio Nostro recte, fortiter et suaviter fungendo, more modoque suo, Sanctus Franciscus Salesius opifer adsit, vobis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, et clero ac populo moderationi vestrae commisso, Apostolicam Benedictionem, effusae dulcedinis caelestis gratiae auspicem et pignus, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxix mensis Ianuarii, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

[15] Cfr. *1 Io.* 3, 18.

[16] «L'arbre du désir de sainteté»: *Œuvres,* t. **XII** (Annecy, 1902), p. 264: lettre du 3 mai 1604 à la Baronne de Chantai.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Pastoralis Visitatio Apostolica in Urbe indicitur

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

PRAEGRAVES SUPREMI PONTIFICATUS sollicitudines, quae Nos iubent ad universae Ecclesiae utilitates sine ulla intermissione animum advertere, nullo modo minuunt curas cogitationesque Nostras erga Romanam Dioecesim; quae, contra, quo propior Nobis dominici gregis pars est, eo priora ac potiora Nostri pastoralis muneris sibi vindicat officia. Revera spiritualis procuratio huius almae Urbis, quae catholicae unitatis veluti centrum constituta est, tale ac tanti momenti est negotium, at quidquid ad Romani populi profectum confert, in ipsius Summi Pontificatus bonum et ornamentum redundet.

Quae necessitas Romanae Dioecesis bono consulendi, si alias umquam, hodie maxime urget, cum cernimus magis magisque arduum fieri pastorale munus, ob celerrimam amplificationem atque ingens civium incrementum, quae Urbs postremis hisce decenniis adepta est. Idque effecit ut mutatis rerum condicionibus auctisque spiritualibus Romae necessitatibus aucta pariter responderent incepta et opera, quibus proximi Decessores Nostri religiosam curam Romani populi in tuto ponere studuerunt. Quorum in numero coeptorum sane collocanda est prima Romana Synodus, a Decessore Nostro fel. rec. Ioanne XXIII, anno **MCMLX,** peracta.

Ad praesens autem tempus quod attinet, nemo non videt celebrationem Concilii Oecumenici Vaticani II novam eamque summi ponderis esse causam, cur a Nobis peculiares sollicitudines erga Romanam Dioecesim adhibeantur. Etenim fuisse Romam universalis huius Synodi dignissimam sedem, id profecto non eiusmodi eventus censendus est, qui, aureis litteris in eius fastos relatus, iam ad praeteritum tempus pertineat; immo e diverso, quod novum Urbi decus addidit, idipsum ei nova peperit officia. Scilicet, quo tempore ubique terrarum catholicae Ecclesiae filii exsequendis Concilii Oecumenici normis alacrem dant operam, prorsus necesse est, ut exemplo praeeat Roma, quae, cum Nostra sit Dioecesis, idcirco in Ecclesia tamquam lucerna ardens

refulgere debet, eademque extolli tamquam civitas supra montem posita, in quam omnes intueantur. *Nam* — Romae filios ipsis Decessoris Nostri s. m. Leonis Magni verbis alloquimur — *licet omnem Ecclesiam, quae in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen praecipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolicae petrae arce solidatos, et Dominus Noster Iesus Christus cum omnibus redemit, et Beatus Apostolus Petrus prae omnibus erudivit.*[1]

Fatendum sane est, Romam hisce votis et expectationi apprime respondisse, ut luculenter testantur haud pauca incepta et opera, quae hac de causa sive a clero sive a laicis hominibus laudabili nisu laudabilique consilio suscepta sunt. Qua de re iis qui rem religiosam Nostra auctoritate Romae gerunt, quorumque sedulae industriae haec praesertim debentur, placet grati animi Nostri sensus aperte significare.

Ut autem haec omnia aptiore efficacioreque ratione ordinentur atque adeo uberiores fructus progignant, Nobis visum est id renovare, quod Decessores Nostri opportuno tempore fecerunt. Consilium nempe inivimus Pastoralis Visitationis in hac alma Urbe, pro episcopali munere Nostro, suscipiendae. Eamque, postquam Sancti Spiritus lumen et gratiam supplicibus invocavimus precibus, ad maiorem Dei gloriam et ad catholicae fidei emolumentum, hisce Litteris indicimus. Quae quidem Visitatio a Nobismetipsis in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, Nostra Cathedrali aede, incohabitur; eademque, cum a Concilio Oecumenico Vaticano II, quod pastoralem indolem prae se tulit, auspicium sumat, potissimum eo spectabit, ut universa Romanae Dioecesis pastoralis actio, per firmiorem aptioremque omnium apostolicarum virium conexionem, salutare capiat incrementum.

Hanc Visitationem Nos ipsi pergere magnopere cuperemus; at quoniam gravibus multiplicibusque Apostolici muneris curis id facere prohibemur, Decessorum Nostrorum exempla secuti, Venerabili Fratri Nostro Aloisio S. R. E. Card. Traglia, Nostro in Urbe Vicario, hoc tanti momenti opus committere statuimus; quem proinde eligimus ac delegamus, ut eandem Visitationem Nostro nomine Nostraque auctoritate peragat eique praesit; idemque in hoc sustinendo munere adiuvabitur, praeterquam a Venerabili Fratre Hectore Cunial, Archiepiscopo tit. Soteropolitano atque in Urbe Vicesgerente, etiam ab Episcopis Auxi-

[1] *Serm.* **III,** 14 : *PL* 54, 147-148.

liaribus, qui singulis regionibus, in quas Romanae Dioecesis territorium dividitur, praepositi sunt.

Praeterea eidem Nostro in Urbe Cardinali Vicario potestatem facimus sibi adiutores adsciscendi aliquot alios etiam Antistites seu Praelatos, aliosque e clero saeculari vel regulari sacerdotes, doctrina rerumque usu praestantes, quibuscum, tamquam ab se delegatis, eas omnes facultates, tam per modum actus quam habitualiter, communicare queat, quas Apostolicis Litteris in forma Brevis largituri sumus.

Quae vero, in tanto opere peragendo, maioris ponderis res occurrerint, has volumus ad Nosmetipsos proxime referri, ut ea decernere possimus, quae magis expedire in Domino iudicaverimus.

Omnino patet, haec omnia tunc tantum prospere eventura esse, si Romanus clerus et populus huiusmodi inceptum ad se ipsos quam maxime pertinere censeant; quare dilectissimos Romae fideles summopere adhortamur, ut animum ad illud celebrandum convenienter disponant, ad eiusque felicem exitum, pro sua quisque condicione, studiose allaborent.

Quoniam autem *neque qui plantât, neque qui rigat est aliquid, sed, qui incrementum dat, Deus,*[2] cupimus ut ad supernam impetrandam gratiarum copiam publicae habeantur in patriarchalibus Basilicis aliisque templis supplicationes, prout ab eodem Venerabili Fratre Nostro in Urbe Vicario opportuno tempore statutum erit.

Divinus Redemptor noster, exoratus a Beatissima Genetrice sua Maria, quae *Salus populi Romani* nuncupatur et colitur, a SS. Apostolis Petro et Paulo, a ceterisque almae huius Urbis Patronis, vota Nostra ac preces benignissime excipiat; ita quidem, ut coram universo terrarum orbe Roma novo fulgeat sanctitatis splendore, non solum ob catholicae veritatis Cathedram, quam Deus in ea constituit, sed etiam ob optimum exemplum sui populi, ob eiusque christianam fidem, quam S. Paulus Apostolus tantopere dilaudavit.[3]

Datum Romae, apud S. Petrum, die VIII mensis februarii, feria iv Cinerum, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

[2] *1 Cor.* 3, 7.

[3] Cfr. *Rom.* 1, 8.

CONVENTIO

Inter Apostolicam Sedem et Argentinam Rempublicam

ACCORDO
TRA LA
SANTA SEDE
E LA
REPUBBLICA ARGENTINA

La Santa Sede riaffermando i principi dei Concilio Ecumenico Vaticano II e lo Stato Argentino inspirandosi al principio della libertà ripetutamente consacrato dalla Costituzione Nazionale e allo scopo di aggiornare la situazione giuridica della Chiesa Cattolica Apostolica Romana, che il Governo Federale sostiene, convengono di stipulare un Accordo.

A questo scopo, Sua Santità il Sommo Pontefice Paolo VI ha nominato Suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Umberto MOZZONI, Nunzio Apostolico in Argentina, e l'Eccellentissimo Signor Presidente della Nazione Argentina, Temente General D. Juan Carlos Ongania, ha nominato suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Dr. Nicanor Costa Méndez, Ministro degli Affari Esteri e Culto.

I Plenipotenziari, dopo di aver scambiato i loro rispettivi Pieni Poteri e averli trovati nella dovuta forma, convengono negli articoli seguenti :

Art. I

Lo Stato Argentino riconosce e garantisce alla Chiesa Cattolica Apostolica Romana il libero e pieno esercizio del suo potere spirituale, il

ACUERDO
ENTRE LA
SANTA SEDE
T LA
REPUBLICA ARGENTINA

La Santa Sede reafirmando los principios del Concilio Ecuménico Vaticano II y el Estado Argentino inspirado en el principio de la libertad reiteradamente consagrado por la Constitución Nacional y a fin de actualizar la situación jurídica de la Iglesia Católica Apostólica Romana, que el Gobierno Federal sostiene, convienen en celebrar un Acuerdo.

A este fin, Su Santidad el Sumo Pontífice Paulo VI ha tenido a bien nombrar por su Plenipotenciario a Su Excelencia Reverendísima Monseñor Umberto MOZZONI, Nuncio Apostólico en Argentina, y el Excelentísimo Señor Presidente de la Nación Argentina, Teniente General D. Juan Carlos Onganía, ha tenido a bien nombrar por su Plenipotenciario a Su Excelencia Dr. Nicanor Costa Méndez, Ministro de Relaciones Exteriores y Culto.

Los Plenipotenciarios, después de confrontar sus respectivos Plenos Poderes y habiéndolos hallado en debida forma, acuerdan lo siguiente :

Art. I

El Estado Argentino reconoce y garantiza a la Iglesia Católica Apostólica Romana el libre y pleno ejercicio de su poder espiritual, el libre

libero e pubblico esercizio del suo culto, come pure della sua giurisdizione nell'ambito della sua competenza, per il raggiungimento dei suoi fini specifici.

Art. II

La Santa Sede potrà erigere nuove circoscrizioni ecclesiastiche e modificare i confini delle esistenti o sopprimerle, se lo giudica necessario od utile per la assistenza dei fedeli e lo sviluppo della sua organizzazione.

Prima di procedere alla erezione di una nuova Diocesi o di una Prelatura o ad altri cambiamenti di circoscrizioni diocesane, la Santa Sede comunicherà confidenzialmente al Governo le sue intenzioni ed i suoi progetti per sapere se questo abbia da fare osservazioni legittime, eccetto il caso di minime rettifiche di territorio richieste dal bene delle anime.

A suo tempo, la Santa Sede notificherà ufficialmente al Governo Argentino le nuove erezioni, modificazioni o soppressioni effettuate, affinchè questo proceda al loro riconoscimento agli effetti amministrativi.

Saranno comunicate al Governo anche le modificazioni dei confini delle Diocesi esistenti.

Art. III

La nomina degli Arcivescovi e Vescovi è di competenza della Santa Sede.

Prima di procedere alla nomina degli Arcivescovi e Vescovi residenziali, di Prelati o di Coadiutori con diritto di successione, la Santa Sede comunicherà al Governo Argentino

y público ejercicio de su culto, así como de su jurisdicción en el ámbito de su competencia, para la realización de sus fines específicos.

Art. II

La Santa Sede podrá erigir nuevas circumscripciones eclesiásticas, así como modificar los límites de las existentes o suprimirlas, si lo considerare necesario o útil para la asistencia de los fieles y el desarrollo de su organización.

Antes de proceder a la erección de una nueva Diócesis o de una Prelatura o a otros cambios de circumscripciones diocesanas, la Santa Sede comunicará confidencialmente al Gobierno sus intenciones y proyectos a fin de conocer si éste tiene observaciones legítimas, exceptuando el caso de mínimas rectificaciones territoriales requeridas por el bien de las almas.

La Santa Sede hará conocer oficialmente en su oportunidad al Gobierno Argentino las nuevas erecciones, modificaciones o supresiones efectuadas, a fin de que éste proceda a su reconocimiento por lo que se refiere a los efectos administrativos.

Serán también notificadas al Gobierno las modificaciones de los límites de las Diócesis existentes.

Art. III

El nombramiento de los Arzobispos y Obispos es de competencia de la Santa Sede.

Antes de proceder al nombramiento de Arzobispos y Obispos residenciales, de Prelados o de Coadjutores con derecho a sucesión, la Santa Sede comunicará al Gobierno

il nome della persona prescelta per sapere se questo ha obbiezioni di carattere politico generale da sollevare.

Il Governo Argentino darà una risposta entro trenta giorni. Trascorso tale termine, il silenzio del Governo si interpreterà nel senso che esso non ha obbiezioni da opporre alla nomina. Tutte queste pratiche si svolgeranno nel più rigoroso segreto.

Tutto ciò che riguarda il Vicariato Castrense continuerà ad essere regolato dalla Convenzione del 28 giugno 1957.

Gli Arcivescovi e Vescovi residenziali ed i Coadiutori con diritto di successione saranno cittadini argentini.

Art. IV

Si riconosce il diritto della Santa Sede di pubblicare nella Repubblica Argentina le disposizioni relative al governo della Chiesa, e quello di comunicare e mantenere corrispondenza liberamente coi Vescovi, col clero e coi fedeli in relazione al suo nobile ministero, come questi lo potranno con la Sede Apostolica.

Godono della stessa facoltà i Vescovi e le altre autorità ecclesiastiche nei riguardi del loro clero e dei fedeli.

Art. V

L'Episcopato Argentino può chiamare al Paese gli ordini, le congregazioni religiose maschili e femminili e i sacerdoti secolari che reputi utili per l'incremento della assistenza spirituale e per l'educazione cristiana del popolo.

Argentino el nombre de la persona elegida para conocer si existen objeciones de carácter político general en contra de la misma.

El Gobierno Argentino dará su contestación dentro de los treinta días. Transcurrido dicho término el silencio del Gobierno se interpretará en el sentido de quo no tiene objeciones que oponer al nombramiento. Todas estas diligencias se cumplirán en el más estricto secreto.

Todo lo relativo al Vicariato Castrense continuará rigiéndose por la Convención del 28 de Junio de 1957.

Los Arzobispos, Obispos residenciales y los Coadjutores con derecho a sucesión serán ciudadanos argentinos.

Art. IV

Se reconoce el derecho de la Santa Sede de publicar en la República Argentina las disposiciones relativas al gobierno de la Iglesia, y el de comunicar y mantener correspondencia libremente con los Obispos, el clero y los fieles relacionada con su noble ministerio, de la misma manera que éstos podrán hacerlo con la Sede Apostólica.

Gozan también de la misma facultad los Obispos y demás autoridades eclesiásticas en relación con sus sacerdotes y fieles.

Art. V

El Episcopado Argentino puede llamar al País a las órdenes, congregaciones religiosas masculinas y femeninas y sacerdotes seculares que estime útiles para el incremento de la asistencia espiritual y la educación cristiana del pueblo.

A richiesta dell'Ordinario del luogo, il Governo Argentino, sempre in armonia con le leggi pertinenti, concederà al personale ecclesiastico e religioso straniero il permesso di residenza e il documento di cittadinanza.

Art. VI

Nel caso che vi fossero osservazioni od obbiezioni da parte del Governo Argentino in conformità con gli articoli secondo e terzo, le Alte Parti Contraenti cercheranno la maniera adatta per giungere ad una intesa; così pure risolveranno amichevolmente le eventuali divergenze che potessero sorgere nella interpretazione e nell'applicazione delle clausole del presente Accordo.

Art. VII

La presente Convenzione, i cui testi in lingua italiana "e spagnola fanno ugualmente fede, entrerà in vigore allò scambio degli Strumenti di Ratifica.

In fede di che, i Plenipotenziari sopra nominati hanno firmato questo Accordo, in doppio esemplare, e vi hanno apposto i sigilli, nella città di Buenos Aires, il giorno dieci del mese di ottobre dell'anno millenovecentosessantasei.

£8 UMBERTO MOZZONI
Nunzio Apostolico

A pedido del Ordinario del lugar, el Gobierno Argentino, siempre en armonía con las leyes pertinentes, facilitará al personal eclesiástico y religioso extranjero el permiso de residencia y la carta de ciudadanía.

Art. VI

En caso de que hubiese observaciones u objeciones por parte del Gobierno Argentino conforme a los artículos segundo y tercero, las Altas Partes Contratantes buscarán las formas apropiadas para llegar a un entendimiento ; asimismo resolverán amistosamente las eventuales diferencias que pudiesen presentarse en la interpretación y aplicación de las cláusulas del presente Acuerdo.

Art. VII

El presenté Convenio, cuyos textos en lengua italiana y española hacen fé por igual, entrará en vigencia en el momento del canje de los instrumentos de ratificación.

En fe de lo cual, lös Plenipotenciarios arriba nombrados firmaron y sellaron este Acuerdo, en dos ejemplares, en la ciudad de Buenos Aires, a los diez días del mes de octubre del año mil nuevecientos sesenta y seis.

NICANOR COSTA MÉNDEZ

Conventione inter Apostolicam Sedem atque Argentinam Rempublicam rata habita, die ***XXVIII*** *mensis Ianuarii anno* ***MGGOCLXVII*** *Ratihabitatioms Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, scilicet ab eodem nuper memorato die, huiusmodi Conventio, inter Apostolicam Sedem atque Argentinam Rempublicam icta, vigere coepit ad normam articuli VII eiusdem Pactionis.*

ALLOCUTIONES

I

Eminentissimo Cardinali Sacri Consilii Religiosis Ordinibus Sodalitatibusque praepositi Praefecto Antistitisque maioribus sacrarum italicarum virginum, Romae Coetum habentibus de accommodata renovatione vitae religiosae, iuxta normas Oecumenicae Synodi Decreti «Perfectae caritatis».*

Signor Cardinale!

Le siamo molto obbligati delle sue buone ed alte parole, e La ringraziamo della partecipazione a questa Udienza, la quale acquista così un nuovo titolo alla riconoscenza, che Noi dobbiamo a Lei, Signor Cardinale, a Mons. Philippe, a P. Andretta ea quanti prestano la loro opera alla Nostra Sacra Congregazione dei Religiosi, mediante la quale la Santa Sede, e per essa la Chiesa, dirige, assiste, promuove, conforta, benedice l'immenso e multiforme campo degli Istituti consacrati alla religione; alla ricerca cioè, al culto, all'amore, al servizio di Dio, alla santificazione dei propri membri e delle loro comunità, non che a innumerevoli opere di pietà e di carità, con grande edificazione della Santa Chiesa di Dio.

Prendiamo occasione di questo incontro per manifestare il Nostro augurio a questo tanto importante e attivo organo della Sede Apostolica, aftinché possa adempiere felicemente la sua missione, resa più delicata e complessa dalle questioni post-conciliari, con profitto e con soddisfazione delle Famiglie religiose, e con vantaggio dell'intera Chiesa cattolica.

Alle Religiose Superiore Maggiori in Italia il Nostro paterno saluto nel Signore ! Informati del vostro numero — siete più di mille! —, e del vostro annuale convegno, ormai divenuto ottima prassi della vita religiosa femminile italiana in via di rinnovamento, non abbiamo voluto rinunciare a questa Udienza, sia pur breve, ma tanto bella e significativa, per assicurarvi della Nostra benevolenza e del Nostro interessamento, per incoraggiare i vostri propositi, che sappiamo rivolti all'applicazione pronta e concorde delle norme conciliari, per ringraziarvi

* Die 12 mensis ianuarii a. 1967.

dell'esempio e del servizio che voi offrite alla Chiesa e alla società, per raccomandare il Nostro ministero ed i bisogni del Popolo di Dio alle vostre preghiere, ed infine per chiamare sopra di voi, sopra le vostre rispettive Famiglie religiose e sulle opere in cui è impegnata la vostra attività, la pioggia delle grazie divine, indispensabili per dare valore, efficacia, perseveranza, merito a quanto voi siete e fate ; il che faremo mandandovi in pace con la Nostra Benedizione Apostolica, non senza avere prima soddisfatto il vostro desiderio d'avere da Noi una parola.

Che cosa vi diremo? Nulla, che si riferisca direttamente ai temi del vostro Convegno, i quali sappiamo egregiamente trattati da chi vi presiede e da chi è incaricato di svolgerli ; Ci basta esprimere la Nostra compiacenza ed il Nostro incoraggiamento per quanto andate studiando per sempre meglio conoscere i vari aspetti dello stato religioso, le sue presenti necessità ed i mezzi migliori per fare delle leggi e dei suggerimenti, che vi sono dati, stimoli benefìci e fecondi per l'incremento spirituale ed operativo delle vostre anime e dei vostri istituti. E nulla, che già voi non conosciate benissimo; ma che, ascoltandolo da Noi ripetuto, non possa forse apparire sempre più convincente e degno di continuata riflessione. E cioè : vi diremo, assai brevemente e semplicemente, di alcuni punti della vita religiosa, sui quali il Concilio sembra aver espresso, a vostro riguardo, le sue autorevoli e preferenziali attenzioni.

Natura della vita religiosa secondo il Concilio

Che cosa dice, in sostanza, il Concilio ecumenico per voi?

Dice che la vita religiosa si definisce da un'esigenza fondamentale, dalla pienezza dell'amore : a Dio, e quindi a Cristo, alla Chiesa, al prossimo, ad ogni creatura (come S. Francesco) ; una pienezza che non conosce misura (viene alla mente la famosa formula di S. Bernardo : *Modum esse diligendi Deum, sine modo diligere,* non v'è che una misura d'amare Dio, d'amarlo senza misura) ; [1] un amore, che non conosce ostacoli : ecco il senso liberatore dei voti religiosi, che intendono appunto rimuovere ogni impedimento, anche naturale, anche legittimo, all'unico, al sommo, al pieno amore di Dio. Non per nulla il Decreto conciliare, che si riferisce alla vita religiosa, si apre e perciò s'intitola *Perfectae caritatis ... prosecutionem,* la ricerca della perfetta carità.

[1] *De diligendo Deo,* c. 6, n. 16; *PL* 182, 983.

Questo è noto. Ma ciò che deve fermare l'attenzione è il richiamo al carattere amoroso della vita religiosa, carattere che la distingue, la qualifica, la finalizza; e non in un modo puramente giuridico, convenzionale, esteriore, ma in un modo intimo, profondo, totale, esclusivo, intenso, assoluto. Questo aspetto assoluto dell'amore proprio della vita religiosa ricorre sovente nella nuova e sovrana legislazione del Concilio ; contentiamoci ora d'una sola citazione : « I membri di qualsiasi istituto ricordino anzitutto che, con la professione dei consigli evangelici, essi hanno risposto ad una chiamata divina in virtù della quale non solo essi sono morti al peccato,[2] ma, rinunziando anche al mondo, devono vivere per Dio solo, e ciò costituisce una speciale consacrazione, che ha le sue profonde radici nella consacrazione battesimale, e ne è l'espressione più perfetta ».[3]

Tutto è chiaro ed ovvio. Ma una tale riaffermazione circa la natura, il fine ed i mezzi essenziali della vita religiosa acquista grande importanza in ordine, innanzitutto, alla tradizione storica e spirituale di essa : ecco che i concetti costitutivi di questo genere di vita arrivano a noi intatti, quasi rigenerati perché sono derivati dalle loro fonti più pure e più autorevoli, dal Vangelo e dallo sforzo di fedeltà e di santità, che attraversa i secoli del cristianesimo mediante la consacrazione e l'organizzazione di anime invase dalla carità di Cristo e dall'ansia di possederla e di irradiarla secondo le leggi sue proprie, alla perfezione cioè, concepita come unione con Dio ed imitazione di Cristo. È un fatto spirituale di misterioso significato; nella presenza attiva dello Spirito Santo bisogna ricercarne il segreto; ed è un fenomeno paradossale agli occhi del mondo, il quale osserva, e subisce davanti ad esso le reazioni più varie : di meraviglia, di ripulsa, di disprezzo, di attrattiva e di curiosità, di fiducia e di venerazione; oggi specialmente, quando il movente religioso sugli animi si affievolisce e viene socialmente quasi a mancare. Ed ecco che la vocazione religiosa nella società moderna, nel mondo femminile specialmente, invano coperta dal suo silenzioso riserbo, dalla sua voluta umiltà, si accende allo sguardo di tutti, come un episodio singolarissimo, di libertà, di coraggio, di consapevolezza, di generosità, di spiritualità, e possiamo pur dire di fortezza e di bellezza. Così si presenta la vita religiosa in questo

[2] Cfr. *Rom.* 6, 11.
[3] Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 5.

secolo ventesimo : dove sono oramai le vocazioni religiose imposte da considerazioni patrimoniali o da tradizioni familiari, ovvero vocazioni riservate a soggetti deboli e minorati, inetti ad affrontare i doveri e le vicende d'una professione profana o d'un matrimonio, oppure sbocciate in ambienti chiusi col favore della timidità remissiva da una parte, di un'oppressione autoritaria dall'altra? Ditelo voi alle anime avide di perfezione e aperte all'idealismo evangelico, delle quali ancora è scintillante la nostra gioventù, dite che cosa sia una vocazione religiosa, a cui la Chiesa offre la sua severa, ma corroborante palestra ascetica, e apre gli orizzonti delle più inebrianti ascensioni dello spirito ; dite che cosa valga una vita a cui l'amore, nella sua espressione più pura e più forte, l'amore di Dio, infligga il suo delizioso tormento e infonda la sua letizia che non si spegne; dite quale missione può essere riservata ad un'esistenza che s'immola con Cristo nel sacrifìcio senza ritorno, e che assume nella Chiesa e nel mondo significato e forza di altrui redenzione.

Noi confidiamo, Figlie in Cristo carissime, che questo concetto purificato e splendente della vita religiosa, della vostra specialmente, sia, per virtù del Concilio e di voi, che ne seguite la traccia, ripresentato al Popolo di Dio e alla società moderna; e, nuovamente idealizzato dal suo autentico contenuto di perfezione cristiana nella carità, Noi auguriamo che riacquisti a riguardo di spiriti di elezione il suo originario ed arcano potere di attrazione, come se risonasse tutto della soave e potente voce di Gesù : « Vieni e seguimi ! » Auguriamo che crescano così di numero le vocazioni, di cui tanti istituti oggi soffrono penuria ; ma non possiamo prevedere se il Signore esaudirà questo voto comune; ma è certo che, se non di numero, le vocazioni saliranno in qualità.

Ma questa nuova, e del resto tradizionale, presentazione dell'ideale religioso esige proprio quel rinnovamento, nello spirito e nelle forme, che voi andate cercando; e a Noi non resta che incoraggiare l'aggiornamento, che con la guida dei maestri e dei superiori ecclesiastici e con l'impulso dei vostri fervorosi capitoli, voi state promovendo. Ma vi sono altri due punti che, nello spirito del Concilio, meritano da Noi particolare menzione.

Esercizio dell'autorità e pratica dell'obbedienza

Quello dell'esercizio dell'autorità e conseguentemente della pratica dell'obbedienza nell'ordinamento e nella pedagogia dei vostri Istituti.

Diremo forse che l'autorità ha perduto il suo prestigio, la sua ragion d'essere, la sua responsabilità nella compagine d'una Famiglia religiosa, che proprio dall'autorità è generata, diretta, animata, educata e santificata? E diremo che l'obbedienza s'è disciolta in dialogo democratico e nel volere d'una maggioranza numerica o d'una minoranza intraprendente, quando sappiamo che questa virtù è essenziale per la vita religiosa e per la comunità religiosa, e che anzi, come insegna S. Tommaso, ((fra tutti i voti della religione il voto d'obbedienza è il più grande, *maximum est* »?[4] No certo ; anzi confermeremo la necessità sia d'un sapiente esercizio dell'autorità, sia d'una sincera pratica dell'obbedienza : la compagine e lo spirito della vita religiosa sarebbero fatalmente compromessi, ove autorità e obbedienza venissero a mancarle. Ma l'una e l'altra, voi lo sapete, reclamano forme nuove, più alte, più degne della società ecclesiale, più virtuose e più conformi allo spirito di Gesù Cristo : dev'essere questo duplice problema, dell'autorità e dell'obbedienza, uno dei temi più studiati nel rifacimento delle vostre regole e nell'evoluzione della vostra mentalità religiosa, e reclamerà attenzione, prudenza e fiducia per essere portato alle soluzioni che i tempi suggeriscono e che il Concilio reclama. A voi, Superiore, Noi non faremo ora che citare una celebre e sempre saggia parola di S. Agostino circa quanto riguarda l'atteggiamento responsabile di colei che dirige una comunità di religiose; dice questo santo maestro, nella sua famosa lettera alle inquiete monache del suo tempo (a. 423), che la Superiora non si consideri dominatrice per autorità, quanto piuttosto felice di servire per carità : *Ipsa vero non se existimet potestate dominante, sed charitate serviente.*[5] (Aveva pur detto poco prima : alla Superiora si obbedisca come ad una madre, col debito onore, per non offendere Dio in lei : *Praepositae tanquam matri oboediatur, honore servato, ne in illa offendatur Deus!).*

Comunione con la Chiesa

E l'altro punto, con cui concluderemo queste poche osservazioni, dev'essere da noi ricordato come una delle idee dominanti tutta la dottrina del Concilio, e intenzionalmente applicata anche alla vita religiosa; e cioè il rapporto, anzi la comunione che essa deve avere con

[4] *Summa Theol.* II-II<S 186, 8.
[5] *Ep.* 211 : *PL* 33, 964.

la Chiesa intera. La vita religiosa non è una Chiesa a parte ; è un'espressione dell'unica Chiesa di Cristo ; e questo sia detto tanto per lo spirito che anima la vita religiosa, quanto per la sua organizzazione canonica. S'incontra talora nella mentalità dei fedeli e dei religiosi la persuasione che questi ultimi fanno parte a sé; l'esenzione giuridica, che il diritto ecclesiastico loro riconosce, e la peculiarità delle loro strutture e della loro spiritualità sembrano autorizzare in alcuni una concezione distinta, autonoma e punto solidale del mondo dei religiosi rispetto a quello della comunità ecclesiale ; e se ciò per fortuna non ha profonda incidenza nella realtà della Chiesa, diminuisce in essa il senso della sua interiore unità e l'efficienza della sua organica operosità, mentre priva sovente i religiosi dell'onore e dell'affetto loro dovuto da tutto il Popolo di Dio. Voi sapete quanto il Concilio abbia invece insistito sulla appartenenza dello stato religioso alla Chiesa; ricordate ciò che, ad esempio, dice in proposito la Costituzione *Lumen gentium* riguardante appunto la concezione generale della Chiesa, e ciò che raccomanda il Decreto *Perfectae caritatis* sul rinnovamento della vita religiosa ; ecco un saggio : « Tutti gli istituti partecipino alla vita della Chiesa e, secondo la loro indole, facciano propri e sostengano nella misura delle loro possibilità le sue iniziative ».[6]

È ciò, del resto, che già voi fate e vi proponete di fare, sia nel campo della preghiera, dell'educazione e del'assistenza caritativa, sia in quello, sempre più vasto e impegnativo, della cura pastorale. Bene lo sappiamo, e ve ne esprimiamo la Nostra lode, la Nostra riconoscenza, il Nostro incoraggiamento, che a voi, brave e fedeli Superiore, sono principalmente dovuti.

Ed è con questo quadro della vostra esemplare ed operante presenza nella Chiesa di Dio, davanti agli occhi del Nostro spirito, che imploriamo sopra voi tutte la protezione della Madonna, e che impetriamo l'abbondanza delle grazie divine, auspice la Nostra paterna Benedizione Apostolica.

[6] N. 2.

II

In Aula Clementina habita ad Patricios Nobilesque Romanos, novo ineunte anno Beatissimo Patri cuncta fausta ac felicia ominantes. *

La vostra visita tradizionale, che l'inizio del nuovo anno Ci procura, è fra quelle che sollevano nel Nostro spirito molti pensieri, perché Ci obbliga a considerare non soltanto il numero e la qualità delle persone che Ci circondano, la cortesia e la bontà degli auguri che Ci sono presentati, le ragioni storiche che danno titolo di speciale valore a questo annuale incontro, ad aprire cioè la Nostra attenzione ed il Nostro animo verso un ceto di figli e di cittadini della nostra vetusta Città, tanto distinto e tanto legato alle vicende sue e di questa Sede Apostolica, non soltanto, diciamo, ma Ci impone quasi un atto riflesso su Noi stessi, come all'arrivo di visitatori esperti, che ben conoscono l'ospite che li accoglie e la dimora in cui sono dopo qualche tempo ritornati. L'ospite medesimo riflette sul suo proprio aspetto, se sia quello d'una volta, se sia nella forma dovuta per ricevere una visita impegnativa, e se possa incontrare ancora il gradimento degli anni lontani, che improvvisamente sembrano rivivere nella memoria. Succede così quando un figlio, dopo un periodo di lontananza e di varie vicende, torna alla casa dei suoi avi e s'incontra col padre, il quale legge nell'espressione del figlio, come in uno specchio, d'aver cambiato figura e di apparire allo sguardo indagatore del nuovo arrivato un po' diverso da quello che era.

No queremos pasar por alto una reflexión acerca de algo que llevamos muy dentro del alma, y forma ya parte de vuestro programa. Los tiempos invitan a una renovación de métodos fundada en serios estudios previos de las realidades existentes y de las metas a conseguir. Tal conocimiento hará pensar en la creciente población escolar que no recibe adecuada formación religiosa o que vive incluso a espaldas de la fe. Habrá sí que sostener y estimular la red de escuelas y universidades católicas propias; mas por otro lado se habrá de acercar el mensaje evangélico también a la gran pléyade de los demás estudiantes ya con la presencia

[2] Cfr. *Gravis, educat. momentum,* n. 2.

[8] Cfr. Conc. Vat. II, Declaratio de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* n. 5.

* Cfr. *Gravis, educat. momentum,* n. 9.

de profesores católicos competentes y celosos en las escuelas públicas ya con obras de asistencia, asociaciones y centros apropiados para la conservación y cultivo de la vida cristiana.

La celebración del presente Congreso, queremos creerlo así, marcará un jalón importante : tiene lugar en un momento precioso en que por todas partes se estrechan los lazos de unión en los variados campos de la convivencia humana : ocasión es pues ésta muy oportuna para formular un plan de acción conjunta más efectivo. El espíritu de colaboración y el peligro de aislamiento y de ineficacia piden ánimo pronto para secundar las iniciativas en sede nacional e internacional, ya provengan éstas de las filas del propio gremio, ya incluso de otras entidades con tal de que sean honestas y enderezadas al verdadero bien. Solo así se evitarán inútiles pérdidas de energías y nocivas duplicidades de trabajo.

Que todos consideren como un factor de decisiva influencia la harmonía y unidad entre los Superiores Mayores de las Familias Religiosas, las que — justo es darles aquí el merecido reconocimiento — llevan hasta el presente el mayor peso de las escuelas católicas en Latinoamérica. Garantía de éxito es, finalmente, la cohesión operante entre los Colegios Católicos no solo en su ámbito nacional mediante la vinculación a las respectivas Federaciones sino aun también en las esferas interamericana e internacional, en unión creciente con la Jerarquía, con las Conferencias Episcopales Nacionales o Regionales y con el Consejo Episcopal Latinoamericano.

Para la más fácil consecución de estos ideales y en prenda de las gracias necesarias del Cielo, os enviamos, unidos a vosotros en la oración por el buen fruto de vuestras fatigas y en la caridad de Nuestro Señor Jesucristo, una amplia y cordial Bendición Apostólica.

El Vaticano, 25 de Diciembre de 1966.

PAULUS PP. VI

NUNTII

A **Beatissimo Patre quarundam Civitatum Moderatoribus missi, ob statutas indutias novo ineunte anno lunari in Vietnamiensi regione.**

I

His Excellency Lyndon B. Johnson, President of the United States of America - White House - Washington DC.

Our heartfelt appeals for the return of peace in South-East Asia have always found a favorable reaction on your part, Mr. President, and that of your countrymen, and this fact strengthens Our hope in this hour of anxious waiting.

We sincerely wish that the célébrations of the New Lunar Year so dea r to the Vietnamese People, with the suspension of the hostilities by ali the parties engaged in the confiict, may open finally the way to the negotiations for a just and stable peace putting an end to the great sacrifices brought on by a war protracted now for years.

We know quite well the obstacles to achieving such a goal but We have no doubt in your dedicatum, Mr. President, to a constant search for a way to peace. Therefore We ask you to increase even more your noble effort in thèse days of truce for this great cause and We pray almighty God to crown your endeavors for peace with every success.

We assure you, Mr. President, of Our sentiments of highest considération.

PAULUS PP. VI

II

Son Excellence le Général Nguyen Van Thieu, Président du Comité de Direction Nationale du Vietnam - Saïgon.

Tandis que Nous saluons avec une espérance renouvelée la trêve du Têt Nous aimons à y voir une occasion providentielle pouvant conduire à l'ouverture si désirée de fructueuses négociations. Certain d'interpréter les aspirations profondes des populations vietnamiennes et confiant dans les sentiments d'humanité de ceux qui en tiennent le sort entre leurs mains, Nous osons demander à Votre Excellence, elle

aussi, que rien ne soit négligé dans le but de promouvoir une solution juste et honorable du conflit. Veuille le Seigneur, vers lequel Nous élevons d'incessantes prières, accorder bientôt au cher peuple vietnamien de jouir des fruits de la paix qui sont la tranquillité dans l'ordre, dans la liberté et dans la justice.

PAULUS PP. VI

III

Son Excellence le Docteur Ho Chi Minh, Président de la République Démocratique du ***Vietnam*** **-** Hanoi.

Prenant acte avec satisfaction des sentiments de sympathie et de confiance manifestés par Votre Excellence lors de rencontres avec des personnalités religieuses pour Notre action en faveur de la paix, Nous Nous sentons encouragé **à** lui renouveler, **à** elle aussi, Notre appel **à** faire tout ce qui est en son pouvoir pour hâter la solution tant désirée du conflit.

Nous nourrissons l'espoir qu'aucune des deux parties ne viendra troubler la sérénité des célébrations du Têt par des actes pouvant conduire **à** la reprise des **hostilités.** Nous espérons au contraire que cette période de trêve en inspirant **à** tous des sentiments pacifiques offrira l'occasion d'établir la suspension mutuelle des actes de guerre et rendra ainsi possible de définir les points fondamentaux pour de sincères négociations de paix.

Nous élevons vers Dieu Nos prières et Nos souhaits pour que tout le peuple vietnamien qui Nous est si cher voie s'ouvrir enfin une ère de concorde et de prospérité dans le respect de la justice et de la liberté.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 21 Novembris 1966. — Titulari episcopali Ecclesiae Tambeaensi praefecit Exc. P. D. Petrum Aguilera Narbona, hactenus Episcopum Iquiquensem.

— Cathedrali Ecclesiae Iquiquensi Exc. P. D. Iosephum a Carmelo Valle Gallardo, hactenus Episcopum titularem Germaniensem in Numidia.

die 29 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Novabarbarensi **E.** P. D. Basilium Christophorum Butler, Abbatem e Congregatione Angliae Ordinis S. Benedicti, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ioannis Carmeli S. R. E. Cardinalis Heenan, Archiepiscopi Vestmonasteriensis.

die 6 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Filacensi R. D. Dominicum de Pinho Brandäo, in Seminario Maiore dioecesis Portugallensis theologiae doctorem, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Pereira Venancio, Episcopi Leiriensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Theleptensi R. D. Emmanuelem Franco Falcâo, Secretariatus notitiis pastoralibus vulgandis in Patriarchatu Lisbonensi curatorem, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Gonçalves Cerejeira, Patriarchae Lisbonensis.

die 10 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Maxitensi R. D. Ioannem Gerardum McClean, ad templum S. Caroli in urbe Hull, quae est in dioecesi Medioburgensi, curionem, quem constituit Coadiutorem Exclmi P. D. Georgii Brunner, Episcopi Medioburgensis.

die 28 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Horrensi Exc. P. D. Franciscum P. Carroll, hactenus Episcopum Calgariensem.

die 30 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Mibiarcensi R. P. D. Marcellum Gerin et Boulay> sodalem Societatis pro Missionibus exteris Provinciae Quebecensis, Praelatum Cholutensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Auguritensi R. P. D. Iulianum Gouet, e clero dioecesis Cenomanensis, Protonotarium Apostolicum « ad instar participantium », quem deputavit Auxiliarem Exemi P. D. Petri Veuillot, Archiepiscopi Parisiensis.

die 2 Ianuarii 1967. — Metropolitanae Ecclesiae Ottaviensi Exc. P. D. Iosephum Aurelium Plourde, hactenus Episcopum Lapdensem.

die 8 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Buguensi, noviter erectae, R. P. D. Iulianum Mendoza Guerrero, e clero archidioecesis Caliensis, Protonotarium Apostolicum ((ad instar », Consilii Episcopalis Latini Americani a Secretis.

— Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Clodovaei Iosephi Thibault, Episcopi Davaënsis, constituit Exc. P. D. Ioannem Mimar, Episcopum tit. Zaparenum.

*die **4** Ianuarii.* — Cathedrali Ecclesiae Talcensi R. D. Carolum González Cruchaga, rectorem Pontificii Seminarii Maioris S. Iacobi in Chile.

die 7 Ianuarii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Montensi in Numidia Exc. P. D. Gregorium Modrego et Casáus, hactenus Archiepiscopum Barcinonensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bennafensi R. P. D. Carolum Fanton, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem dioecesis Vicentinae, quem deputavit Auxiliarem Excimi P. D. Caroli Zinato, Episcopi eiusdem dioecesis.

die 9 Ianuarii.— Titulari episcopali Ecclesiae Selendetensi Exc. P. D. Adolf um Ciuchini, hactenus Episcopum Algarensem.

die 10 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Agbiensi Exc. P. **D.** Antonium Valente da Fonseca, hactenus Episcopum Villaregalensem.

die 13 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Bacolodensi R. P. **D.** Antonium Fortich, parochum ecclesiae cathedralis Bacolodensis.

die 17 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Magarmelitanae Exc. P. D. Thomam Leonem Parker, hactenus Episcopum Northantoniensem.

die 26 Ianuarii. —• Cathedrali Ecclesiae Sancti Pauli in Insulis Philippinis Exc. P. D. Petrum N. Bantigue, hactenus Episcopum tit. Catulensem.

II

TOLUCENSIS - CIVITATIS ALTAMIRENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Maiori Christifidelium spirituali bono apprime studentes, Excmi PP. DD. Arturus Vélez Martínez, Episcopus Tolucensis, et Ioannes Navarro Ramírez, Episcopus Civitatis Altamirensis, unanimi consensu, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur ac aptius ita disponerentur.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Aloisi Raimondi, Archiepiscopi titularis Tarsensis, in Ditione Mexicana Apostolici Delegati, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, a dioecesi Tolucensi distrahit integrum territorium pagorum vulgo *Carvajal, Noxtepec, Huayatenco* et *Rastrojo Largo,* intra fines municipii cui nomen *Texcatitlân* extans, illudque dioecesi Civitatis Altamirensis perpetuo adnectit.

Mandat insuper Sacra Congregatio Consistorialis ut documenta et acta praefati territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a tabulario Curiae Tolucensis ad archivum Curiae Civitatis Altamirensis, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet statuit ut, simul ac praesens Consistoriale Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detineant; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P. D. Aloisium Raimondi deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito

ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 5 mensis novembris anno 1966.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. © S.

ffi Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius*

S. CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

De matrimoniis mixtis inter catholicos et orientales baptizatos acatholicos

Crescens matrimoniorum mixtorum frequentia inter orientales-catholicos et christianos orientales acatholicos in Patriarchatibus et Eparchiis orientalibus et in ipsis dioecesibus latinis, itemque necessitas incommodis inde emanantibus occurrendi causae fuerunt cur Concilium Oecumenicum Vaticanum II statuerit : « quando catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, formam canonicam celebrationis pro his matrimoniis obligare tantum ad liceitatem : ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis » *(Decretum de Eccl. Orient. Cath. n. 18).*

Cum autem in hodiernis singularibus rerum adiunctis mixta matrimonia inter fideles quoque catholicos latini ritus et fideles orientales acatholicos ineantur, diversaque disciplina canonica multas et graves difficultates sive in Oriente sive in Occidente ingeneret, variis e partibus preces Summo Pontifici factae sunt ut disciplinam canonicam unicam in materia reddere dignaretur, catholicis quoque latini ritus indulgens quod pro catholicis ritus orientalis statutum erat.

Ssmus Dominus Noster Paulus, Divina Providentia Papa VI, re

mature perpensa ac diligenter pervestigata, precibus et optatis Sibi porrectis concedendum censuit ac benigne indulsit ut ubique terrarum,[1] ad praecavenda matrimonia invalida intra fideles latini ritus et fideles christianos non-catholicos rituum orientalium, ad consulendum firmitati et sanctitati nuptiarum, ad magis magisque fovendam caritatem inter fideles catholicos et fideles orientales non catholicos, quando catholici sive orientales sive latini matrimonia contrahunt cum fidelibus orientalibus non catholicis, formam Canonicam celebrationis pro his matrimoniis obligare tantum ad liceitatem; ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis.

Quae quidem matrimonia sedulo in praescriptis libris quamprimum sub vigilantia Pastorum ut adnotentur curandum est ; quod etiam valet quando catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, ad normam Decreti Conciliaris « De Ecclesiis Orientalibus Catholicis » n. 18.

Pro ipsa matrimonii sanctitate ministri quoque acatholici reverenter et enixe rogantur ut mutuam operam praestent ad adnotationem nuptiarum curandam in libris partis catholicae, sive latini sive orientalis ritus.

Ordinariis autem locorum, qui dispensationem super impedimentum mixtae religionis concedunt, facultas pariter fit dispensandi ab obligatione servandi formam canonicam ad liceitatem si difficultates exstent quae, eorum prudenti iudicio, hanc requirant dispensationem.

Idem Summus Pontifex Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali, cui Ipse praeest, mandavit ut summa haec deliberatio et concessio omnibus nota fieret; quapropter eadem Sacra Congregatio, consulta etiam Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei, de mandato Sanctissimi praesens Decretum exaravit in ACTA APOSTOLICAE SEDIS referendum.

Ut interim hoc novum statutum in omnium quorum interest notitiam veniat, sive sunt cuiusvis ritus catholici sive orthodoxi, praesens Decretum vigere incipiet a die xxv mensis Martii an. MCMLXVII, in festo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die xxii mensis Februarii an. MCMLXVII, in festo Cathedrae S. Petri Apostoli.

GUSTAVUS Card. TESTA, *Pro-Praefectus*

L. œ S.

• -. © Marius Brini, Archiep. tit. Algizen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

" SENENSIS
(BüTEMBENSIS - BENENSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis

Cum Excmus ac Revmus Dominus Emmanuel Kataliko, Episcopus Benensis, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde *Butembensis-Benensis* nuneuparetur, iuxta nomen civitatis vulgo Butembo ubi sedes episcopalis nuper translata fuit, Sacra haec Congregatio de Propaganda Fide, re mature perpensa auditoque favorabili voto Excmi ac Bevimi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia et Apostolici in Congo Nuntii, optatis praelaudati Ordinarii inhaerehdum censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 7 mensis februarii a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

© P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolit. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

VERONENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Gasparis Bertoni, sacerdotis et fundatoris Congregationis Presbyterorum a Ss. Stigmatibus D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Verona, praeclara urbs, superiore saeculo glorioso nobilitata fuit agmine virorum ac mulierum, qui apostolico ardore infiammati vitaeque sanctitate conspicui, divinae ipsius providentiae adiutores, Ecclesiam Dei, tot tantisque ea tempestate impetitam acerbitatibus et difiicultatibus, pietate operumque fulgore illustrarunt. His accensendus est Venerabilis Gaspar Bertoni. Conspicatus namque impiorum molimenta et artes, unde tot mala in christianam rempublicam promanarent atque graviora adhuc timenda essent, opportuna pro rei gravitate afferre remedia intento animo nisus est.

Is, Francisci Aloisii Bertoni et Bruhorae Ravelli filius, ortum habuit Veronae die 9 mensis Octobris anno 1777, poster oque die in paroeciali ecclesia S. Pauli ad Campum Martium sacra baptismi unda est renatus, nominibus Gaspare Aloisio Dionysio inditis. Piissimae matris disciplina educatus, tenera iam aetate mirum quemdam in res divinas instinctum ostendere coepit. Admirationi itaque fuit et matri, quae se tali filio indignam profitebatur, et piae honestaeque cuidam magistrae, cui a matre puer est ad tempus traditus, ut prima disceret litterarum elementa. Cum octavum aetatis annum ageret, adscriptus est municipali ad S. Sebastianum gymnasio, quod sodales Societatis Iesu olim rexerant, ibique humana simul et christiana sapientia excoluit animum, magistro et conscientiae moderatore usus Aloisio Fortis sacerdote, qui primus anno 1820 restitutae Societatis Iesu praepositus generalis est renuntiatus. Interea vero grammaticae, humanitatis et rethoricae iunior alumnus, a virtutis itinere adipiscendae cavit ne deflecteret, candore, modestia, pietate ita ceteris praelucens,

ut condiscipulis admirationi simul et exemplo esset, praeceptoribus autem probatissimus. Anno 1789 mense Aprili, cooptatus est in Marialem Congregationem scholis adnexam, tumque, ut videtur, ad divinam Mensam divino quodam aestuans ardore primum accessit. Die 6 Septembris a. 1791 a Veronensi episcopo sacro chrismate inunctus est.

Philosophiae emenso cursu, Christi militiae, qua se indignissimum existimabat, parochi sui adhortationes humillime suscipiens ac Deo fidens, Dei Famulus nomen dedit. Itaque sub initium mensis Novembris a. 1795 sacrae theologiae curriculum in Veronensi episcopali ephebeo ut externus alumnus init. Suae commorans domi, in fide Francisci Girardi, Sancti Pauli ad Campum Martium parochi omni ex parte dignissimi, atque eidem ecclesiae, clericali habitu in fine anni 1796 indutus, addictus est. Ad parochi ipsius nutum, multus fuit in pueris custodiendis simulque christiana doctrina studiose instituendis, oboedientia, diligentia ac in rerum divinarum servitio iugi devotione omnibus praeclarus.

Ad sacerdotii dignitatem die 20 Septembris a. 1800 evectus, ministerium verbi et animarum servitium apostolico zelo fervens gradatim, prout iubebatur, obivit in ecclesia Sancti Pauli usque ad annum 1810, deinde in paroecia Sancti Firmini Maioris. Iam anno 1802 aliquot adolescentes, sacrae Synaxi nuper admissi, eidem *puerorum missionario* concrediti sunt excolendi ; qui quidem veluti nucleus et centrum primi Marialis Oratorii ab eo fundati exstiterunt. Eo praeceptore ac duce, haec Marialis Congregatio asseclis facta est non solum disciplinae schola, verum etiam virtutum christianarum palaestra. Haec Oratoria bene ordinata, seu ((Mariales Cohortes », ut ipse dicere solitus erat, paucis annis per totam ferme Veronensem dioecesim diifusa sunt, iisque Veronenses episcopi magnopere faverunt, quod, praeter praesidia Ecclesiae collata, utpote fidei propugnacula, pietatis et morum nutrimenta, vere facta sunt seminaria, ex quibus plurimi ad sacerdotium, quamplurimi ad utriusque sexus religiosos Ordines vel Congregationes ubi Deo famularentur vocati sunt. Episcopi voluntati parens, munus suscepit instituendi in spem Ecclesiae adolescentem clerum, cui deinde accessit spiritualis moderatio sacerdotum, in quos adhortationibus, crebris instructionibus et exercitiis spiritualibus ad methodum sancti Ignatii compositis, religiosorum quasi spiritum et virtutes transferre studebat, tempore illo quo religiosae institutiones a civilibus potestatibus abolebantur. Una cum aliquot sibi proximis sacerdotibus, domi suae coadunatis, studiis praesertim sacris operam dabat, magistros prae omnibus sanctum Thomam et sanctum Alfonsum sequens. In subsidium ab ecclesiarum rectoribus vocatum, eum contionantem omnes salutariter audiebant, et ad eum

in confessionibus excipiendis benignum animisque ad virtutem excolendis sedulum, libenter accurrebant; quo factum est ut anno 1817 decreto S. Congregationis de Propaganda Fide titulo *Missionarii Apostolici* decoratus sit. Eidem Famulo Dei a tribus episcopis Veronensibus commissum fuit munus iudicis curionibus probandis, morum quaestionibus in Collegio ad S. Nicolaum dirimendis atque ecclesiasticis vocationibus pro Seminario dioecesano cognoscendis. Virginibus quoque Deo dicatis, sive a Dei Famula Leopoldina Naudet, sive a beata Magdalena de Canossa coadunatis, sacer administer datus est, quibus salutaria ad pietatem et virtutem adiumenta Sancte suppeditavit.

Quo autem aptius apostolicis operibus eonsuleret eaque produceret in aevum, Dei Servus anno 1816, episcopo annuente, sibi aliquot sociavit sacerdotes, qui gratis omnino se dederent erudiendis In gymnasio pueris et cuilibet sacro ministerio. Hinc ortum duxit Congregatio Sacerdotum; qui a loco fundationis *Preti delle Stimmate* vocabantur, quorum finis erat ut episcopis obsequerentur tamquam *Missionarii Apostolici* ad omnia parati. Quamvis ipse per se, ob varia rerum adiuncta, iuridicam eidem Congregationi formam dare non potuisset, tamen, vix duobus post eius mortem exactis annis, Constitutiones, quas scribere aggressus erat iam anno 1841, et cetera omnia quae ad eiusdem Instituti vitam studiose paraverat, *Decretum,* quod dicitur, *laudis* ab Apostolica Sede illi meruerunt.

Sui Instituti negotiis licet distentus, nihilominus Servus Dei incunabulis assedit Institutorum a beata Magdalena de Canossa et a Leopoldina Naudet conditorum, quarum alteri valido praeterea fuit auxilio in Constitutionibus Instituti exarandis. Neque praetereundi sunt Servi Dei Nicolaus Mazza, Carolus Steeb, Theodora Campostrini, fratres Cavanis, necnon Antonius Provolo, Antonius Rosmini, spectatae virtutis viri, quibus omnibus aliisque passim animabus Famulus Dei Gaspar Bertoni sedulum consiliarium se praebuit.

Tot inter opera, cotidie magis in religionis et pietatis studio, doctrinae catholicae cura in obsequio erga Ecclesiam, Apostolicam Sedem Romanumque Pontificem, in animi demissione, in voluntariis sibi illatis cruciatibus, in temporalium divitiarum neglectu suique oblivione, homo Dei proficiebat adeo, ut magnae civibus et exteris venerationi esset, qui de eo ut de eximiae sanctitatis viro sentiebant et passim loquebantur. Cuius sanctitatis ratio in eo praecipue ponenda videtur, quod divinae voluntatis apprime sollicitus adimplendae, quasi se totum ipsi devovent, nihilque sine caelesti nutu aggressus, et in susceptis fortis persiterit et in exsequendis fidelis, numquam sibi, sed soli Deo semper confisus. Iesu Christi crucifixi amore flagravit eiusque Quinque Plagas

peculiari colebat devotione. Virgines Sponsos Deiparam Mariam et Sanctum Ioseph, quorum studiosissima exstitit cultor, sui Instituti posuit tutelares.

Crebris et multiplicibus, quoad vixit, Dei Servus fuit afflictos infirmitatibus et morbis, iisque acerbissimis, quae haud semel in vitae discrimen eum adduxere, quae tamen hilari semper fortique animo pertulit. Tandem, morbo ingravescente, extremis Ecclesiae sacramentis roboratus, die 12 Iunii a. 1853, aetatis suae fere septuagesimo sexto, pie obdormivit in Domino, eique tota fere Verona civitas, virtutes eius et opera praedicans, parentavit.

Sanctitatis fama, qua Dei Famulus vivens condecoratus erat, post obitum in dies magis percrebruit eamque Deus caelestibus signis confirmare visus est. Verumtamen Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem tribuendis post medium fere saeculum ab eius morte elapsum agi demum coepta est, idque ob varias, politicas praesertim, rationes ipsi Causae omnino extraneas. Ubi primum igitur actoribus licuit, processus ordinaria auctoritate in Curia Veronensi instructi sunt annis 1897-1899 ; qui absoluti ad Sacram Rituum Congregationem delati sunt. Scriptis deinde Famuli Dei perpensis, eadem Sacra Congregatio die 9 Augusti a. 1905 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procederetur, atque die 2 Martii a. 1906 sanctus Pius Papa decimus commissionem introductionis Causae propria manu obsignavit. Die vero 11 mensis Iulii a. 1917 agnita est oboedientia decretorum Urbaniorum super cultu eidem Servo Dei non praestito. Conditis deinde processibus apostolicis super virtutibus in specie, de quorum validitate iuridica editum est decretum die 18 Decembris 1929, Causa ipsa translata est anno 1932 ad Sectionem historicam huius S. R. C, quae omnia documenta sive ad vitam sive ad virtutes sive ad scripta Servi Dei pertinentia, iam collecta vel colligenda, ad criticae methodi trutinam expenderet. Sectio autem historica amplum digessit Summarium Additionale, quod Positioni super virtutibus adnexum est. Perventum itaque est ad quaestionem agitandam super virtutibus in specie Famuli Dei, et quidem primum, die 16 Iulii a. 1963, in antepraeparatorio, ac deinde, die 8 Iulii a. 1965 in praeparatorio coetu. Quibus coetibus generalis successit Congregatio die 24 Maii anni huius coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI, in qua Rev.mus Cardinalis Arcadius M. Larraona, S. Rituum Congregationis Praefectus et ipsius Causae Ponens seu Relator, sequens dubium disceptandum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in*

gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur. Et omnes qui aderant, tam Cardinales sacris ritibus tuendis praepositi, quam Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi consensu *affirmative* responderunt. Quae suffragia intento animo secutus, Beatissimus Pater suam mentem statim aperire non dubitavit iussitque Decretum super heroicitate virtutum Servi Dei apparari.

Hodierno demum die, Sacro piissime litato, accitis ad Se infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto Causaeque ipsius Ponente necnon Revmo P. Raphaele Perez O. S. A., Fidei Promotore Generali, meque Secretario, solemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Ven. Servi Dei Gfasparis Bertoni, sacerdotis et fundatoris Congregationis Presbyterorum a Sacris Stigmatibus D. N. Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 decembris a. D. 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. Ç& S.

% Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II
GANDA VENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Adolfi Petit, sacerdotis professi Societatis Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sentire et sapere de Deo quod ipse per essentiam sit summum, infinitum et omne bonum ac proinde summe benignus in omnes, ideoque summe amandus ; et quaerere Deum non dimidiato, imperfecto, languido,

sed integro, perfecto, constanti fortique corde, homines hortatur Sapiens, qui, divino afflante Spiritu, ait : *Sentite de Deo in bonitate, et in simplicitate cordis quaerite illum (Sap.* 1,1).

Hac divina eruditi atque imbuti disciplina, innumeri christifideles fastigium christianae perfectionis, divina adiuvante gratia, consecuti sunt. Inter hos autem virtutis héroes accensendus est Servus Dei Adolfus Petit, sacerdos professus Societatis Iesu.

Is namque natus est Gandavi, in Belgio, die 22 mensis Maii anno 1822, Leopoldo et Albertina Coppejans pauperrimus parentibus, sed pietate et religione praestantibus, poster oque die sacro baptismate ablutus est. Puerulus quinque annorum, matre orbatus, in domo patrui etsi libenter receptus, se esse orphanum vivide sentiebat. Dei gratia praeventus, ab ipsa pueritia teneram pietatem et ardens religiosae instructionis, praesertim christianae doctrinae sacraeque historiae, studium manifestavit. Duodennis, ut videtur, ad primam Communionem admissus est. Licet iam tunc ad Christi militiam se vocatum persentiat, tamen ad parentum inopiam sublevandam constructori musicorum instrumentorum alumnus traditus est. Post annum vero, pia adiuvante matrona, Collegium S. Barbarae gratis frequentare coepit. Bono praeditus talento, magno cum progressu humaniora studia ibidem peregit magnosque in virtute pariter progressus effecit, donec anno 1842 tirocinium Societatis Iesu ingressus est Truncinii. Absoluto tirocinio, prima emisit religiosa vota die 27 Septembris a. 1844, atque, philosophiae deinde curriculo emenso, ea munera in collegiis obivit quae Superiores, pro peculiari quam de eo habebant aestimatione, ei demandarunt. Annos triginta natus libenter et generose sacrae theologiae studia aggressus est, quibus in finem vertentibus, unus inter omnes electus est qui universae theologiae theses publice defenderet. Voti tandem totius vitae compos factus, die 15 Septembris a. 1855 sacerdos inauguratus est Lovanii ibique postridie, in sacello Congregationis Marianäe, in quo singulis hebdomadis exhortationes vitae christianae et virtutum ad iuvenes opifices agere solitus erat, primum Sacrum litavit. Tertia, quam vocant, probatione vix expleta, professor rhetoricae nominatus est atque Marianae Congregationi et Conferentiis S. Vincentii a Paulo praeficitur. Die vero 2 Februarii a. 1860 votis solemnibus emissis, munus ei anno 1865 concreditum est Instructoris sodalium tertiae probationis, quod officium viginti annos fideliter exercuit. Per quinquennium, nempe annis 1870-1875, rector fuit domus Trunciniensis ; deinde, partes Instru-

ctoris implere pergens, simul Pater spiritualis eiusdem domus renuntiatus est.

Ab aliquot iam annis opus exercitiorum spiritualium inceperat, et quidem non solum pro clero dioecesano et pro iunioribus consodalibus suis, verum etiam pro laicis tam optimatibus quam opificibus, ingentes laetosque inde colligens fructus spirituales. Cui apostolatui Servus Dei innumera sociabat ministeria inter moniales et saeculares dominas ; per totum annum de rebus divinis orationes habebat ad religiosos in monasteriis clericosque in seminariis, ad adolescentes in collegiis, immo ad pueros. Maxime vero se totum operi sanctificationis clericorum devovit.

Opus tamen quod prae omnibus cordi Famuli Dei earum exstitit, fuit *Le Calvaire,* quod dicitur, eum in finem institutum ut nobiles viduae ad sanctitatem adducerentur curandis et solandis feminis cancro affectis. Servo Dei debentur quoque in variis civitatibus domus dispensatoriae pauperum infirmitatibus sublevandis. Valde enim cordi habuit egenos, pro quibus ad mortem usque ipse stipem colligere numquam desiit, iis praesertim quorum egestas ceteris erat ignota. Peculiarem denique meretur mentionem Servi Dei actuosa industria Missionibus Catholicis adiuvandis opere dicto *Ouvroir du Sacré-Cœur,* quod mirabilem nactum est diffusionem.

Praeter omnia haec opera, alium in animarum bonum non recusavit toto suae vitae curriculo laborem, epistolare nempe commercium, quo animos ad fiduciam et amorem Dei mirum in modum stimulabat.

Tenerumi quoque et fiducia plenum erga Sacram Familiam cultum fovit. Vires pariter suas devotioni Ssmi Cordis Iesu dilatandam ita expendit, ut nonnumquam Apostolus Ssmi Cordis appellatus sit. Reliquum, quod ei raro supererai, tempus Famulus Dei libris conscribendis dicabat ; sic libros exaravit qui inscribuntur : *Sacerdos rite institutus* et *Templum spirituale* ad usum clericorum, et *Mon Navire* in commodum laicorum.

Tot laboribus tandem fractus meritisque plenus, die 20 Maii a. 1914 Famulus Dei placide obdormivit in Domino.

Animi candor et ingenuitas morumque suavi tas, indefessi per septuaginta fere annos labores, in animarum salutem procurandam ad maiorem Dei gloriam exantlati, orationis studium quo flagrabat, voluntarii cruciatus paenitentiae causa exerciti, ceteraeque virtutes quae optimum religiosum decent virum, sanctitatis famam Servo Dei adhuc viventi conciliaverunt. Quae fama, post eiusdem obitum minime deferbuit, immo in dies magis percrebruit, eamque Deus caelestibus signis confirmare visus

est. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus Famulo Dei tribuendis agi coepta est; atque post ordinarios, qui dicuntur, processus in Curiis Gandavensi, Namurcensi et Ranchiensi in Indiis Orientalibus instructos, commissio introductionis Causae a Pio Papa XI die 24 Februarii a. 1937 obsignata est. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Servi Dei est disceptatum, et quidem primum, die 26 Octobris a. 1940, in antepraeparatoria Congregatione, deinde in praeparatoria, die 24 Iulii a. 1956, et denuo in nova praeparatoria Congregatione die 8 Iulii a. 1965, celebratis. Quibus coetibus generalis successit Congregatio die 24 Iunii huius decurrentis anni coram Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI habita, in qua Revmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus huiusque Causae Ponens seu Relator, sequens dubium ad disceptandum posuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes qui aderant, tam Cardinales quam Officiales Praelati Patresque Consultores cunctis suffragiis *affirmative* responderunt. Beatissimus vero Pater suam mentem statim aperire non dubitavit; ideoque super heroicitate virtutum eiusdem Servi Dei Decretum apparari iussit. Hoc tandem die, Sacro piissime litato, accitis ad Se Revmis Cardinalibus Arcadio Maria Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, et Benedicto Aloisi Masella, Causae Relatore, necnon Revmo P. Raphaele Perez O. S. A., Fidei Promotore Generali, meque Secretario, iisque adstantibus solemniter edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Adolfi Petit, sacerdotis professi Societatis Iesu, in casu et ad effectum de quo agitur,*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 decembris a. D. 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. $ S.

· i © FERDINANDUS ANTONELLI, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

III

CRACOVIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Fratris Alberti (in saeculo Adam Chmielowski), fundatoris Congregationum Fratrum et Sororum Tertii Ordinis S. Francisci pauperibus servientium.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Polonia semper fidelis, dnm christiana sna sollemniter commemorat primordia, ad quae firmanda et roboranda operam per saecula contulerunt multi, quos genuit, Sancti Caelites, Beati, Servi et Ancillae Dei, exsultat vehementer quod institutam nunc videt apud Apostolicam Sedem Causam Servi Dei Fratris Alberti, in saeculo Adam Chmielowski, qui patriae suae lumini est splendidoque decori.

Is natus est die 20 mensis Augusti anno 1845 in vico cui nomen Igolomia apud Vistulam, intra fines dioeceseos Cracoviensis, primogenitus Adalberti Chmielowski et Iosephinae Boryslawska, qui non tam censu quam virtutibus Polonorum propriis erant locupletes. Die 26 eiusdem mensis per Baptismi sacramentum Christo renatus, nomina suscepit Adami et Bernardi.

Cum septimum aetatis ageret annum, patre est orbatus, et mater vidua Varsaviam domicilium transtulit. Decem annorum puer, missus est Petropolim ibique scholae militari est adscriptus. In patriam autem post annum reversus, gymnasium frequentavit Varsaviae, et deinde, matre quoque interim orbatus, studiis agriculturae apud scholam superioris gradus in civitate Pulawy dedit operam. Patriae amore impulsus, ut miles, Polònicae consurrectioni anno 1863 adfuit; malo autem fato, in proelio altero pede vulneratus, in vincula coniectus est. At vero clam se a custodibus subducens, peregre proficiscitur, et moratus est Lutetiae Parisiorum, Gandavi in Belgio, ac praesertim Monachii in Bavaria, ubi studiis artis pingendi se dedit. In pictura autem magnopere profecit et ad laudem facile pervenit. Dum vero religiosas pingit imagines, Summi Pulchri vestigia invenit, sensimque sine sensu ad perfectiorem vitam se a Deo vocari persensit. Anno itaque 1880, quinque supra triginta annos natus, Societatem Iesu ingressus est ; ast, tirocinii tempore internis cruciatibus probatus, eandem Societatem relinquere coactus est. E morbo aliquando confirmatus, Cracoviae domicilium posuit et, miseria pauperum et derelictorum captus, caritatis officia colere coepit; qua in exercitatione adeo profecit, ut evangelicae per-

fectionis cupidus, quidquid haberet pauperibus, quos in sua pictoria officina colligebat eosque in triviis et angiportis quaerebat, largiretur. Quo autem melius faciliusque miserorum causam procurandam susciperet eorumque simul animos ad caelestium bonorum spem et amorem erigerei, anno 1888 hirtam tunicam Tertii Ordinis S. Francisci rite suscepit ab episcopo Cracoviensi, nomine Fratris Alberti assumpto. Exinde in deversorio caldario, quod vulgo *ogrzewalnia* vocant, quo scilicet noctibus pauperes totius Cracoviae commeabant, habitavit, cum iisdem cenavit, dormivit, suscepitque onus praebendi eis cibaria; neque ulli recusavit hospitium, prospexit labori eorum, eos christiana doctrina imbuit, in eis humanum ingenium suscitavit : uno verbo, fuit eis pater et praeceptor. Obstupuit Cracovia tota cernens Famulum Dei, pictorem arte insignem, per vias et plateas pro miseris emendicantem.

Caritate Servi Dei moti, non pauci viri et mulieres quaedam sese illi adiunxerunt, ut eum in his misericordiae operibus adiuvarent. Socios sibi adscitos, tamquam a Deo missos habens, gaudio suscepit et ita, invitus quidem, sed superno nutui obtemperans, fundamenta iecit binae familiae religiosae : Fratrum scilicet et Sororum Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis pauperibus servientium, quos et Fratres Albertinos et Sorores Albertinas appellant.

Seraphici Patris Francisci eximius et assiduus cultor eiusque vestigia studiose premens, vitae rationem Assisinatis veluti redivivam Famulus Dei expressit, unde passim *alter Franciscus* dicebatur. Fuit in eo amor paupertatis evangelicae, mira vitae austeritas, continuum orationis studium et regularis observantiae et divini honoris ardens zelus, ac praesertim admirabilis erga miseros et derelictos caritas propter Deum diligendos.

Fractus denique laboribus, aerumnis et morbo, Cracoviae, die 25 Decembris a. 1916, placidissime obdormivit in Domino.

Quoniam quidem *memoria iusti immortalis est et aeterna* (cf. *Ps.* 111, 7), sanctitatis fama Fratris Alberti post obitum minime deferbuit, sed immo percrebruit atque caelestibus signis visa est confirmari. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem tribuendis agi coepta est. Instructi sunt igitur processus ordinaria potestate in Curia archiepiscopali Cracoviensi, et per rogatorias litteras in Curia episcopali Premisliensi Latinorum ; qui absoluti Sacrae Rituum Congregationi exhibiti fuere. Plures interim Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi et Generales Moderatores sive Ordinum sive Congregationum religiosarum

instantes preces Summo Pontifici adhibuerunt, commissionem instituendae Causae apud Apostolicam Sedem postulantes.

Sacra porro Rituum Congregatio, scriptis eidem Servo Dei tributis rite perpensis, die 13 Maii a. 1956 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi posset.

Instante itaque Revmo Petro Naruszewicz, Causae legitime constituto Postulatore, Emus ac Revmus Dominus Henricus Cardinalis Dante, Causae Ponens seu Relator, in ordinario particulari S. Rituum Congregationis coetu, die 21 Decembris a. 1965 celebrato, sequens dubium posuit disceptandum : *An signanda sit commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, qui aderant, post ipsius Cardinalis Ponentis relationem, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, praesertim R. P. Raphaelis Perez O. S. A., Pro-Promotoris Generalis Fidei, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt : *Affirmative,* seu *signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de praemissis omnibus per infrascriptum Cardinalem S. R. C. Praefectum fideli relatione Beatissimo Patri Paulo Papae VI, eadem Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habuit et confirmavit atque *commissionem introductionis Causae Servi Dei Fratris Alberti propria manu signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 27 Ianuarii a. D. 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. $ S.

Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis*

IV

ROMANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Antonii Vincentii Gallo, sacerdotis saecularis.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis Causae in casu et ad effectum , de quo agitur.

Verba Psalmistae *Unam petii a Domino, hanc requiram', ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae (Ps.* 26, 4) sanctus Ioannes Chrysostomus commentatur : « Neque tonstrina, neque

unguentaria officina, neque ulla alia opificum taberna est ecclesia, sed locus Angelorum, locus Archangelorum, aula Dei, ipsum caelum. Hic sacerdos locum suum proprium tenet ut sacrificium offerat, Sacramenta administret, fideles doceat Deum verum adorandum, quia domus Dei est, domus orationis. Ecclesia enim est paradisus terrestris in quo vitae arbor emicat Christus, virtutum odorem flores adspirant, amoena caelestis volucrum musica insonat » *(Horn.* 36, 1).

Haec omnia de Famulo Dei Antonio Vincentio Gallo perbelle dici possunt, quippe qui omnes vires impenderit et superimpenderit in decorem domus Dei, in salutem animarum, omnibus omnia factus, brevi licet vitae suae tempore.

In pago cui vulgare nomen Monteforte Irpino die 11 ianuarii mensis anno 1899 ex honestis religiosisque parentibus Antonio et Angela Piciocchi, septimus inter novem liberos natus, eadem die sacri baptismi fonte est renatus. Septennis ad sacram Synaxim primo accessit, quam crebro deinceps frequentare consueverat.

Cum decimum ageret aetatis annum, patre orbatus, in orphanotrophium sui oppidi est receptus. Quum vero religiosam vocationem persentiat, in scholam apostolicam Congregationis Sacerdotum a S. Corde loci v. Albino, prope Bergomum, ubi studia in gymnasio inchoavit, missus fuit.

Erga condiscipulos amabilem, erga superiores omnino submissum semper se praebuit. Anno 1916 sacro Chrismate est linitus. Ad absolvenda studia Bononiam missus fuit; bello autem flagrante ad arma vocatus, a mense maio 1918 ad mensem iunium anni subsequentis studia interrumpere coactus est. Miles, vitam spiritualem orationibus, piis lectionibus, frequenti Communione Eucharistica colere non desiit. Crebriores quoque epistolas superioribus suae Congregationis mittere consuevit ardens desiderium redeundi pandens.

Cum ab armis discessisset, mense octobri 1919 novitiatum iniit in domo v. Albisola, quem, in exercitum iterum ascitus, per aliquot menses interrumpere debuit.

Tandem die 29 ianuarii 1921 professionem religiosam emisit, Antonii nomine sumpto. Die autem 16 octobris 1924 vota perpetua nuncupavit.

Anno quarto cursus theologici in gravem morbum incidit, et, suadentibus superioribus, mense iulio 1927 in natale oppidum rediit, salutis recuperandae causa.

Ibidem vitam, qua aliis in exemplum praef ulgebat, duxit, orationibus et studiis unice intentus. Parochum in sacris functionibus et in catechi-

zandis pueris sedulo adiuvabat, et in seminario Abellinensi studia theologica exercebat.

Attento eius insanabili morbo, anno 1930 Superiores Congregationis ei suaserunt, ut ab Apostolica Sede dispensationem peteret a votis perpetuis, quam Dei Famulus saucio animo poposcit, obtinuitque. Mense martio eiusdem anni Episcopus Abellineñsis eum clero dioecesano adscripsit, et die 14 decembris subsequentis in paroeciali ecclesia natalis oppidi sacerdotem ordinavit.

In paterna domo brevi tempore se continuit, at desiderio ardebat ad sodales suae Congregationis redire : quo permotus Superiores humiliter sed instanter exoravit ut saltem qua hospes in aliquam domum reciperetur, sacerdotale ministerium pro viribus exercere paratus. Has preces excipiens, Superior generalis ut oblatum admisit, et adiutorem in paroecia Christi Regis de Urbe deputavit.

Ibidem Dei Famulus quattuor circiter annos mansit, magni a fratribus fidelibusque habitus propter sinceram humilitatem, prudentiam, modestiam et indefessum zelum apostolicum. Etsi diuturnis gravibusque morbi molestiis affectus, assiduus erat in sacristia, impiger in confessionibus excipiendis, in infirmis spirituali cura iuvandis, pueris instituendis et ad altaris ministerium formandis.

Membranae cerebri inflammatione affectus, die 2 maii anno 1934 animam efflavit, triginta quinque annos natus.

Intra fines paroeciae ab omnibus sincere aestimabatur et admiratione afficiebatur. Solemnis confirmatio huiusmodi generalis aestimationis in eius morte habita est, nam funera signum glorificationis illius virtutum fuere.

Haec sanctitatis fama ultro crevit in dies, ac de ea in tribunali ecclesiastico Vicariatus Urbis processus ordinarius informativus instructus est, rogatoriales vero in Curiis episcopalibus Harfortiensi, Bruklyniensi et Bonaerensi : omnes ad S. Rituum Congregationem transmissi.

Plures interim ad Apostolicam Sedem Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Moderatorum Generalium Ordinum et Congregationum religiosarum, sacerdotum ac virorum civili dignitate praestantium Servi Dei Causae introductionem deposcentium litterae pervenerunt.

Iuris praescriptis fideliter servatis, die 8 maii 1959 decretum prodiit super scriptis, ut inoffenso pede ad ulteriora procederetur.

Instante vero R. P. D. Augustino Grego, Antistite Urbano, Causae Postulatore, in Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria Particulari

die 22 februarii anni huius habita, infrascriptus Cardinalis eiusdem S. Congregationis Praefectus, Causaeque Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Emi ac .Revmi Patres Cardinales, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, votis quoque Praelatorum Officialium inspectis, re mature perpensa, rescripserunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Pacta demum de praefatis Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae VI per eundem Cardinalem fideli relatione, Sanctitas Sua propria manu *commissionem introductionis Causae Servi Dei Antonii Vincentii Gallo, sacerdotis saecularis, signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 14 martii 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. & S.

Ferdinandus Antonelli, Archiep. electus Idicren., *Secretarius*

V

LEIRIENSIS

Quo maiore liturgica solemnitate, non modo in dioecesi Leiriensi, sed et in toto catholico orbe, recoleretur quinquagesimus annus ex quo Beata Maria Virgo sub invocatione de Fatima peculiariter veneratur, Excmus ac Revmus Dominus Ioannes Pereira Venancio, Episcopus Leiriensis, a Sanctitate Sua humiliter imploravit, ut per totum anniversarium annum, qui die 13 mensis Maii a. 1967 inchoabitur, peculiares actiones liturgicae peragi possent.

Porro Ssmus Dominus noster Paulus Papa VI, referente infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Cardinali Praefecto, in Audientia diei 9 Februarii anni huius eidem concessa, benigne indulsit, ut :

I°) die 13 Maii a. 1967 (Vigilia Pentecostes), in Sanctuario B. M. V. apud « Cova da Iria » celebrari possit, tamquam votiva I cl., unica Missa de B. M. V. a Rosario de Fatima, Patrona principali dioec. Leiriensis.

2°) die 12 Maii a. 1967, in omnibus per terrarum orbem ecclesiis, litari valeat unica Missa de Immaculato Corde B. M. V. vel de B. M. V. a Rosario.

3°) toto durante anno anniversario, in Sanctuario B. **M.** V. de Fatima, sacerdotes peregrini celebrare valeant Missam de Immaculato Corde B. M. V., vel de B. M. V. a Rosario, tamquam votivam II ei. ; vel quoties Missa dicitur in favorem peregrinantium : servatis rubricis.

4°) ut, denique, in omnibus ecclesiis et sanctuariis catholici orbis B. Mariae Virgini de Fatima dedicatis, celebrari possit, singulis per anniversarium annum Sabbatis, Missa de Immaculato Corde B. M. V. vel de B. M. V. a Rosario, tamquam votiva II cl. : servatis rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 9 Februarii 1967.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L J S .

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

i

VATICANA

Nullitatis matrimonii (Isouard - Gonda)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Evae Gonda, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 13 aprilis 1967, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An cost et de nullitate matrimonii, in casu, ex simulationis consensus capite.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Evae Gonda, curare debent ut ipsa de hac citatione edictali rite moneatur. *

Ioannes Angelus Abbo, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 14 ianuarii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Eve Gonda, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 13 avril 1&67, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas, du chef de simulation du consentement?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Eve Gonda, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

MEDIOLANENSIS

Nullitatis matrimonii (Ferrarin - Marini)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Marii Marini, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma) in diem 26 aprilis 1967, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Marii Marini, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ovidius Bejan, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 18 ianuarii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Marius Marini, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 26 avril 1967, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Marius Marini, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, **17** gennaio **1967,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in Udienza privata Sua Eccellenza l'On. **H**AROLD **W**ILSON, Primo Ministro di Gran Bretagna, insieme a Sua Eccellenza T On. **G**EORGE **B**ROWN, Ministro degli Affari Esteri.

Giovedì, **19** gennaio **1967,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **H**UVEYDA **M**AYATEPEK, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Turchia.

Giovedì, **26** gennaio **1967,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricecuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **P**IERRE **D**EVES, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Sénégal.

Lunedì, **30** gennaio **1967,** ha avuto luogo l'incontro fra il Santo Padre Paolo **VI** e Sua Eccellenza il Signor **N**IKOLAI **V. P**ODGORNY, Presidente del Presidium del Soviet Supremo del**ru.R.s.s.**

Lunedì, **30** gennaio **1967,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **II Y**UNG **C**HUNG, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Corea.

Lunedì, **6** febbraio **1967,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in Solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **J**EAN-**B**APTISTE **F**RITZ, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Haiti.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

20	luglio	1966.	Monsig. Guiñan Guglielmo (New York).
»	»	»	Monsig. Mitty Edoardo (New York).
»	»	»	Monsig. O'Brien Giuseppe (New York).
4	agosto	»	Monsig. Mclnerney Owen Giovanni (Winnipeg).
27	»	»	Monsig. Desgagné Gerardo (Chicoutimi).
19	settembre	»	Monsig. Leacy Edoardo (Kingston).
22	»	»	Monsig. Gallant G. Edgard (Anchorage).
11	ottobre	»	Monsig. Bourke Daniele (Savannah).
7	novembre	»	Monsig. Bender Vilfrido (Dallas-Fort Worth).
»	»	»	Monsig. Gulczynski Giovanni (Dallas-Fort Worth).
12	»	»	Monsig. Steiner Giovanni (Sankt Pölten).
»	»		Monsig. Stöger Luigi (Sankt Pölten).
»	»	»	Monsig. Wimmer Ferdinando (Sankt Pölten).
19		»	Monsig. Raith Vincenzo (New York).
21	»	»	Monsig. Crespo Melendez Giuseppe di Gesù (Caracas).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità :

11	marzo	1964.	Monsig. Rauscher Giuseppe (Regensburg).
»	»	»	Monsig. Schindler Isidoro (Regensburg).
17	aprile	»	Monsig. Briechle Giuseppe (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Härder Bruno (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Lais Ermanno (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Satzger Alfonso (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Strobl Giovanni Evangelista (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Vili Bernardo (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Vogel Adalberto (Augsburg).
10	novembre	1965.	Monsig. Grespan Vito (London).
»	»	»	Monsig. Laverty Fergus (London).
15	»	»	Monsig. Barry Michele Giacomo (Pembroke).
»	» N	»	Monsig. Harrington Dionisio G. (Pembroke).
23	»	»	Monsig. Arias Ocampo Tullio E. (Pereira).
»	»	»	Monsig. Me Isaac Giacomo (Winnipeg).

4	gennaio	1966.	Monsig. Me Glinchey Daniele (Paisley).
14	»		Monsig. Gillen Enrico Francesco (Saint John, N. B.).
»	»	»	Monsig. Kinsella Arturo Guglielmo (Saint John, N. B.).
»	»	»	Monsig. Osborne Guglielmo Giovanni (Saint John, N. B.).
»	»	»	Monsig. Ward Giuseppe Bernardo (Saint John, N. B.).
1	febbraio	»	Monsig. Pengson Angelo (Malolos).
»	»	»	Monsig. Soriano Virgilio (Malolos).
24	»	»	Monsig. Molina Hiponia Beniamino (Dumaguete).
25	»	»	Monsig. Cholette Luciano (Sault Sainte Marie).
»		»	Monsig. McKee Conway Giovanni (Sault Sainte Marie).
»	»	»	Monsig. Pappin Bernardo (Sault Sainte Marie).
12	marzo	»	Monsig. Bouso Arias Gabriele (Mondoñedo-Ferrol).
22	»	»	Monsig. Marina Arranz Bartolomeo (Osma-Soria).
2	aprile	»	Monsig. Marchetta Benedetto (Agrigento).
17	»	»	Monsig. Nar Giovanni Nepomuceno (Augsburg).
4	maggio	»	Monsig. Da Costa Pietro (Coro).
16	»	»	Monsig. Mennecart Renato (Soissons).
5	giugno	»	Monsig. Saggese Raffaele (Caserta).
6	»	»	Monsig. Portier Vittorio (Nantes).
»		»	Monsig. Heylen Vittore (Malines-Bruxelles).
22	»		Monsig. Valente Rocco (Ascoli Satriano).
27		»	Monsig. D'Alitto Vincenzo (Salerno).
»		»	Monsig. Pizzuti Antonio (Salerno).
	»	»	Monsig. Toriello Giovanni (Salerno).
2	luglio	»	Monsig. Simoncini Vasco (San Miniato).
»	»	»	Monsig. Stacchini Pietro (San Miniato).
8	»	»	Monsig. Camisassa Marcello (Torino).
9	»	»	Monsig. Barrientos Alberto (Puno).
»	»	»	Monsig. Robles Riquelme Enrico L. (Puno).
11		»	Monsig. Lehner Giovanni Maria (Wien).
18	»	»	Monsig. Calamoneri Giovanni (Caltanissetta).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

11	marzo	1964.	Monsig. Baumer Francesco Saverio (Regensburg).
»	»	»	Monsig. Lermer Giovanni Evangelista (Regensburg).
»	»	»	Monsig. Nachtmann Giuseppe (Regensburg).
17	aprile	»	Monsig. Koiky Alfonso (Schneidemühl).
1	febbraio	1966.	Monsig. Aguinaldo Prudenzio (Malolos).
25	»	»	Monsig. Fortier Benedetto (Sault Sainte Marie).
25	aprile	»	Monsig. Wawrzyniak Pietro (Poznan).
6	maggio		Monsig. Marizy Ludovico (Osnabrück).
»	»	»	Monsig. Vollmer Paolo (Osnabrück).
13	»	»	Monsig. Barth Medardo (Strasbourg).
»	»		Monsig. Pfleger Carlo (Strasbourg).

13	giugno	1966.	Monsig. Mastino Giovanni (Bosa).
»	»	»	Monsig. Pes Giovanni (Bosa).
16	»	»	Monsig. Virgulin Stefano (Gorizia).
»	»	»	Monsig. Nigro Francesco (Noto).
»			Monsig. Loggia Oesare (Padova).
»	»	»	Monsig. Mogarotto Alfredo (Padova).
»		»	Monsig. Boraschi Pietro (Parma).
27	»	»	Monsig. Oastielli Raffaele (Salerno).
2	luglio	»	Monsig. Sgreccia Elio (Fossombrone).
»	»	»	Monsig. Tomassetti Vittorio (Osimo).
»	»	»	Monsig. Arzilli Vasco (San Miniato).
		»	Monsig. Cheti Aladino (San Miniato).
»	»	»	Monsig. Ciardi Angelo (San Miniato).
7	»	»	Monsig. Sintoni Nicola (Forlì).
13	»	»	Monsig. Grumelli Antonio (Chieti).
14	»	»	Monsig. Ezeanya Stefano (Enugu).
28		»	Monsig. Vrana Carlo (Hradec Králové).
»			Monsig. Iandoli Tommaso (Montevergine).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

17	aprile	1964.	Monsig. Fichtel Martino (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Hoser Giuseppe (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Hummel Guglielmo (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Köck Massimiliano (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Kreuzer Francesco Saverio (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Lang Francesco Saverio (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Selmeier Osvaldo (Augsburg).
)>	»	»	Monsig. Stoll Giovanni Battista (Augsburg).
16	giugno	»	Monsig. Schilcher Ambrogio (Augsburg).
1	febbraio	1966.	Monsig. Fleischhauer Paolo (Aachen).
16	giugno	»	Monsig. Kollars Vittore (Wien).
5	luglio	»	Monsig. Schnattinger Carlo (Wien).
»	»	»	Monsig. Tauzer Giovanni (Wien).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnati di conferire :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

11	luglio	1966.	Al sig. Neyens Alfonso (Luxembourg).
17	settembre	»	Al Princ, von Furstenberg Gioacchino (Freiburg im Breisgau).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18	luglio	1966.	Al sig. Attilio Maestri (Eoma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9	novembre	1965.	Al sig. Pagnucco Ludovico Alcuino (New York).
2	luglio	1966.	Al sig. Lacaille Enrico (Paris).
8	»	.»	Al sig. Grant Luigi Stanislao (Baker).
11	»	»	Al sig. Glaser Francesco (Basel).
14	»	»	Al sig. Biffi Pietro (Bologna).
»	»	»	Al sig. Toffoletto Ettore (Bologna).
28	»	»	Al sig. Balbi Ettore (Torino).
21	settembre	»	Al sig. Ercoli Costantino (Lodi).
»	»	»	Al sig. Moretti Aldo (Lodi).
29			Al sig. Mavromichalis Leonida *(Grecia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse civile :

8	ottobre	1965.	Al sig. Kiernan Cristoforo (New York).
11	dicembre	»	Al sig. Borst Leonardo Giovanni (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Hooghiemstra Francesco (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Lucassen Giovanni T. F. M. (Haarlem).
21	»	»	Al sig. Allagoa Vittore (Port Harcourt).
	»	»	Al sig. Efiong Ekpo Silvestro (Port Harcourt).
»	»	»	Al sig. Henshaw Giacomo (Port Harcourt).
»	»	»	Al sig. Oneador Alessandro (Port Harcourt).
25	marzo	1966.	Al sig. Griftin Giovanni (Hartford).
»	»	»	Al sig. Lamboley Harold (Hartford).
			Al sig. Lunz Geraldo (Hartford).
»	»	»	Al sig. Sullivan D. Francesco (Hartford).
14	aprile		Al sig. Meyer Pietro G. M. (Rotterdam).
»	»		Al sig. Kortmann Pietro G. (Rotterdam).
»	»		Al sig. Van Kempen Marino Pietro (>s-Hertogenbosch)
13	giugno	»	Al sig. Barry Edoardo (Nashville).
»			Al sig. Driscoll Bernardo (Nashville).
»		»	Al sig. Schoen Kenneth (Nashville).
»			Al sig. Stagmaier Uberto (Nashville).
22	»	»	Al sig. van Thiel Michele I. P. (Utrecht).
2	luglio	»	Al sig. Wathelet Augusto (Namur).
11			Al sig. Colbach Nicola (Luxembourg):
»	»	»	Al sig. Schmitt Giorgio (Luxembourg).
»	»	»	Al sig. Biesanz Carlo (Winona).
»	»	»	Al sig. Kryzsko Silvestro (Winona).
»	»	»	Al sig. Landman Lodovico (Winona).
»	»	»	Al sig. Walter Carlo (Winona).

21 luglio 1966. Al sig. Lesousky Alfonso Giuseppe (Louisville).
» » » Al sig. Daujat Giovanni (Paris).
» » » Al sig. Scarf Reuben Francesco (Sydney).
6 agosto » Al sig. MacDonald Edoardo (Southwark).
13 » » Al sig. Vijgen Francesco Werner (Rotterdam).
21 settembre » Al sig. Dissennati Ubaldo (Roma).
» » Al sig. Rispoli Gerardo (Roma).
» Al sig. Saccone Ignazio (Roma).
». » » Al sig. Timmi Fausto (Roma).
23 » Al sig. Ladina Attilio (Cremona).

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare

2 luglio 1966. Al sig. Thomas Leone Giov. Battista (Paris).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 agosto 1966. Al sig. Jager Ulrich *(Germania).*
» » Al sig. Mahrenholz Ernesto Goffredo *(Germania).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 agosto 1966. Al sig. Mollari Guglielmo (Roma).
» » » Al sig. Quadrani Raffaele *(Città del Vaticano).*

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa :

14 aprile 1966. Al sig. Regout Ludovico F. H. (Roermond).
7 luglio » Al sig. Mutinelli Carlo (Udine).
8 » » Al sig. Karasu Alberto *(Turchia).*
» » » Al sig. Kyriakopulos Costantino *(Turchia).*
11 » » Al sig. Bomba Domenico (Lanciano).
» » » Al sig. Dedeyan Carlo *(Francia).*
» » Al sig. Dedeyan Cristiano *(Francia).*
14 » Al sig. Gorini Pietro (Rimini).
» » » Al sig. Peroni Giuseppe (Roma).
28 Al sig. Lacan Ruggero (Paris).
» » Al sig. Ranaldi Amedeo (Senigallia).
6 agosto » Al sig. Relandini Giovanni (Roma).
9 » » Al sig. Belletti Gino (Roma).
10 Al sig. Galletti Francesco (Perugia).
13 » Al sig. Bachg Francesco Giovanni E. (Rotterdam),
25 » Al sig. Hauer Rodolfo *(Germania).*
» » Al sig. Müller Gerd *(Germania).*
» » » Al sig. Weyher Herbert *(Germania).*
15 settembre » Al sig. Schneider Alfredo (Paderborn).
23 » » Al sig. Martinelli Igino (Como).
27 » » Al sig. Musso Luigi (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

18	gennaio	1964.	Al sig. De Wolf Vittorio (München und Freising).
7	luglio	1965.	Al sig. Emmrich Giuseppe (Münster).
31	agosto	»	Al sig. Claas Francesco (Münster).
20	ottobre	»	Al sig. Wester Engelberto (Köln).
4	novembre	»	Al sig. Remmers Giovanni B. ('s-Hertogenbosch).
12	»	»	Al sig. Broos Marino (Breda).
15	»	»	Al sig. Elsen Agostino (Regensburg).
»	»	»	Al sig. Habbel Giuseppe (Regensburg).
26	»	»	Al sig. De Landtsheer Edoardo (Malines-Bruxelles).
9	dicembre	»	Al sig. Janssen Pietro Enrico G. M. ('s-Hertogenbosch)
15	dicembre	»	Al sig. Langle Michele (Innsbruck-Feldkirch).
21	»	»	Al sig. Castillo Beltranena Mariano Arturo (Guatemala)
1	febbraio	1966.	Al sig. Gray Riccardo (Westminster).
»	»	»	Al sig. Kilner Pietro (Westminster).
4	»	»	Al sig. Schillebeckx Costantino G. M. (Malines-Bruxelles)
12	»	»	Al sig. Calderón Pérez-Cavada Vincenzo (Madrid).
24		»	Al sig. Perdice Mariano (Dumaguete).
»	»	»	Al sig. de La Victoria Rocamora Eliseo (Dumaguete).
14	aprile	»	Al sig. Schoonenbeek Enrico Teodoro ('s-Hertogenbosch)
»	»	»	Al sig. Weitjens Giovanni F. M. ('s-Hertogenbosch).
9	»	»	Al sig. Buskens Alberto (Malines-Bruxelles).
26	maggio	»	Al sig. Biby Fouad *(Libano).*
30	»	»	Al sig. Veroi Guido (Roma).
6	giugno	»	Al sig. Regner Giovanni (Graz-Seckau).
13	»	»	Al sig. Tenholter Enrico G. L. (Utrecht).
16	»	»	Al sig. Ferroni Pietro (Senigallia).
22	»	»	Al sig. Masucci Ernesto (Ascoli Satriano).
»	»	»	Al sig. Ruys Giovanni Pietro M. (Utrecht).
2	luglio	»	Al sig. Franco Giuseppe (Roma).
»	»	»	Al sig. Natalucci Luigi (Roma).
7	»	»	Al sig. Del Negro Angelo (Udine).
11	»	»	Al sig. Turri Lombardo (Como).
»	»	»	Al sig. Mathias Guglielmo (Luxembourg).
»	»	»	Al sig. Ney Pietro (Luxembourg).
14		»	Al sig. Öndernam Antonio Ethem (Istanbul).
»	»	»	Al sig. Secondi Ferruccio (Lodi).
18		»	Al sig. Mollai du Jourdin Giovanni (Nantes).
»	))	»	Al sig. Boranoli Roberto (Pienza).
27		»	Al sig. Roger Paolo (Tournai).
28		»	Al sig. De Martini Alfredo Pierino (Alessandria).
13	agosto	»	Al sig. de Bree Carlo F. (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Nieuwesteeg Giovanni Cornelio (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Remmen Gerardo P. W. M. (Rotterdam).

13	agosto	1966.	Al sig. Van Bree Giovanni Giacomo (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Van Erp Luigi M. G. (Rotterdam).
21	settembre	»	Al sig. Sciò Torquato (Palestrina).
»	»	»	Al sig. Fine Francesco (Roma).

NECROLOGIO

16	gennaio	1967.	Monsig. Lehman John David Hubaldus, Vescovo tit. di Sertei.
24	»	»	Monsig. Nousseir Paul, Arcivescovo-Vescovo di Minya per i Copti.
25	»		Monsig. Soares de Resende Sebastiào, Vescovo di Beira.
27	»		Monsig. Imberti Francesco, Arcivescovo tit. di Vulturia.
29	»		Monsig. Klepacz Michal, Vescovo di Lódz.
30	»		Monsig. Figueroa Villón Daniel, Vescovo di Chiclayo.
6	febbraio		Monsig. Tomaka Wojciech, Vescovo tit. di Elenopoli di Bitinia, Ausiliare di Przemyál dei Latini.
		»	Monsig. Heerey Charles, Arcivescovo di Onitsha.
		»	Monsig, da Veiga Coutinho Fortunato, Vescovo di Belgaum.
		»	L'Emo Signor Card. Copello Giacomo Luigi, del Titolo di San Lorenzo in Damaso, Cancelliere di Santa Romana Chiesa.
25		»	Monsig De Angelis Amleto, Vescovo di Viana.
»		»	Monsig Carrol Francis Patrick, Vescovo tit. di Orrea.

An. et vol. LIX 31 Martii 1967 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città dei Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Episcopos universos pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: saeculo XIX expleto postquam Sancti Apostoli Petrus et Paulus martyrium Romae fecerunt.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

PETRUM ET PAULUM APOSTOLOS siquidem iure merito christifideles veluti primarias columnas habent non modo sanctae huius Romanae Sedis, sed totius etiam Ecclesiae Dei vivi per terrarum orbem disseminatae, rem idcirco cum Apostolico munere Nostro consentaneam Nos suscipere censemus, magnopere vos omnes, Venerabiles Fratres, adhortantes, ut, animis Nobiscum coniunctis, in dicione cuiusque vestra, memoriam undevicies saecularem pie celebrari curetis martyrii Romae ab ipsis fortiter facti : hoc est a Petro, quem Christus Dominus sive Ecclesiae suae quasi fundamentum sive almae huius Urbis Episcopum delegit, atque a Paulo, *doctore* nempe *Gentium,*[1] eodemque primae christianae consortionis hic conditae magistro et amico.

Quo anno gloriosissimi huius eventus memoria reapse agenda sit, per ea quae supersunt historica monumenta definite statuere nobis non licet. Pro certo autem habemus Petrum et Paulum Romae martyrium fecisse inter Neronianam christianorum insectationem, quae ab anno sexagesimo quarto ad sexagesimum octavum saeviit. Quorum Aposto-

[1] Cfr. *1 Tim. 2,1.*

lorum martyrium commemorat sanctus Clemens, eiusdem Petri in regimen Romanae Ecclesiae Successor, qui ad Corinthios scribens iis *generosa exempla* duorum *Athletarum* hisce verbis proponit : *Propter zelum et invidiam, qui maximae et iustissimae columnae erant, persecutionem passi sunt et certaverunt usque ad mortem.*[2]

Hos vero Apostolos quasi corona Gomitata est christianorum *multitudo ingens,*[3] qui veluti primitiae martyrum Ecclesiae Romanae putandi sunt; quemadmodum apud eundem Clementem scriptum legimus: *Viris istis sancte vitam instituentibus, magna electorum multitudo aggregata est, qui suppliciis multis et tormentis, propter zelum passi, exemplar optimum inter nos exstiterunt.*[4]

Quod ad Nos, anni definitam designationem, quo duorum Apostolorum martyrium factum sit, ad eruditorum disputationes reicientes, saecularibus celebrationibus, ad quas vos vocamus, hunc, qui volvitur, annum statuimus, hac de re exemplum secuti Decessoris Nostri ven. rec. Pii IX, qui anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo martyrium Sancti Petri summis caerimoniis commemorari iussit.

Quoniamque primigena Romae christiana communitas martyrium Petri et Pauli coniunctim celebravit, posteaque Ecclesia utriusque Apostoli anniversarium festum die vicesimo nono mensis Iunii simul agitavit, constituimus propterea, ut in saecularibus hisce ritibus memoria Principum Apostolorum martyrii uno tempore replicetur.

Nos vero ipsos par esse curare, ut saecularis, de qua loquimur, recordatio sollemniter agatur, quovis gentium inducta consuetudo demonstrat laudandi vel homines vel eventus, qui aliquod sui vestigium anteactis aetatibus reliquerint, quique, si hinc tempora species, in quibus vel vixerunt vel acciderunt, hinc eorum monumenta, quae supersunt, nos quasi ad vivum recogitantes aperte rerum humanarum pretium non incassum doceant : quod fortasse magis posteris, ipsum nunc meditantibus, apparet, quam aequalibus, qui tunc temporis neque semper neque omnino ipsum aestimaverint. Dum enim hodie *sensu historiae* imbuti, quem vocant, facilius animum in praeteritum tempus remittimus, interim sacrarum traditionum cultus, quo maxime catholicorum pietas constat, memoriam refricat, animum accendit, nova ingerit proposita; ex quo videlicet fit, ut dies quidam festus anniversarius in laetum pluraque sollemne transeat, studium in animis antiquorum illustriumque

[2] *1 Epistula ad Corinthios,* V, 1-2, ed. Funk I, p. 105.

[3] Cfr. Tacitus, *Annales,* XV, 44.

[4] Ibid., VI, 1, p. 107.

facinorum commoveat, hominum denique mentes iubeat in transactum in futurumque aevum prospicere, tamquam si utrumque arcano quodam consilio in unum cogat, extremumque ei in aeterna sanctorum communione finem praestituat. Iamvero huiusmodi quasi quendam animorum sensum in iis quodammodo necessitate excitari opinamur, qui summorum Apostolorum Petri et Pauli memoriam sint usurpaturi; qui quidem, si pro Christo sanguine profuso humanam modalitatem expleverunt, eiusdem Christi immortalitatis quasi perpetuum sacramentum, Ecclesiam hominibus usque ad ultima tempora reliquerunt, sibi parta *hereditate incorruptam, et incontaminata et immarcescibili, conservata in caelis.*[5]

Atque eo libentius una vobiscum, Venerabiles Fratres et Filii dilectissimi, anniversariam hanc celebrationem agimus, quod beati Apostoli Petrus et Paulus non solum Nostri sunt, sed etiam vestri, cum totius Ecclesiae iidem gloria sint. Hinc namque ad eos praeconium pertinet, quod in altera Epistula ad Corinthios legimus : *Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi;*[6] hinc ab ipsis ad universam Ecclesiam haec verba dirir guntur : gloria vestra sumus, et vos nostra.[7] Quodsi tragicum sacrum - que Romae solum eorum sanguinem excepit, et, quasi quaedam eximia tropea, eorum sepulcra servavit, atque Urbi mirabilis ea sors quasi propria contigit, ut singulare eorum munus et susciperet et continuaret, in promptu tamen habeatur oportet, munus hoc non unam loci Ecclesiam spectare, sed Ecclesiam universalem, cum in eo praecipue munus idem situm sit, ut Ecclesia, quae Romae est, simul veluti centri Ecclesiae universalis obtineat vicem, simul eiusdem fines aspectabiles et mysticos ad ipsius universitatis fines proroget. Scilicet unitas et — ut vulgato verbo utamur — catholicitas, quae per Sanctos Apostolos Petrum et Paulum in Ecclesia Romana, si historiam et locum respicimus, praecipuam suam sedem habent, non solum notae propriae et insignes sunt totius verae magnaeque Familiae Christi, sed etiam dona totius Populi Dei communia, pro quo viva fidelisque Romana traditio eadem servat, tuetur, dispertitur, auget.

Quam ob rem Nostra haec adhortatio, praeterquam ad Nostram dilectam dioecesim Romanam, cuius beati Apostoli caelestes Patroni sunt, etiam ad vos omnes pertinet, qui Apostolorum Successores, et Pastores Ecclesiae universalis estis, utpote Nobiscum illud episcopale

[8] Cfr. *1 Petr.* 1, 4.

[6] *2 Cor. 8,* 23.

[7] Cfr. *2 Cor. 1,* 14.

Collegium efficientes, quod recens Concilium Oecumenicum, tantam ostendens doctrinae copiam, tantaque praesagiens Ecclesiae incrementa, illustravit. Adhortatio Nostra ad vos quoque, fideles sacrique Ecclesiae administri, pertinet. Immo vero vocem hanc Nostram ad ipsos pervenire velimus Fratres, qui, quamvis nondum sint Nobiscum perfecta fidei communione coniuncti, christiano tamen nomine exornantur, quosque duorum Apostolorum memoriam et spiritum colere laetantes non ignoramus. Quo loco peculiari quodam cum animi Nostri gaudio meminisse cupimus, venerandas Orientis Ecclesias pariter in suis liturgiis, quas vocant, sollemnibus ritibus duos *Apostolorum Goryphaeos* celebrare, pariter ipsorum in christiana multitudine cultum retinere vivum. Animadvertere etiam cordi est, apud disiunctas ab hac Apostolica Sede Ecclesias vel Ecclesiasticas Communitates Occidentis apostolicitatis, ut aiunt, notionem vigere, quam ut anniversaria haec celebratio perfectiorem et actuosiorem faciat sane velimus ; quamque praeclaris illis verbis S. Paulus declaravit: *superaedificati super fundamentum Apostolorum.*[8]

Attamen quorsum Nostra haec invitatio reapse spectat? Quomodo anniversarium hunc eventum una simul agemus? Pro sua consuetudine, Apostolica haec Sedes, cum praecipuam quandam celebrationem et sollemnem reddere et ad omnes Ecclesiae fines proferre animo proponit, simul spirituale aliquod bonum largitur : quod Nosmetipsi facere nequaquam recusamus. Sed nunc Nobis aliquid potius petere quam concedere placet. Placet porro modesti aliquid, sed magni petere : vos videlicet singulos omnes, Fratres et Filii Nostri, rogare placet, ut Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, qui verbis et sanguine Christi fidem testati sunt, ita memoriam agatis, ut eandem fidem vere et sincere profiteamini, quam ab ipsis condita et illustrata Ecclesia religiose accepit et cum auctoritate exposuit. Haec autem fidei professio, quam, testibus beatis Apostolis, Deo deferimus, omnino sit oportet singularis et publica, libera et conscia, interior et exterior, humilis et prompta. Velimus praeterea huiusmodi fidei professionem ab imo cuiusvis hominis corde proficisci, eandemque unam et amore plenam in universa Ecclesia resultare.

Quodnam enim recordationis, honoris, coniunctionis iucundius officium Petro et Paulo praestemus, quam declarationem fidei, quam ab ipsis quasi hereditate accepimus?

[8] *Eph.* 2, 20.

Probe nostis, ipsnm caelestem Patrem Petro revelasse, quis esset Iesus, ipsum nempe esse Christum, Filium Dei vivi, Magistrum et Servatorem, a quo in nos gratia et veritas,[9] nostra salus ac nostrae fidei quasi animus proficiscuntur; notum habetis, super Petri fidem Ecclesiam sanctam aedificatam esse ;[10] scitis, post sermonem a Christo in urbe Capharnao habitum, cum multi Iesum derelinquerent, Petrum, Apostolici Collegii nomine, fidem in Christum Dei Filium professum esse ;[11] nostis Christum ipsum precatione sua spopondisse fore ut Petri fides numquam deficeret, eique, licet humanis infirmitatibus obnoxio, munus commisisse fratrum suorum fidem confirmandi ;[12] nostis denique, viventem Ecclesiam a fidei professione, ,quam Petrus fecit Pentecostes die, quo Spiritus Sanctus in Apostolos illapsus est, exordium cepisse.[13]

Estne igitur tam utile nobis beneficium, quod a Petro postulemus, vel tam dignum obsequium, quod Petro praestemus, quam fides, a qua nostra spiritualis vita procedit, ac propositum, quod ipse iubet, nos exhibendi *fortes in fidei* [14]

Ac pariter tenetis, quam strenuus fidei assertor S. Paulus exstiterit; siquidem ipsi Ecclesia debet sive praecipuum illud catholicae doctrinae caput, quo fides statuitur principium iustificationis nostrae, hoc est nostrae salutis nostrique supernaturalis commercii cum Deo, sive altiorem theologicam christiani mysterii intellegentiam, sive primam actus fidei explanationem, sive denique declarationem necessitudinum, quae inter fidem unam ac certam intercedunt atque stabilem firmitatem Ecclesiae aspectabilis, communitariae — uti aiunt — et hierarchicae. Cur igitur illum non invocemus perpetuum fidei magistrum ; cur ab ipso non petamus magnum illud exoptatumque bonum, ut christiani omnes pristinam redintegrent unam fidem, unam spem, unam caritatem unius Corporis Mystici Cristi ;[15] cur denique apud huius Apostoli et martyris sepulcrum pignus obsequii nostri non deponamus, hoc est propositum fortitudine apostolica missionalique studio profitendi illam fidem, quam ipse verbis, scriptis, exemplo, suoque profuso sanguine Ecclesiam ac mundum docuit iisque transmisit?

Quare spes Nobis affulget, fore ut saecularia sollemnia martyrii

[9] Cfr. *Io.* 1, 14.
[10] Cfr. *Matth.* 16, 16-19.
[11] Cfr. *Io.* 6, 68-69.
[12] Cfr. *Luc.* 22, 32.
[13] Cfr. *Act.* 2, 32-40.
[14] *1 Petr.* 5, 9.
[15] Cfr. *Eph.* 4, 4-16.

Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Ecclesiam universam ad permagnam christianae fidei professionem renovandam permoveant. Ac placet Nobis in huiusmodi faustitate opportunam agnoscere occasionem, ex divinae Providentiae consilio, oblatam Populo Dei ad plenam et rectam adipiscendam conscientiam fidei suae, ad eandemque excitandam, renovandam, confirmandam, profitendam. Ignorare minime possumus, nostra tempora id ipsum vehementer postulare. Nam, ut vos compertum habetis, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, praesens huius mundi cursus, qui in subicienda sibi rerum natura ad nova prorsus admiranda inventa progreditur auctaque conscientia sui tantopere gloriatur, eiusmodi est, ut ad oblivionem et infitiationem Dei facile ducat. Hinc mala illa, quae rationis humanae, morum ac rei socialis provinciam perturbant, quaeque necessario imminutum religionis sensum consequuntur; hinc etiam persuasio animos pervadit, quasi fati necessitate fieri, ut homines pravis cupiditatibus et ineluctabilibus angoribus agitentur; unde Deus abest, ibi quoque deest rerum suprema ratio, deest lux prima humani intellectus, deest inconcussa regula morum, qua recte composita hominum consortio carere non potest.[16]

Dum autem apud nostrae aetatis homines religionis sensus minuitur, quo fides veluti suo naturali fundamento innititur, opinationes novae ad exegesim vel ad theologiam attinentes, saepe sumptae a philosophicis doctrinis audacibus quidem sed ineptis, huc illuc in catholicae doctrinae campum irrepunt. Quibus opinionibus non solum in dubium vocatur vel depravatur germana veritatum significatio, quas Ecclesia cum auctoritate docuit, sed, ficta causa religionem ad nostrorum temporum ingenium accommodandi, magisterii ecclesiastici norma neglegitur, investigationis theologicae studia ad placita *historicismi*, quem vocant, prorsus conformantur, audetur Sacrarum Scripturarum testimonio indolem sacram et historiae fidem denegare, et vel eo contenditur, ut apud Populum Dei ille mentis habitus inducatur, quem *post-conciliarem* appellant; talis scilicet mentis habitus, qui, firma cohaerentia posthabita, qua affluens et praeclara copia doctrinae legumque Concilii Oecumenici cum sacro patrimonio magisterii et disciplinae Ecclesiae componitur, eo spectat, ut translaticium fidelitatis studium erga Ecclesiam pessumdetur atque inanis propagetur spes christianam religionem nova interpretatione donandi, quae tamen nonnisi temeraria ac sterilis esse posset. Quid superesset de nostrae fidei veritatibus aut de theologali virtute, qua

[16] Cfr. S. Aug., *De civ. Dei, 8, i: PL* 41, 228-229; *Contra Faustum,* 20, 7: *PL* 43, 372.

easdem credimus, si huiusmodi conatus, auctoritati magisterii ecclesiastici subducti, aliquando praevalerent?

Iamvero ad confirmandam fidem nostram recto sensu expressam, ad studium excitandum doctrinarum quae nuper a Concilio Oecumenico propositae sunt, ad catholicorum nisus sustinendos, qui novas rationes exponendi veritates fidei inquirunt, sed cum deposito doctrinae Ecclesiae plane consentientes *eodem sensu eademque sententia;* [17] ad haec omnia assequenda, dicimus, nunc, certo transacto temporis spatio, feliciter adveniunt saecularia huiusmodi Apostolorum sollemnia. Quae quidem omnibus Ecclesiae sanctae filiis eam geminam opportunitatem praebent : ut in primis Iesu Christo, Dei Filio, Mediatori et fidei nostrae Consummatori, verbis illis respondeant humilitatis et magnitudinis plenis : *ego credo,* scilicet eius Verbo, eius Personae eiusque salutis nuntio plenum praestent intellectus et voluntatis assensum ; [18] ut praeterea summos illos Christi testes, Petrum et Paulum, debito prosequantur honore, renovantes nempe christianum propositum nostram ipsorumque fidem sincere et actuose profitendi, atque etiam precatione et opera allaborantes, ut inter christianos universos eiusdem fidei unitas redintegretur.

In animo non habemus aliud indicere Iubilaeum, cum proxime ad finem venerit Iubilaeum extraordinarium, quod post conclusum Concilium Oecumenicum Vaticanum secundum statuimus; attamen paterno animo vos omnes hortamur, Venerabiles Fratres in Episcopatu, ut Symbolum fidei verbis explanetis, peculiaribus sacris officiis honestetis, ac praesertim rite et saepe una cum vestris sacerdotibus et christifidelibus pronuntietis, hac vel illa adhibita formula, quae in catholicae Ecclesiae precibus in usu est.

Periucundum scitu Nobis erit, Symbolum fidei in honorem beatorum Apostolorum Petri et Pauli, in unoquoque templo cathedrali recitatum esse, praesentibus, una cum Episcopo, Presbyteris, sacrorum Seminariorum alumnis, Laicis catholicis pro Christi regno militantibus, Religiosis viris et sacris virginibus atque quam frequentissimo christifidelium coetu. Idem facere curent singulae universae Paroeciae, quod attinet ad suam communitatem, atque quaevis religiosa domus. Itemque suademus, ut huiusmodi christianae fidei professio statuto definitoque

[17] Cfr. Vinc. Lerin., *Commonitorium 1,* 23: *PL* 50, 668; *D.S.* 3020.

[18] Cfr. *Hebr.* 12, 2; Conc. Vat. I, Const. Dogm. de fide catholica, c. 3 : *D.S.* 3008, 3020; Conc. Vat. II, Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* 5: *A. A. 8.* 57 (1965) p. 7; Const. Dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum,* 5, 8: *A. A. 8.* 58 (1966) pp. 819, 821.

die pronuntietur in unaquaque domo, ubi Christiana versetur familia, in catholicarum consociationum sedibus, in scholis atque in valetudinariis catholicis, in omnibus locis sacris ritibus destinatis, in omnibus denique aedibus et conventibus, in quibus vox fidei significare et confirmare possit sinceram animi assensionem christianae vitae generi, ad quod omnes vocati sumus.

Singulari autem adhortatione Sacrarum Scripturarum interpretes atque sacrae Theologiae peritos compellamus, ut Ecclesiae magisterio adiutricem dare velint operam, ad veram fidem a quovis errore tuendam, ad eius haud explorata arcana penitus perscrutanda, ad eius notiones recte explanandas, atque ad rectas exponendas rationes, quibus ea investigetur atque divulgetur. Quod idem sacris concionatoribus, christianae religionis praeceptoribus et catechesis institutoribus dicimus.

Hic igitur saecularis annus, quo SS. Petri et Pauli memoria recoletur, veluti *annus fidei* existimandus erit. Cum vero cupiamus, ut huius anni celebratio quantum potest ubique uno tempore agatur, Nosmetipsi eidem initium faciemus die vicesimo nono proximi mensis Iunii, iisdem Apostolis sacro, atque usque ad eundem insequentis anni diem saecularem hanc memoriam peculiaribus officiis atque caerimoniis distinguemus, eo nempe spectantes, ut christifideles, hisce incitamentis infiammati, seipsos intus perficiant, atque fidem altius scrutentur, religiose profiteantur, operibus testentur, sine qua *impossibile est placere Deo,*[19] per quam fore confidimus ut promissam nobis salutem assequamur.[20]

Hunc autem nuntium, spiritualis exspectationis atque spei plenum, dum vobis, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, mittimus, minime dubitantes, quin omnes Nobiscum religiosissimis animis consentiatis, nomine atque potestate beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quorum in sepulcris consistit ac floret haec Romana Ecclesia, heres, alumna atque custos unitatis et catholicitatis, quas iidem in ea veluti in domicilio et in fonte posuerunt, ex imo pectore vobis salutem dicimus atque Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxn mensis Februarii, in festo Cathedrae S. Petri Apostoli, anno **MDCCCCLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

[19] *Hebr.* 11, 6.
[20] Cfr. *Marc.* 16, 16; *Eph.* 2, 8; etc.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

OCEANIAE MERIDIONALIS

In Insulis Oceaniae Meridionalis sacra Hierarchia constituitur

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Prophetarum voces, qui pronuntiaverunt fore ut regnum Dei, quod est Ecclesia, tam late fines proferret, ut mundum universum impleret (cfr. *Dan.*, 2, 44), iam omnino evenisse sive id ostendit, quod vera Dei religio Christique nomen apud omnes fere populos et gentes summam habeant venerationem, sive quod cotidie, in fermenti similitudinem, quod populorum massam insita virtute pervadit, felicissime progressus faciunt. Quod cum laeto exitu etiam in Insulis Oceaniae Meridionalis factum esset, tum nempe adorando Spiritu urgente populos, tum Missionariis laborem ac studium impendentibus, visum est rem fieri maxime cum Ecclesiae bono congruentem, si ibi loci episcopalis Hierarchia constitueretur. Qua re, ante explorato quid de hoc negotio iudicarent venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi, quaeve sententia esset venerabilis Fratris Dominici Enrici, Archiepiscopi titulo Ancusensis inque Australia, Nova Zelandia et Oceania Apostolici Delegati, auctoritate Nostra haec statuimus. In Insulis Oceaniae Meridionalis ita *sacram Hierarchiam* condimus, ut tres provinciae exstent ecclesiasticae atque duae dioeceses, ut statim describuntur. Prima provincia ecclesiastica erit *Numeana,* quae constabit: metropolitana Ecclesia Numeana (antea Vicariatu Apostolico Novae Caledoniae), cuius cathedrale templum erit S. Iosepho, Sponso Beatae Mariae Virginis, dicatum ; item suffraganeis dioecesibus Portus Vilensis (antea Vicariatu Apostolico Insularum Novarum Ebridarum), cuius cathedrale tempìum erit sacratissimo Cordi Iesu dicatum; Uallisiensi et Futunensi (antea Vicariatu Apostolico Insularum Vallis et Futuna), cuius cathedrale templum erit quod in Insula vulgo Wallis Dominae Nostrae Reginae Pacis dicatum est ; quod autem in Insula vulgo Futuna S. Iosepho, Sponso B. M. V., consecratum est, id conca-

thedrale erit. Altera provincia ecclesiastica *Suvana* erit, constabitque eadem metropolitana Ecclesia Suvana (antea Vicariatu Apostolico Insularum Fidgis), cuius cathedrale templum sacratissimo Cordi Iesu dicatum erit; simulque suffraganeis dioecesibus: Apiana, quae fuit antea Vicariatus Apostolicus Insularum Samoa et Tokelau, cuiusque templum cathedrale sacrum erit Beatae Mariae Virgini nulla labe conceptae; Tarauana, quae fuit hactenus Vicariatus Apostolicus Insularum Gilbertinarum, cuiusque cathedrale templum erit sacratissimo Cordi Iesu consecratum. Tertia provincia ecclesiastica *Papeetensis* cognominabitur, atque coalescet sequentibus Ecclesiis: metropolitana ipsa Papeetensi, antehac Vicariatu Apostolico Insularum Tahiti, cuius sacra cathedralis aedes Beatae Mariae Virgini Immaculatae dicabitur, atque dioecesi Taiohaèna, adhuc Vicariatu Apostolico Insularum Marchesi, cuius templum cathedrale ad praesens beato Iosepho, Sponso B. M. V. dicabitur, in posterum, cum scilicet aptius erit, Dominae Nostrae Custodi, seu ut dicunt, de Guardia. Praeterea has duas dioeceses condimus: Rarotonganam, ex eo qui fuit Vicariatus Apostolicus Insularum de Cook; erit autem suffraganea metropolitanae Sedi Vellingtonensi et templum cathedrale habebit S. Iosepho, Sponso B. M. V. consecratum; atque Tonganam, quae fuit hactenus Apostolicus Vicariatus Insularum Tonga et Mue. Huius cathedrale templum erit Immaculatae Conceptioni B. M. V. sacrum, atque dioecesis recto Sanctae Sedi subicietur.

Censemus insuper ut circumscriptiones hae omnes Sacrae Congregationis Propagandae Fidei iuris dictioni obnoxiae maneant, atque earum Praesules, seu qui adhuc Vicariatibus Apostolicis praefuerunt, conditis dioecesibus praeponantur, titularibus Sedibus liberati. Ac proinde, ut venerabilis Frater Petrus Martin ab Ecclesia titulo Selinusiensi ad cathedralem Sedem metropolitanam Numeanam transferatur; venerabilis Frater Ludovieus Julliard ab Ecclesia titulo Vulturiensi, ad Portus Vilensis; ven. Frater Michael Darmancier ab Ecclesia Auguritensi, ad Uallisiensem et Futunensem. In provincia ecclesiastica Suvana, ut venerabilis Frater Victor Foley ab Ecclesia titulo Petinessensi transferatur ad Sedem metropolitanam Suvanam; venerabilis Frater Georgius Pearce ab Ecclesia titulo Attalensi in Pamphylia, ad Apianam; venerabilis Frater Petrus Guichet ab Ecclesia titulo Stectorena, ad Tarauanam. In provincia denique Papeetensi, ut venerabilis Frater Paulus Mazé ab Ecclesia titulo Ascalonitana, ad metropolitanam Sedem Papeetensem transferatur; venerabilis Frater Ludovieus Tirilly ab Ecclesia titulo Buthrotia, ad Taiohaënam. Praeterea, venerabilem Fratrem Hen-

ricum de Cocq a Sede titulo Aquensi in Byzacena ad cathedralem Ecclesiam Rarotonganam transferimus ; venerabilem vero Fratrem Ioannem Rodgers a Sede titulo Sbidensi ad cathedralem Ecclesiam Tonganam. Sed haec hactenus. Antequam autem his Litteris Nostris finem imponamus, monemus esse quidem omnes sacros Antistites, qui ad cathedrales Sedes translati sunt, ab iteranda fidei professione exemptos; teneri vero singulos ad ius iurandum fidelitatis erga Nos dandum teste aliquo Episcopo qui sit Nobiscum sincera caritate coniunctus. Statuimus etiam ut hae Litterae Nostrae singulorum Praesulum cura in cathedralibus templis perlegantur, tum clero tum populo, diem festum de praecepto celebrantibus, post eas acceptas. Ceterum has Litteras Nostras ad exitum deducet venerabilis Frater Dominicus Enrici, quem memoravimus, vel quem ipse delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. **COPBLLO**
8. B. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
8. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost. Decanus*
Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXI, n. 19.

II

LIMANAE - TRUXILLENSIS

Huarazensis dioecesis atque praelatura Huariensis a provincia ecclesiastica Limana distrahuntur et ad Truxillensem ascribuntur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicum officii Nostri munus, quod religiosissime tueri studemus, id quandoque a Nobis postulat ut, ad maius Christi fidelium bonum persequendum, ecclesiasticarum circumscriptionum ordinem mutemus easque ad nostri temporis adiuncta et necessitates aptius accommodemus. Sententiam ideo accipientes venerabilis Fratris Romuli Carboni, Archiepiscopi titulo Sidoniensis et in Peruviana Republica Apostolici Nuntii, postque auditos locorum Ordinarios ad quos negotium pertineret, ea quae sequuntur decernimus. Dioecesim Huarazensem atque praelaturam Huariensem, adhuc suffraganeas metropolitanae Ecclesiae Limanae, eorumque sacros Praesules metropolitano iuri Archiepiscopi Truxillensis in posterum subdimus, mutatis scilicet ecclesiasticarum provinciarum Limanae et Truxillensis finibus. Quae autem iussimus ut ad exitum adducantur curet venerabilis Frater Romulus Carboni, quem diximus, vel ab eo delegatus vir, dummodo sit ecclesiastica dignitate indutus. Qui vero rem perfecerit, congrua documenta exaranda studeat ad Sacramque Congregationem Consistorialem quam primum mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta,

eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. C**OPELLO**
8. R. E. Cancellarius

C**AROLUS** Card. C**ONPALONIERI**
8. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXII, n. 1.

III

DAVAËNSIS

Praelatura Davaënsis, in Insulis Philippinis, ad gradum dioecesis evehitur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Catholicas res magna in Davaënsis praelaturae finibus hactenus, Deo favente, incrementa habuisse causa est praecipua cur postulationi venerabilis Fratris Clodovaei Thibault, Episcopi titulo Canathensis et Davaënsis Praelati Ordinarii, accedendum esse censuerimus, qua scilicet ab Apostolica Sede petiit ut Sedes sua ad dioecesis gradum eveheretur. Non dubitavimus enim fore ut eiusmodi dignitatis accessione vel maiores oriri possent ibi locorum pastoralium laborum fructus. Post ideo auditum venerabilem Fratrem Carolum Martini, Archiepiscopum titulo Abaritanum et in Philippinis Insulis Apostolicum Nuntium, deque sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, sequentia decernimus. Praelaturam *Davaënsem* ad gradum et dignitatem dioecesis attollimus, *eodem nomine* iisdemque servatis finibus, quibus in praesens terminatur. Sedem suam Episcopus in urbe vulgo Davao cognominata statuat, magisterii vero episcopalis cathedram in templo ibidem exstante, Deo dicato in honorem Sancti Petri Apostoli, quod cathedrale dehinc

habebitur cunctisque fruetur iuribus et privilegiis congruis. Sacer autem Praesul praeterquam quod iusta iura ad normam Codicis Iuris Canonici habebit, officiis etiam et obligationibus obstringetur, quae sunt residentium Episcoporum propria. Davaënsem praeterea dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Cagayanae et eius sacrorum Antistitem metropolitano iuri eiusdem Sedis Archiepiscopi subdimus. Praecipimus etiam ut, dum Canonicorum collegium constitui ibi non possit, Consultores dioecesani ad normam sacrorum canonum eligantur, qui scilicet a munere cessabunt Canonicis rite delectis. Mensa episcopalis, quae dicitur, fiet Curiae emolumentis, pecuniis a fidelibus sponte oblatis iisque bonis omnibus quae hucusque ad Davaënsem praelaturam pertinuerunt. Haec quae iussimus ut ad effectum perducantur curet venerabilis Frater Carolus Martini, quem diximus, vel ab eo delegatus vir, dummodo sit in ecclesiastica dignitate constitutus. Qui vero negotium perfecerit congrua documenta exarari studeat ad Sacramque Congregationem Consistorialem quam primum mittat, de more signata sigilloque impressa. -

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. **COPELLO**
/S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONPALONIERI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi
In Ap. Cane, tao., vol. CXXII, n. 5.

IV
BECHUANALANDENSIS
(GABERONESENSIS)

Praefectura apostolica Bechuanalandensis ad dioecesis gradum attollitur, nomine « Gaberonesensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae sanctae fines ad universam terram proferre cunctisque gentibus evangelium nuntiare cum sit summum idque gravissimum Christi caelum iam ascensuri Apostolis commissum mandatum, non est quin videat quam simus et Nos, Decessorum scilicet Nostrorum curam operamque pro viribus continuantes, solliciti quamque omnimode studeamus, ut divini hominum Redemptoris vota conficiantur. Quandoquidem ideo nuntiatum Nobis est posse catholicas res haud parva incrementa capere, si praefectura apostolica Bechuanalandensis ad dioecesis gradum eveheretur, idque ut fieret quoniam Sacra Congregatio de Propaganda Fide statuit, a Nobis usa datis facultatibus postque auditum venerabilem Fratrem Iosephum McGeough, Archiepiscopum titulo Hemesenum et in Africa Meridionali Apostolicum Delegatum, quod factum est libenti Nos animo probamus ratumque habemus. De apostolica igitur Nostra potestate praefecturam apostolicam Bechuanalandensem ad dignitatem dioecesis attollimus, nomine *Gaoeronesensi,* quae iurisdictioni Sacrae Congregationis de Propaganda Fide perget esse obnoxia eritque metropolitanae Sedi Bloemfonteinensi suffraganea. Conditae dioecesis sedes episcopalis in urbe vulgo Gaberones statuatur, episcopalis vero magisterii cathedra in sacra aede, eadem in urbe exstante, quae Christo Regi est dicata. Mandamus denique ut dioecesis Gaberonesensis curam habeant, uti hactenus, sodales Congregationis clericorum excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi, qui vires suas suaque incepta ut in posterum multiplicent fore non dubitamus, Christi regno proferendo inque hominum cordibus stabiliendo. Episcopus praeterea, Canonicorum loco, Consultores dioecesanos deligat, qui in dioecesi gubernanda efiicaciter ei sive consilio sive auxilio assint. Haec denique quae mandavimus ad exitum adducat venerabilis Frater Iosephus McGeough, quem diximus, vel ab eo delegatus vir. Qui autem

rem perfecerit congrua documenta exarari studeat ad Sacramque Congregationem de Propaganda Fide de more mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die quinto mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. C**OPBLLO**
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. A**GAGIANIAN**
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXI, n. 61.

V

BARODENSIS
(BOMBAYENSIS)

Divisa archidioecesi Bombayensi, nova dioecesis constituitur, « Barodensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi Regnum quam latissime in gentes proferre christianamque religionem ita propagare ut, secundum Isaiae Prophetae vaticinium (cfr. *Is.* 49, 6), salus esset populis usque ad extremum terrae, id non

solum datum est munus praecipuum sanctissimis Christi Apostolis, verum etiam et Nobis, quibus, locum Petri obtinentibus, etsi omnino impares simus viribus, et sanctum, et sollemne, et in omni Pontificatu Nostro integrum fuit. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando, auditis quidem dilecto Filio Nostro Valeriano S. R. E. Cardinali Gracias, Archiepiscopo Bombayensi, atque venerabili Fratre Iacobo Roberto Knox, Archiepiscopo titulo Melitenaeo eodemque in India Internuntio Apostolico, visum esset archidioecesim Bombayensem dividere, ex eiusdemque territorio novam dioecesim excitare, id Nos probantes accommodatumque existimantes ad sanctissimam fidem Nostram in ea nobilissima natione augendam, ea quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab eadem Ecclesia districtus civiles, quos dicunt, Panchmahals, Baroda, Broach, Surat et Dangs, in Statu Gujeratensi exstantes, detrahimus inque formam dioecesis redigimus, nomine *Barodensis,* cleroque saeculari Indiano concredendae. Cuius quidem Sedem episcopalem in urbe Baroda poni iubemus, cathedramque religiosae potestatis in templo Dominae Nostrae dicato a Rosario, in eadem civitate, quod debitis iuribus instruimus. Canonicorum collegium condatur; quod si ad praesens fieri nequeat, permittimus ut eorum loco dioecesani Consultores eligantur, qui Episcopo rem dioecesanam agenti assint consilio, opera. Ad reliqua quod attinet, Mensam scilicet, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, Ecclesiae regimen, cleri ac populi iura et officia, hisque similia, haec omnia ad leges Iuris Canonici regantur. Ceterum, volumus ut ea quae mandavimus venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox ad exitum deduci curet, vel quem ille delegaverit. Qui vero rem perfecerit, documenta exarari faciat, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efificacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta,

eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. **COPELLO**
S. B. B. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Conc. tab., vol. CXXI, n. "¡4.

VI

BARQUISIMETENSIS - VALENTINAE IN VENEZUELA (S. PHILIPPI IN VENETIOLA)

Quaedam territoria ab Ecclesiis Barquisimetensi atque Valentina in Venezuela detrahuntur, quibus nova dioecesis conditur, « S. Philippi in Venetiola » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo tempore edita illa Christi Domini vox : ((Pasce agnos meos ... pasce oves meas » *(Io.,* 21, 15-17) Petrum iussit principem apostolorum cuncti christiani gregis curam suscipere, ex eo tum Petrus ipse, tum omnes per hominum aetates Summi Pontifices nihil cogitare, nihil struere, nihil moliri umquam, quod non ad conservationem, incrementum, propagationem sanctissimae fidei nostrae in gentibus respiceret, aut non ad aeternam christianorum salutem conduceret. Qua Nos acti sollicitudine, existimavimus profecto bonum esse, si in Venetiolana Republica, ut venerabilis Frater Aloisius Dadaglio, Archiepiscopus titulo

Leriensis atque in ea Natione Apostolicus Nuntius, censuit, nova dioecesis in Statu, quem dicunt, Yaracuy, conderetur. Itaque, iis auditis sacris Praesulibus, locorum Ordinariis, quos oporteret, haec iubemus. Ab Ecclesiis Barquisimetensi atque Valentina in Venezuela id territorii detrahimus, quod in eas Ecclesias protenditur, quodque Statu Naracuy comprehenditur, novamque ex eo dioecesim constituimus, *Sancti Philippi in Venetiola* appellandam, iisdemque finibus terminandam atque idem Status Yaracuy. Caput dioecesis urbs erit quam populus « San Felipe)) cognominai, in qua Episcopus commorabitur, cathedra episcopalis dignitatis atque auctoritatis in sacra aede B. M. V. in templo praesentatae collocata, quam, utpote cathedralem, iuribus debitis instruimus. Nova Ecclesia archidioecesi metropolitanae Barquisimetensi subiecta erit tamquam suffraganea ; item eius Antistes eidem sacro Metropolitae obnoxius. Mensa tum populi collationibus efficietur, tum bonis quae adhuc propria erant Ecclesiarum Barquisimetensis et Valentinae in Venezuela, pro rata parte, tum denique Curiae emolumentis. Seminarium construatur, pueris excipiendis ad sacerdotium a Deo vocatis, cuius regimen ad normam Iuris Canonici temperetur atque ad leges Sacrae Congregationis de Seminariis atque Studiorum Universitatibus. Cum vero iuvenes adoleverint, tum qui optimi fuerint Romam mittantur iii Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum philosophia ac sacra theologia imbuendi. His Litteris ad effectum deductis, sacerdotes ei Sedi addicantur in qua beneficium habeant ; clerici vero Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta quae ad novam Ecclesiam respiciant, ad eam cito mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum, haec quae mandavimus, venerabilis Frater Aloisius Dadaglio, quem memoravimus, exsequi studeat sive per se ipse, sive per alium, quem voluerit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum exempla sincere conscripta ad Sacram Congregationem Consistorialem mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efilcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica digni-

tate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. **COPBLLO**
S. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONPALONIERI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Bea ens

Sylvius Romani, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Ap. Cane, tal., vol. CXXI, n. 78.

VII

PARISIENSIS - VERSALIENSIS
(NEMPTODURENSIS ET ALIARUM)

Ecclesiis Parisiensi atque Versaliensi divisis, novae quinque dioeceses constituuntur: « Nemptodurensis », « S. Dionysii in Francia », « Christoliensis », « Corbiliensis » atque « Pontisarensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui volente Deo in beatissimi Petri locum ob eam unam causam suffeeti sumus ut fidelium omnium necessitatibus inserviremus, id profecto nulla aptiore ratione Nos consequi posse existimamus, quam si amplissima atque ornatissima Ecclesiae decreta sancte servari contendamus : sunt enim haec, praesertim cum a Conciliis, re scilicet cognita ac deliberata, facta fuerint, quam aptissima, si iis pareatur, ad christianam fidem alendam populosque ad antiquam religionis disciplinam instituendos atque erudiendos. Quam ob rem, cum sacrosanctum atque Oecumenicum Concilium Vaticanum **II** hoc praeceperit ut quam primum ad aptiorem finium dioecesium dispositionem deveniretur, attentis, si res posceret, circumscriptionum civilium limitibus, cumque Regio Parisiensis, quam vocant, in novas provincias civiles nuper descripta sit, censuit venerabilis Frater Paulus Bertoli, Archiepiscopus titulo Nicomediensis et in Gallia Apostolicus Nuntius, post quidem venerabiles Fratres sententiam rogatos : Mauritium Feltin, Archiepiscopum Pari-

siensem, et Alexandrum Carolum Renard, Episcopum Versaliensem, auditumque venerabilem Fratrem Petrum Veuillot, Archiepiscopum titulo Constantiensem in Thracia atque sacri Praesulis Parisiensis Coadiutorem, censuit ergo bene Ecclesiae sanctae cedere posse, si in ea nobili Natione, divisis territoriis Ecclesiarum Parisiensis atque Versaliensis, novae quinque dioeceses conderentur, id etiam considerans ibi loci populum in dies frequentiorem fieri. Quae Nos omnia probantes, haec quae sequuntur, de consilio nempe venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis praepositae Negotiis Extraordinariis explicandis, decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Parisiensi atque a dioecesi Versaliensi eam territorii partem separamus, quae provinciam civilem complectitur vulgo Hauts-de Seine cognominatam, eaque novam dioecesim constituimus, a nomine urbis Nanterre *Nemptodurensem* appellandam, in qua nempe civitate Episcopus Sedem collocabit, cathedra sui magisterii in templo paroeciali collocata, quod est S. Genovefae dicatum. Detracto praeterea ab iisdem Ecclesiis Parisiensi atque Versaliensi territorio civilis provinciae Seine-Saint Denis, novam item dioecesim condimus, *S. Dionysii in Francia* cognomine, cuius caput urbs, quam populus Saint-Denis dicit, erit, cathedrale vero templum id quod, insignis Basilica, S. Dionysio sacrum est. Similiter ab iisdem Sedibus partem seiungimus territorii qua provincia civilis efficitur populari lingua Val-de-Marne dicta, quo territorio aliam dioecesim constituimus, *Christoliensem* nomine. Sacer autem eius Antistes Sedem ac domicilium in urbe vulgo Choisy-le-Roi ponet, cathedram in templo S. Ludovici. Pariter a dioecesi Versaliensi territorium civilis provinciae Essonne separamus, quo dioecesim *Corbiliensem* efficimus, ab urbe Corbeil, statuentes ut in hac eadem civitate sit sedes Episcopi, cathedra in templo S. Exuperii, ibidem. Denique ab eadem Ecclesia Versaliensi territorium civilis provinciae quam dicunt Val-d'Oise dividimus, in formamque novae dioecesis redigimus, *Pontisarensis* scilicet, ab urbe Pontoise, in qua Episcopus commorabitur ut in sua sede, cathedramque collocabit, in templo videlicet S. Maclovii; cui nempe, sic ut et ceteris, quae supra recensuimus, iura omnia facimus cathedralium sacrarum aedium. Novarum autem harum dioecesium Episcopi sacro Parisiensi Praesuli obnoxii erunt tamquam suffraganei ad normam iuris; quibus praeterea facultatem facimus Consultores dioecesanos deligendi, dum Canonicorum collegium constituatur. Mensam episcopalem efficient Curiae proventus, fidelium collationes, bonorum pars congrua Ecclesiarum Parisiensis atque Versaliensis, ab Ordinariis locorum pactione definienda, ratione habita piorum fundatorum, ut dicunt, seu oblatorum voluntatis. Ad clerum quod attinet, censemus ut, his

Litteris ad effectum deductis, Sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium vel officium habeant ecclesiasticum, facta potestate petendi intra quinque proximos annos ut ad aliam dioecesim Provinciae Parisiensis transeant; ceteri vero clerici ac Seminarii tirones ei Ecclesiae sint addicti in cuius territorio vel legitimum habeant domicilium, vel contineatur paroecia quae illos commendavit, attentis uniuscuiusque condicionibus. Regimen novarum Ecclesiarum, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, atque his similia Codice Iuris Canonici omnino temperentur atque particularibus normis quae Sancta Sedes dederit. Id praeterea caveatur ut documenta et acta, ad novas dioeceses respicientia, ad earum Curias diligenter ac cito mittantur, ibidem religiosa cura asservanda. Censemus postremo ut a iure metropolitano Archiepiscopi Parisiensis exemptae dioeceses Blesensis, Carnutensis, et Aurelianensis Bituricensi metropolitanae Sedi suffraganeae subdantur. Ceterum, quae per has Litteras Nostras praescripsimus, venerabilis Frater Paulus Bertoli ad exitum adducet, vel quem ipse delegaverit, factis iustis facultatibus; re vero acta, documenta exarentur, sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto, in festo S. Dionysii Ep. et Mart.

IACOBUS A. Card. **COPELLO**
S. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIBRI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXII, n. 2.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo « Mater Ecclesiae » principalis Patrona, et S. Pius X, Papa et Confessor, secundarius Patronus totius dioecesis Montisclarensis eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Maria Virgo, Genetrix Christi Iesu, Capitis mystici Corporis, atque adeo « mater membrorum eius, quod nos sumus» (S. Aug., *De sacr. virg.*, 6; *PL* 40, 399), Mater Ecclesiae merito praedicatur. Hoc nomen in Concilii Oecumenici Vaticani Secundi celebratione, ei, plaudente Patrum Conventu et orbe catholico, adiecimus, novam quasi margaritam fulgenti eius coronae inserentes. Gaudemus autem, quod almae Deiparae, ita appellatae, religione tenentur clerus et Christifideles dioecesis Montisclarensis ; qui etiam Sanctum Pium Pp. X, de Ecclesia optime meritum, piis honorant obsequiis. Horum vota expromens, Venerabilis Frater Iosephus Alves de Sá Trindade, Episcopus Montisclarensis, Nos rogavit, ut augustam Mariam Virginem, Matrem Ecclesiae, praecipuam Patronam, Sanctum vero Pium Pp. X secundarium tutorem suae dioecesis renuntiaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, ut « Matrem Ecclesiae » invocatam, *principalem Patronam* et Sanctum Pium X, Papam et Confessorem, *secundarium Patronum* totius Montisclarensis dioecesis eligimus, constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis et secundariis regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XVIII** mensis Decembris, anno **MCMLXV**, Pontificatus Nostri tertio.

93 **HAMLETUS I.** Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris Sanctuario Beatae Mariae Virginis, vulgo « Notre-Dame de Buglose », intra fines dioecesis Aturensis posito, conferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Populi Dei concursibus frequens et artificiosis operibus nobile Sanctuarium Beatae Mariae Virginis, « Notre-Dame de Buglose » vulgo appellatae, quod finibus Aturensis dioecesis continetur, meritis celebratur praeconiis. Alacre pietatis studium, quo Christifideles in Deiparam, nomine illo insignem, feruntur, a saeculo **XVII** repetitur, quo, uti memoriae est proditum, statua eiusdem Dei Genetricis in palude est inventa. Cuius honori aedes sacra fuit constituta. Deinde venusta illa et praeclara effigies in ecclesiam, templo quod nunc conspicitur et saeculo praeterito est conditum, priorem, fuit translata. In hac recentiore igitur religionis amplissima sede eadem nunc est proposita, ubi piorum animos singulari quadam vi ad se convertit. Eidem Sanctuario continens est monasterium, quod dicitur, Missionariorum dioecesanorum, qui fidelibus spirituales adhibent curas, ac domus, in qua sacrorum administris copia datur spiritualibus vacandi exercitationibus. Hoc ergo Sanctuarium, quod in finítimas etiam regiones spirituales fructus ubertim effundit, dignum sane est, quod peculiari cum benevolentia respiciamus. Qua mente ducti, votis Venerabilium Fratrum Avenionensis, Bituricensis atque Bhedonensis Archiepiscoporum, necnon Auxitani, Tarbiensis-Lapurdensis, Lucionensis atque Valleguidonensis Episcoporum simul exceptis, preces Venerabilis Fratris Roberti Bézac, Episcopi Aturensis et Aquae Augustae, libenter admisimus, qui Nos rogavit, ut ecclesiam illam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae cum ita sint, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctuarium Beatae Mariae Virginis, « Notre-Dame de Buglose)) nuncupatae, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse

ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Augusti, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Apostolica Nuntiatura apud Cammaruniae Rempublicam constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quemadmodum semper annitimur ut publicae rationes, quae Sanctae buie Sedi cum variis nationibus iam intercedant, maioribus usque incrementis augeantur, ita eas aliis etiam cum populis iungendas atque instituendas studiose curamus. Cum ergo in praesenti Nobis detur opportunitas mutua huiusmodi necessitudine Rempublicam Cammaruniensem primum attingendi, sacrae ideo Legationis officium ibi condere volumus, cuius sit et omnia legitime negotia obire et Nostro nomine civili cum magistratu agere. Quapropter motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, *Nuntiaturam Apostolicam* apud Cammaruniensem Civitatem erigimus et constituimus, eiusque sedem in urbe Iaunde collocamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc voluntatis Nostrae testificationem religioni provehendae esse conducturam. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae in Cammaruniensi Civitate Nuntiaturae, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXXI** mensis Octobris, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

œ HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris honestatur ecclesia Beatae Mariae Virginis, vulgo « Nuestra Señora de la Esperanza de la Macarena » appellatae, Hispali sita.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sedes illustris et ornata religionis esse perhibetur Hispalensis ecclesia Beatae Mariae Virginis, quam vulgo « Nuestra Señora de la Esperanza de la Macarena)) appellant. Quae anno **MCMXXXVIIII** exstrui coepta et deinde eleganti manu perfecta, multos allicit Christifideles, qui Imaginem Deiparae, nomine illo insignis, piis ibi veneran tur obsequiis. Sodalitas etiam seu Confraternitas eodem in templo est constituta, quae christianae vitae usum actionemque persequitur. Ceterum supellex aliaeque res eaeque egregiae, quibus divinis ritibus nitor accrescat, ibidem affatim habentur. Cupiens vero huius ecclesiae dignitatem augere, Dilectus Filius Noster Iosephus Maria Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Bueno Monreal, Hispalensis Archiepiscopus, Nos rogavit, ut ei Basilicae Minoris nomen ac ius tribueremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia et matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum templum in urbe Hispali Beatae Mariae Virgini dicatum, quae vulgo ((Nuestra Señora de la Macarena » nuncupatur, ad honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XII** mensis Novembris, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

© H**AMLETUS** I. Card. C**ICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Y

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia Sancti Martini vulgo « S. Martino delle Scale » appellata, prope Panormum, decoratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Amoena in regione, quae Panormum circumiacet, supra parietinas veteris monasterii anno **DCCCXXVII** a Saracenis deleti, Benedictini Sodales anno **MCCCXLVII** aedem Sancto Martino sacram et continens exstruxerunt coenobium. Ut autem divinorum rituum nitori et adaucto monachorum numero prospiceretur, haec, quae nunc conspicitur, ecclesia, amplitudine insignis, nobilis opere, anno **MDLXi** fuit aedificata. Quam Clemens Pp. VI, Decessor Noster rec. mem., abbatialis templi nomine decoravit. Habent ibi admirationem imagines eleganti manu pictae et sculptae, marmora varia et pretiosa, scamna chori artificiis referta. Haec igitur ecclesia, clara ex genere structurae et ex ornamentis, tantam videtur praeferre maiestatem, ut « regiae domus », id est Basilicae, appellatio ei merito tribuatur. Quod ut faceremus, Dilectus Filius Noster Ernestus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Rufiini, Archiepiscopus Panormitanus, qui monachorum etiam ac fidelium vota significavit, Nos est precatus. Quam flagitationem, a Venerabili Fratre Ferdinando Antonelli, Archiepiscopo titulo Idicrensi, Sacrae Rituum Congregationis Secretario, Nobis relatam, benigne audientes, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum templum Sancti Martini, quod vulgo « San Martino delle Scale » vocitatur, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae ecclesiis eodem nomine donatis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Novembris, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

© H**AMLETUS** I. Card. C**ICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Apostolica Nuntiatura apud Sinensem Rempublicam erigitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae sacra Legatio iam inde ab anno **MCMXLVI** providenti consilio similibusque Litteris Pii Pp. XII, Decessoris Nostri fel. rec, fuit constituta, ut apud Sinensem Rempublicam Apostolicae huiusce Sedis personam gereret, ea Nobis in praesenti videtur ad elatiorem dignitatem esse provehenda atque maiore auctoritate, ad ius quod attinet, esse ditanda. Ita enim censemus eam ad mutuas sanctae Ecclesiae nobilisque eiusdem Civitatis rationes fovendas ac firmandas aptiorem fore suasque curas in catholicam, quae ibidem vivit, fidelium communitatem utilius esse collaturam. Itaque Nos, omnibus attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, Apostolicam in Sinensi Republica Internuntiaturam in *Apostolicam Nuntiaturam* erigimus et constituimus, eiusque sedem in urbe Taipeia confirmamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc voluntatis Nostrae testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; ipsique Nuntiaturae Apostolicae in Sinensi Republica, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXIV** mensis Decembris, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

© **HAMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

VII

Apostolica Nuntiatura apud Madagascarianam Rempublicam erigitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Publicas officiorum inire rationes, quibus haec Apostolica Sedes ad communis boni religionisque christianae incrementum varias nationes attingeret, sollemne semper fuit Romano Pontifici, ideoque et Nos, qui onus regendae hisce temporibus Ecclesiae sustinemus, eas vel primum iungendas vel etiam firmandas assidue curamus. Nuper autem cum nobili Madagascariae Civitate huiusmodi amicitiae vincula sunt constituta, auditisque eius insulae Moderatoribus, novam Pontificiae Legationis sedem ibidem esse collocandam censemus, quae negotia omnia expedienda legitime expediat. Quapropter, omnibus attente perpensis, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, *Nuntiaturam Apostolicam* in Republica Madagascariana erigimus atque constituimus, eiusque sedem in urbe Tananariva collocamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc voluntatis Nostrae testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae in Madagascariana Republica, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Ianuarii, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

© H**AMLETUS** I. Card. C**ICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Frings, Archiepiscopum Coloniensem, octogesimum diem natalem celebraturum.

Perlatum est Nobis, a te proximo mense Februario octogesimum tuum diem natalem actum iri. Consono concentui votorum, quae undique tibi istiusmodi faustitatis eventum celebraturo advenient, maxime iucunda Nobis et accepta tibi interserantur haec, quae tibi proferimus, vota.

De fructuose impenso diuturnae iam tuae aetatis tempore tibi gratulati, a Iesu Christo, principe pastorum, eius divitias bonitatis et potiora supernae gratiae munera optamus et cupimus. De salute enim et de tua felicitate solliciti, id enixe oramus, ut sis perfectus et plenus in omni voluntate Dei[1] et, progrediens aevo et sapientia, haud parva rursum annorum serie redeuntem istum natalicium diem, serena pace et laetitia usque hilariorem, videas.

Haec imo e pectore ominati, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, impertimus, et ad universos pertinere volumus, qui festi tui erunt participes.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxin mensis Ianuarii anno **MCMLXVII,** Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Excellentissimis Praesulibus, qui Romae interfuerunt coetibus eo consilio coactis, ut in Ecclesia Latina Diaconatus ordo, tamquam proprius ac permanens Sacrae Hierarchiae gradus, restituatur. *

Venerati Fratelli!

Non vogliamo che voi lasciate questa alma Città di Roma senza che Noi vi salutiamo con la devozione e l'affezione che sempre alimentiamo nel cuore per i Nostri degnissimi Fratelli nell'ufficio episcopale,

* Cfr. *Col.* 4, 12.
* Die 24 mensis februarii a. 1967.

e senza che Noi vi ringraziamo d'essere qua venuti per esprimerci il vostro consiglio circa la pratica e ordinata attuazione del ripristino dell'ordine diaconale, nella nostra Chiesa Latina, come grado permanente della Sacra Gerarchia.

Trattandosi di cosa nuova e non poco implicata con la disciplina canonica, e volendo tener conto dei desideri a Noi manifestati, come pure delle difficoltà che la cosa medesima può presentare, abbiamo voluto, prima di procedere ad atto legislativo, mettere ciascuno di voi al corrente delle conclusioni degli studi intrapresi, per Nostro ordine, su tale oggetto ed insieme con voi esaminare la questione in tutto il suo insieme per darle finalmente un felice compimento. Ciascuno di voi infatti a Noi si è rivolto per avere da Noi le opportune istruzioni e le necessarie facoltà, che la Costituzione conciliare *Lumen gentium,* n. 29, riserva a questa Sede Apostolica ; ed a ciascuno di voi abbiamo desiderato dare direttamente la prova del Nostro particolare interessamento, e con tutti voi discutere questo non piccolo affare.

Ora Noi attendiamo di sapere quale sia l'esito di queste riunioni per poi dare all'affare stesso la sua conveniente norma canonica.

Vogliamo intanto dire a voi, che dalla restituzione del diaconato in suo proprio stato permanente tanto sperato, quale grande concetto Noi abbiamo di questo grado dell'ordine sacro. La sua origine apostolica, la sua specifica definizione come servizio, il suo primo membro e rappresentante, l'eroico protomartire Stefano, *virum plenum fide et Spiritu Sancto,*[1] l'onore in cui il diaconato permanente è stato tenuto per tanto tempo nella Chiesa Latina ed è tuttora tenuto nelle Chiese Orientali, l'opera varia ed utilissima, che i Diaconi hanno prestato alla Chiesa in tanti periodi ed in tante vicende della sua storia, le funzioni infine che la citata Costituzione conciliare loro riserva, costituiscono per Noi altrettanti motivi della Nostra stima per l'ordine diaconale. Saremo pertanto ben lieti di dare esecuzione con spontanea volontà alle disposizioni del sacro Concilio a questo riguardo, e di assecondare, come meglio Ci sembrerà possibile, i desideri, che la vostra carità pastorale Ci ha manifestati.

Una cosa sola a Noi preme : *Omnia in caritate fiant,*[2] come dice l'Apostolo Paolo, intendendo qui per carità non solo la virtù teologale, che da Dio procede e che a Lui ci unisce, ma altresì quell'armonia di

[1] *Act.* 6, 5.

[2] *1 Cor.* 16, 14.

animi e di azioni, la quale deve caratterizzare i vicendevoli rapporti della comunità ecclesiastica, e assomma perciò in sé un complesso di sentimenti, di virtù, di norme, onde la pienezza di ordine e di santità della comunità medesima risulti arricchita. Ci piace pensare all'unione, alla docilità, all'affetto, che deve unire il Diacono al suo Vescovo; Ci piace pensare allo spirito di servizio, che deve caratterizzare il Diacono, che appunto dal servizio è definito e nel servizio trova la sua assimilazione a Cristo, *qui non venit ministrari, sed ministrare;* [3] Ci piace anche pensare che la santa Chiesa avrà nei Diaconi permanenti nuovo e puro esempio di quello splendore di casti costumi, che meritamente è postulato dal sacro ministero, sia che essi rimangano celibi, e sia che, già coniugati e di matura età, siano insigniti dell'ordine diaconale.

Voglia il Signore rendere fonte di gaudio spirituale questa novità : cresca la nostra venerazione per chi nella Chiesa è chiamato a prestarle opera e testimonianza nel sacro diaconato ; cresca l'efficienza della cura pastorale e dell'apostolato cristiano, che dai Diaconi permanenti ci attendiamo ; cresca il « senso della Chiesa », che il Signore ha voluto dotare di sacri ministri e questi ha voluto distinguere, ed insieme unire nella compagine gerarchica e comunitaria ; cresca la sua grazia là dove maggiore è il bisogno e al bisogno con nuovi ministri s'intende provvedere ; e adempia questi voti la Nostra Benedizione Apostolica.

II

Ad Excellentissimum Virum Marianum Medina Febres, Foederatarum Venetiolae Civitatum cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Señor Embajador:

Con profunda satisfacción hemos escuchado las elevadas palabras con que Vuestra Excelencia Nos acaba de presentar las Cartas Credenciales que le acreditan en calidad de Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de la República de Venezuela ante la Santa Sede.

Agradecemos vivamente y apreciamos en su verdadero valor los delicados sentimientos con que Vuestra Excelencia ha querido dar realce a este acto, y deseamos que la misión que ahora comienza, se vea coronada

[3] *Matth.* 20, 28.

* Die 2 mensis martii a. 1967.

con los mejores éxitos. Cuente para ello con Nuestra benevolencia y decidido apoyo.

Vuestra presencia, Señor Embajador, Nos trae el mensaje de un Pueblo de grandes reservas espirituales y de rico patrimonio religioso : su expresión clara y sincera se traduce en aspiraciones de paz, en esfuerzo por un creciente desarollo económico y social. La Iglesia, por su parte, fijos sus ojos en el bien espiritual de las almas, sigue con mirada de comprensión tan nobles preocupaciones : ella trata siempre de infundir, por medio de su ministerio, en la sociedad y en los individuos las virtudes que constituyen el nervio y el alma del verdadero progreso y de auténtica renovación. Quiera el Señor asistir con su amorosa providencia a los regidores de la cosa pública y a los ciudadanos todos para que, en la concordia de voluntades, en el amor fraterno, les sea posible dedicar la plenitud de sus energías al engrandecimiento del País.

Como Vuestra Excelencia amablemente fia relevado, el tema de la paz ocupa constantemente Nuestra atención; es en virtud del deseo de Cristo como nos interesamos continuamente a fin de que se mantenga y consolide ella entre los pueblos del Universo : paso preliminar y fundamental será en este camino el que los hombres pongan como cimiento de sus relaciones la caridad y la justicia.

Nos felicitamos de tener en la persona de Vuestra Excelencia un representante calificado de la Nación Venezolana. Al Excelentísimo Señor Presidente de la República Nos es grato corresponder por su deferente sacudo, formulando fervientes votos por la prosperidad de su mandato. Confiamos asimismo que gracias a la acción de Vuestra Excelencia las felices relaciones que ya existen entre vuestro País y la Santa Sede se conserven en la cordialidad que actualmente las caracteriza.

Al darle, Señor Embajador, Nuestra bienvenida, le aseguramos que pedimos al Altísimo le ayude en el desempeño de sus funciones con copiosas gracias. Con estos votos y esperanzas queremos darle Nuestra Bendición Apostólica que le rogamos trasmita al queridísimo pueblo de Venezuela, como testimonio de Nuestro particular afecto y en prenda del creciente bienestar y de la prosperidad cristiana que para todos sus habitantes imploramos.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Catholicarum Scholarum in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus alumnis, ad illorum excitandam caritatem in egentes quarundam Orbis regionum pueros. *

Dear S chool-children o f the United States,

This is your Holy Father greeting you with affection across the many miles which separate you f rom the Vatican. Today, we begin the sacred and penitential season of Lent, and We ask you in your goodness and charity to remember the millions of poor, hungry and sick children of the world.

The Pope is the Father of all mankind, and He is saddened to see your little brothers and sisters in far-off lands sufferiiig so much. Many are ili, frail and weak from hunger and malnutrition. What schools they have often have no desks, no Windows, no lights and only hardened earth floors. Their homes are ravaged by the éléments and are tumble-down. Their sparse clothing hardly protects them against the chilly winds of winter or the burning tropical heat. There are few doctors to care for them when they are sick and little medicine to make them well. Floods and earthquakes have made many homeless. It is for these children whom you hardly know that the Holy Father appeals to you, and He knows that you will be as generous as in the past.

The world needs powerful examples of Christian charity and understanding. By remembering and by renewing in your daily lives your obligations as true followers of Christ you will be giving such an example to the world.

First of all, We ask you to pray for the countless children in other lands who need assistance. Ask God to comfort them and to bless them. Pray that they may see His providence working in all things. In this way you will bring them closer to God.

Lent is a time for penance, and so We ask you to deny yourselves something you may or may not need. Then you will be able to contribute to the special collection taken up in your school. This will help your Bishops maintain that worldwide program of the Catholic Relief Services which has been most effective in bringing aid to the needy, and

* Die 8 mensis februarii a. 1967.

especially to the poor children who are sick, undernourished and homeless.

The Bishops need your help, as well as that of the grown-ups, to carry on this most important work. God will bless your charity. The children, whom you have never seen and f rom whom you differ in color, religion and customs, will know that you helped them because you loved them. This is the highest form of Christian love.

By making your own contribution to the joint off ering of your school during Lent, you will be building peace by promoting and furthering the works of peace — « aid the poor, who still make up an immense multitude of the world's population, help the needy, the weak, the sick, the ignorant... ». You will come to love and respect the peoples of the world who so want to have harmony and concord. Through the Catholic Relief Services in every part of the world, you will be offering your hand to children in need, and they will clasp it in friendship.

We are confident that you will hear Our appeal, and We are grateful for whatever you will do for your less fortunate brothers and sisters. We now invoke upon you, your good parents, your priests, the religious sisters and brothers and those who teach you, an abundance of heavenly blessings, and in pledge thereof, We lovingly impart Olir Apostolic Bénédiction.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ad Excellentissimum Virum Iosephum Broz-Tito, Foederatarum Reipublicae Jugoslaviae Civitatum Praesidem.

Au moment où, en vertu de l'Accord récemment conclu, Notre Représentant s'apprête à rejoindre la noble terre de Yougoslavie, non seulement en qualité de Délégué Apostolique, mais aussi comme Envoyé du Saint-Siège auprès du Gouvernement Fédéral, Notre pensée et Nos vœux affectueux se portent — par delà les Pasteurs, le clergé et les fidèles de l'Eglise Catholique en Yougoslavie — vers tous les habitants de ces Républiques et vers ceux qui, à commencer par Votre Excellence, portent la responsabilité de promouvoir le progrès du Pays et son développement ordonné et tranquille dans la justice et la liberté.

A ce progrès et à cette prospérité, les citoyens catholiques, et — dans le domaine qui lui est propre — l'Eglise à laquelle ils se font gloire

d'appartenir, sont prêts à donner toujours leur consciente et généreuse contribution : ils se souviennent des devoirs que la profession de leur religion leur impose envers la communauté nationale, dans tout ce qui est juste et honnête.

Pour sa part l'Eglise Catholique demande et forme le vœu que lui soient assurés le respect de ses droits et la légitime liberté de son action, qui ne tend à rien d'autre qu'à l'avantage spirituel et moral de ses membres et au bien des Nations dans lesquelles elle vit. .

Vous connaissez en particulier, Monsieur le Président, les sentiments et les préoccupations que Nous nourrissons pour la cause d'une paix vraie et durable entre les hommes, pour un juste et prompt règlement des conflits qui la troublent ou la mettent en péril, pour une cordiale collaboration internationale en vue du développement de toutes les nations, spécialement de celles qui ont le plus besoin d'aide et de soutien.

Reconnaissant pour l'accueil qui est fait à Notre action en faveur de la paix, et appréciant à Notre tour tout effort sincère accompli dans ce noble but, Nous exprimons la confiance que les rapports à présent rétablis — en forme officieuse — entre le Saint-Siège et l'Etat Yougoslave, permettront, dans ce domaine-là également, une coopération que pour Notre part Nous recevrons toujours avec, faveur.

Veuillez agréer, Monsieur le Président, l'expression renouvelée de Nos souhaits de bien-être et de prospérité pour tous les peuples de Yougoslavie : souhaits que Nous confions aux mains du Tout-Puissant et que Nous lui offrirons journellement dans Notre prière.

Du Vatican, le 17 novembre 1966.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO CONCILH

I

DUBIUM

Quaesitum est : I) Utrum *substantialis* observantia dierum paenitentiae, quae in Constitutionis Apostolicae ((*Paenitemini* » parte dispositiva, n. II, par. 2, (17 februarii 1966, cfr. *A. A. S.*, LVIII, p. 183), graviter tenere declaratur, referenda sit ad singulos dies paenitentiae obligatorie in tota Ecclesia servandos;

II) an potius ad complexum dierum paenitentialium cum impositis paenitentiis custodiendum.

Sacra Congregatio Concilii, adprobante Summo Pontifice Paulo VI, respondit :

Ad I) - *Negative;*

Ad II) - *Affirmative*, seu eum graviter contra legem peccare, qui, observationis paenitentialis complexive praescriptae partem, sive quantitative sive qualitative notabilem, absque motivo excusante, omiserit.

Datum Romae, die 24 februarii 1967.

© **PETRUS PALAZZINI,** *a Secretis*

Florentius Romita, *Subsecretarius*

II

DECLARATIO

De continuitate celebrationis Missarum Tricenarii Gregoriani

Tricenario Gregoriano, quod ex improviso impedimento, (e. g. superveniente morbo), aut ex alia rationabili causa, (e. g. celebratione Missae funeris vel sponsalium), interrumpitur, ex dispositione Ecclesiae, fru-

ctus suffragii servantur, quos eidem Tricenario praxis Ecclesiae et pietas fidelium hucusque agnoverunt, firma obligatione Sacerdotis celebrantis quamprimum complendi celebrationem triginta Missarum.

Ordinarius vero opportune invigilet ne in re tanti momenti abusus irrepserint.

Datum Romae, de mandato Summi Pontificis Pauli VI, die 24 februarii 1967.

& **PETRUS PALAZZINI,** *a Secretis*

Florentius Romita, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DARVINENSIS-CAIRNENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Cum ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem expostulatum sit ut insulae vul¿o Torres Strait, in Australia, dioecesi Cairnensi adscribantur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Dominici Enrici, Archiepiscopi titulo Ancusensis atque Apostolici in Australia, Nova Zelandia necnon Oceania Delegati, consensu Ordinariorum quorum interest, sc. dioecesis Darvinensis ac dioecesis Cairnensis, prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Sacrum Dicasterium de Propaganda Fide inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita limites emendandos censuit ut insulae vulgo Torres Strait, usque adhuc pertinentes ad dioecesim Darvinensem, ab ipsa separentur atque dioecesi Cairnensi

uniantur ut in posterum ad eam pertineant, atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 15 mensis Februarii anno Domini 1967.

G. P. Card. **AGAGIANIAN,** *Praefectus*

L. © S.

83 P. Sigismundi, Archiep. tit. Neapolit. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

GANDAVENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Eduardi Poppe, sacerdotis saecularis.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Si sacerdos suam tantum disposuerit salvare animam et alienas neglexerit, cum impiis deglutietur in gehennam (S. Ioan. Chrys. *De Sacerdotio* lib. 6 c. 10). Haec eximii Doctoris sententia totam sacerdotalis vitae Servi Dei Eduardi Poppe rationem constituit, quippe qui apostolus vere exstitit verbo, exemplo et scriptis : non enim sibi soli vivere studuit, sed aliis proficere, adversa licet semper valetudine laboraret.

Eduardus Poppe die 18 decembris anno 1890 in oppido v. Tamise, dioeceseos Gandavensis intra fines, ex honestis piisque parentibus natus, sequenti die baptismi undis est renatus. Duodecimum vero annum agens pane Eucharistico primum est refectus, et die 24 iunii 1902 sacro Chrismate est linitus.

Sub paterna severa disciplina domi educatus, scholas primarias apud Fratres a Caritate Gandavenses adivit, humanioribus vero litteris in seminario minori dioecesano apud Sanctum Nicolaum incubuit. Studiis philosophicis ac theologicis ob munus militare anno 1910 interruptis,

eadem postea resumpsit in Seminario Leonis Papae XIII Lovanii, ubi anno 1913 lauream in philosophia est consecutus.

Ad arma iterum in bello vocatus, ac post Belgii ab exercitu theutonico invasionem dimissus, studia in seminario maiori Gandavensi perfecit. Die tandem 1 maii anno 1916 sacerdotio auctus fuit.

Annis 1916-18 vicarius cooperator paroeciae Sanctae Coletae, Gandavi, renunciatus, inter pueros et operarios lucrosum apostolatum exercuit. Per quadriennium postea cappellanus apud sorores Sancti Vincentii a Paulo, xenodochium senum, infirmorum et orphanorum in oppidulo v. Moerzeke administrantes, deputatus est : propriis vero expletis officiis, vicinioribus parochis auxilium sedulo praestabat.

Ab episcopatu Belgii annis 1922-23 clericorum tam saecularium quam regularium qui, ad militiam vocati, in urbe v. Bourg Leopold quandam veluti communitatem efformabant, sub vulgari appellatione « C.I.B.I. » *(Centre d'instruction des brancardiers et infirmiers),* moderator spiritualis deputatus, eos magno cum fructu direxit aluitque.

Die 1 ianuarii 1924 in pago v. Moerzeke, quo ad natalicia festa apud parentes celebranda venerat, gravi crisi cardiaca, qua infirmitate iam a pluribus annis affectus erat, percussus, doloribus et anxietatibus fortiter patienterque toleratis, solitus dicere « *Operari bonum est, orare melius et inter utrumque pati* », die 10 iunii eiusdem anni spiritum Deo reddidit, sacramentis morientium pie refectus.

Sacerdotalis vita Servi Dei Eduardi Poppe brevis quidem fuit, plena tamen operositate erga afflictos et egenos, praesertim vero erga sacerdotes, quorum bonum pastorale atque spirituale scriptis editis, vitae exemplo et sacro ministerio incessanter curavit.

SSmae Eucharistiae cultum dilatare cupidus, Cruciatam Eucharisticam instituit, in qua pietatem atque religionem solida catechesi niti curavit. Erga Beatissimam Dei Matrem filiali ferebatur affectu, quem in omnium animis imprimere numquam destitit.

Super eius sanctitatis fama, in dies aucta et longe lateque diffusa, in Curia episcopali Gandavensi annis 1945-52 ordinaria auctoritate iuridicae inquisitiones peractae fuere, Romam deinde, uti de iure, transmissae.

Interim ad Apostolicam Sedem perplurimae postulatoriae litterae Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, sacerdotum civiliumque potestatum pervenerunt, Servi Dei Causae introductionem flagitantium.

Servatis exinde omnibus de iure servandis, die 13 februarii 1959 de-

cretum prodiit super scriptis undique collectis ac diligenti studio revisis, ut ad ulteriora inoffenso pede procedi posset.

Instante vero R. P. D. Luciano Anne, S. Romanae Rotae Auditore et Causae sollertissimo postulatore legitime constituto, die 29 martii anni huius in Palatio Apostolico Vaticano Congregatio Sacrorum Rituum Ordinaria habita fuit, in qua Emus ac Revmus Dominus Ephraem Cardinalis Forni, eiusdem Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Emi ac Revmi Patres Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, votis quoque inspectis Praelatorum Officialium, re mature perpensa, rescribere censuerunt : *Affirmative, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de his omnibus Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum S. Rituum Congregationis Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua Purpuratorum Patrum sententiam probavit, ac propria manu *commissionem introductionis Causae Servi Dei Eduardi Poppe, sacerdotis saecularis, signare benigne dignata est.*

Datum Romae die 5 aprilis 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

li. **6B s.**

ffi Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

EDMONTONENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Vitalis Iustini Grandin, Episcopi S. Alberti, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Ad Patrem rediturus, Dominus noster Iesus Christus Apostolis suis hoc praeceptum dedit : *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae (Marc.* 16, 15). Iussum Domini fideliter exse-

cuti, Apostoli cunctis gentibus Christi legem nuntiavere. Quorum exemplo praelucente, in fastis Ecclesiae innumeri viri inveniuntur eximia sanctitate fulgentes, qui, spretis periculis, victisque cuiusvis generis difficultatibus, praedicationis officium summo studio impleverunt.

His merito adscribendus est Vitalis Iustinus Grandin, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, Episcopus dioecesis S. Alberti, nunc Edmontonensis, qui nostra aetate tanto cum zelo tantisque collectis fructibus, Evangelium in regionibus Canadiae quae ad septemtrionem et occasum spectant, praedicavit, ut cum praeclaris apostolis populorum germanicorum, sanctis nempe Willibrordo et Bonifatio merito aequari possit.

Vitalis Iustinus Grandin die 8 februarii anno 1829 in pago *St-Pierre-sur-Orthe,* tunc Oenomanensis, nunc Valleguidonensis dioecesis intra fines, nonus e tredecim liberis natus est, eodemque die baptizatus; Parentes ei fuere Ioannes et Maria Veillard, humili quidem condicione, virtute tamen et religione praecellentes.

Domi in Dei timore et in operibus misericordiae exercendis educatus, nono aetatis anno a parocho dignus habitus fuit qui ad mensam eucharisticam admitteretur.

Tantis impulsus exemplis, Dei Famulus summo studio, vitae candore, in Deum ac proximum pietate, oboedientia et docilítate proficere studebat. Parentibus in domesticis curis praesto erat, et in pascendis gregibus rosarium recitare sanctorumque vitas perlegere consueverat.

Fratris Ioannis exemplum sequi cupidus, sacerdotium et ipse inhiabat, probe tamen sciens id assequi se non posse ob oeconomicas familiae angustias, providente vero Deo per dominum Garnier, vicarium curatum loci, qui adulescentem intuitus eiusque candore captus, Iustini desiderium implendum curavit. Auxiliantibus igitur piis mulieribus et ipso Episcopi secretario, in seminarium minus oppidi Pressigné receptus est, ubi pietatis ac diligentiae praeclara specimina dedit. Anno 1850 seminarium maius Cenomanense adivit, postea illud Parisiense Missionum ad exteras gentes, e quo paulo post discessit, novam Congregationem Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae ingressurus; in qua novitiatu rite expleto votisque emissis, missionalem vitam avens, Massiliam profectus est, qua in urbe die 23 aprilis 1854 sacerdotio auctus est. Mox in dioecesim sat magnam S. Bonifatii, in Canadia, profecto, regio ab urbe remotissima prope lacum *Athabaska* ei concredita est, ubi omnia ad vitam necessaria deficiebant omnino. In

tanta annonae miseria, in tantis difficultatibus etiam sermonis discendi quo catechesim christianam autochthonibus traderet, in frigore gelido laetum et hilarem semper se praebuit.

Apostolico zelo incensus, rudes illas gentes fide imbuendas, saepius per impervia itinera, curavit, ita ut admirationem episcoporum Canadensium ultro sibi conciliaverit, qui summum Pontificem Pium nonum enixe rogarunt ut Dei Eamulum episcopum auxiliarem S. Bonifatii constitueret. Munere ex oboedientia suscepto, die 30 novembris 1859, annos natus vigintinovem, Massiliae ab ipso suae Congregationis fundatore Servo Dei,Eugenio de Mazenod, cuius causa beatificationis apud sacram Rituum Congregationem agitatur, episcopus titularis Satalensis consecratus fuit.

In Canadiam reverso latissima missio S. Ioannis Baptistae ei concredita fuit, in qua vires impendit et superimpendit dissitis missionibus visendis, ecclesiis aedificandis, autochthonibus catechizandis, pauperibus sublevandis, siti, fame frigoribusque oppressus. Non enim dici potest quam misera tunc temporis fuerit locorum incolarum condicio : nam et ipsi missionarii venatus piscatusque fructibus, proprio labore et industria comparatis, sese reficiebant.

Ad Capitulum generale suae Congregationis in Galliam se contulit, Romam deinde. Stipe emendicata et quibusdam missionariis adlectis, in Canadiam reversus est, et, anno 1868 Vicariatus Apostolici Saskatchewanensis, nuper erecti, administrator electus, pagum S. Alberti, Vicariatus sedem, ingressus fuit, ubi paupertas, inopia acerrimumque frigus undique urgebant, ac domus episcopalis et cathedralis ecclesia nonnisi parva tuguria lignea erant.

Anno 1871 Vicariatus Saskatchewanensis in dioecesim S. Alberti, nunc Edmontonensis, erectus fuit et Vitalis Iustinus primus episcopus nominatus. Nullis parcens laboribus, felici cum exitu operam dedit fidei dilatandae et firmandae, immigrantibus augendis adiuvandisque, Ecclesiae iuribus defendendis, bellicis furoribus autochthonas inter et advenas sedandis.

Anno 1873 Galliam iterum repetiit valetudinis recuperandae causa; statim vero in Canadiam reversus, post difficultates cuiusvis generis fortiter superatas, seminarium et cathedralem ecclesiam aedificare valuit.

Viribus tandem fractus meritisque cumulatus, die 3 iunii anno 1902 in urbe S. Alberti piissime obdormivit in Domino, morientium sacramentis rite susceptis.

Iustinus Vitalis Grandin, non modo religiosae disciplinae addictissimus insignique pietate praeditus, sed etiam divinae gloriae provehendae studiosissimus, in difficillimis borealium regionum missionibus forma gregis ex animo factus, omnia boni pastoris officia per annos amplius quadraginta constantissime implevit. Insignes eius virtutes omnes admiraban tur, atque sanctitatis fama, qua vivus honestabatur, post mortem crevit lateque diffusa est. Qua perseverante, in episcopali curia Edmontonensi anno 1930 informativus processus, rogatoriales vero in Vicariatu Apostolico de Grouard, atque in curiis episcopalibus Calgariensi, Parisiensi, Principis Alberti et Cenomanensi sunt adornati, omnesque iuxta praxim Romam transmissi.

Servatis omnibus de iure servandis, die 30 aprilis 1935 Sacrorum Rituum Congregatio decretum edidit super scriptis undique collectis et revisis, commissionem vero introductionis Causae Summus Pontifex Pius Papa undecimus sua manu signare benigne dignatus est die 24 februarii anni 1937.

De Apostolicarum inquisitionum, rite absolutarum, validitate per decretum diei 26 iulii 1951 actum est. Die 7 maii 1957 coram Emo ac Revmo Domino Benedicto Cardinali Aloisi Masella, Episcopo Praenestino Causaeque Ponente seu Relatore, Congregatio sacrorum Rituum Antepraeparatoria super virtutibus heroicis Servi Dei habita fuit, quam Praeparatoria die 6 iulii 1965 est secuta ; Generalis vero coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI in Palatio Apostolico Vaticano die 24 maii 1966, in qua idem Emus Cardinalis dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in casu et ad effectum de quo agitur.* De quo Emi ac Revmi Patres Cardinales, sacris tuendis ritibus praepositi, Revmi Praelati Officiales nec non Revmi Consultores theologi suum quisque votum dederunt. Sanctitas porro Sua, omnibus attente perpensis, statim mentem suam aperire dignata est, ac decretum super heroicitate virtutum Servi Dei exarari mandavit.

Hunc vero diem selegit quo, Sacro pientissime litato, ad Se accitis Revmis Cardinalibus Benedicto Aloisi Masella, Causae Ponente seu Relatore, meque infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, item infrascripto eiusdem Sacrae Congregationis Secretario, nec non et Revmo P. Raphaele Perez, O. S. A., Fidei Promotore Generali, solemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Pru-*

dentici, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico Servi Dei Vitalis Iustini Grandin, Episcopi S. Alberti, e Congregatione Missionariorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 decembris a. D. 1966.

ARCADIUS M. Card. **LARRAONA,** *Praefectus*

L. $ S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III

VENETENSIS

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Ioannis Mariae Robert de la Mennais, sacerdotis, fundatoris Instituti Fratrum Instructionis Christianae de Ploërmel et Filiarum a Providentia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Nobilis inter Galliae regiones fidei professione, ingenii vigore, propositorum constantia, indolis bonitate atque ardore in rationibus fidei tuendis, eminet Britannia, quae rerum turbarumque aggressionibus fortiter obstitit, magnaque firmitate libertatem religiosam constanter propugnavit.

Praeclaris viris quos haec regio saepenumero genuit, iure addendus est Ioannes Maria Robert de la Mennais, qui, humilitate dives, mundanos rumores hominumque laudes abhorrens, unice operibus caritatis provehendis, animarumque saluti fovendae intentus, magnam sibi laudem promeruit.

In dioecesi olim S. Maclovii, nunc archidioecesi Rhedonensi, die 8 septembris anno 1780 natus e Petro Ludovico et Gratiana Ioanna Lorin, ipso nativitatis die sacri Baptismi undis est renatus. Pueri educationi praecipue prospexit mater, quae omnigenarum virtutum germina in eius

animum pervigili cura infudit. Ea in iuvenili adhuc aetate orbatus, Ioannis et fratris eius Felicis curam patruus Robert des Saudrais eiusque uxor susceperunt, qui peculiari cura nepotes educarunt. Hinc facile dictu est quanta pietate quantoque studio ad sacram Synaxim primum accesserit.

Primaria litterarum rudimenta ab ipso patruo et a Domino Carré, postea vero a sacerdote praeceptore Ludovico Vielle didicit. Cum pietati studiisque assiduam operam daret, desiderio flagrabat sacerdotes adiuvare, tunc temporis inhumaniter vexatos, atque sacra officia obire impeditos; eos non sine vitae suae discrimine domi occultos detinebat; quibus tamen minime contentus, civitatem undequaque peragrabat ut aegrorum nuntium acciperet, eisque fidei solatia religionisque charismata per sacros ministros ferrentur. Quibus permotus exemplis, Dei Famulus ad statum clericalem amplectendum propensum sese exhibuit, quo ingenio, studiis pietateque ferebatur. Sui voti compos factus, die 25 februarii anno 1804 ab episcopo Rhedonensi ad sacrum presbyteratus ordinem fuit promotus.

Pro viribus adlaboravit ad iuvenes instituendos, quorum utilitati una cum duobus sacerdotibus collegium in ipsa civitate S. Maclovii condidit ac moderatus est, in quo magistri munus etiam obivit. Interim vicarius cathedralis ecclesiae renunciatus, officium ea qua par est diligentia et operositate complevit.

Laboriosissima fuit Dei Famuli vita : iura et privilegia Apostolicae Sedis strenue defendit, validumque sese exhibuit Romanae Ecclesiae doctrinae defensorem.

Graves diuturnique labores Servi Dei vires debilitarunt : inde ad valetudinem recuperandam locum v. La Chesnaie adivit, ibique duobus annis constitit una cum fratre Felice, scientiarum sacrarum cultore studiosissimo. Hic mente concepit ac diu perpendit quidque necessarium existimabat ad sacerdotale ministerium recte sancteque exercendum, et monita spiritualia pro presbyteris elucubravit, quae Servi Dei virtutes eximias ostendunt.

Valetudini tandem restitutus, collegium S. Maclovii iterum repetiit, quod doctrina illustravit donec, in odium catholici nominis, imperiali decreto anno 1812 suppressum fuit.

Re familiari composita post paternae fortunae ruinam, totis viribus studiis incubuit. Episcopus vero Briocensis officium a secretis ei commisit, a Dei Famulo prudentia, sollertia atque fiducia absolutum. Anno 1815, post mortem episcopi, Vicarius Capitularis fuit renunciatus. Per

quinque annos, quibus Briocensi praefuit Ecclesiae, alacriter contendit cleri disciplinam restaurare, fidem pietatemque in populo excitare, Ecclesiae iura fortiter tueri. Pari sollicitudine Dei Famulus erga populum se gessit, cuius saluti procurandae vires impendit et superimpendit : missiones instituit, quarum fructus longe lateque collecti fuere. Nonnullas consociationes pro hominibus mulieribusque variis in locis nec non et sodalitates ad iuventutem instituendam excitavit, collegium denique regale Briocense pristino splendori restituit.

Lutetiam Parisiorum vocatus, a rege Ludovico XVIII Vicarius Generalis apud ((Grande Aumônerie de France » deputatus, arduum munus summa prudentia et sollicitudine gessit, omnibusque in adiunctis iustitiae et religioni maxime consuluit; eiusque cura et prudentia enituit in designandis episcopis Sedi Apostolicae toto corde et animo adhaerentibus, virtute ac sapientiae laude florentibus.

Die 25 iulii anno 1825 Vicarius Generalis dioeceseos Rhedonensis renunciatus fuit.

Anno 1817 in civitate Briocensi iuventutis institutioni christianae consulere cupiens, quosdam postulantes congregavit, ac ita fundamenta iecit Congregationis Fratrum Institutionis Christianae, postea de Ploërmel dictae, quam anno 1819 Congregationi eundem finem habenti, a P. Deshayes conditae, univit ; anno vero 1818 Congregationem Filiarum a Providentia instituit, regulis ab ipso fundatore ditatam, quae, Galliae fines praetergressae, in longinquas etiam regiones peragerunt, ibique floruerunt et adhuc florent. Anno 1825 Congregationem Presbyterorum S. Mevenni condidit, quae post tres annos una facta est cum Congregatione Presbyterorum a S. Petro, cuius regimini frater eius Felix praefuit.

Ioannes praeclaris mentis et animi facultatibus ditatus, institutor et vere apostolus iuventutis exstitit. Una cum fratre Felice assiduam dedit operam eruditioni ac dignitati cleri fovendae, eo praesertim tempore nimis imminutae. Traditam Ecclesiae doctrinam acriter defendit, quando clerus populusque fidelis iniuste vexabantur. Spirituali moralique renovationi Britanniae indesinenter adlaboravit.

Fratris Felicis defectio indignationem et contemptum episcoporum Rhedonensis et Briocensis, nec non cleri et populi in eum movit ; immutabilis vero eius fides et invicta constantia difficultates omnes superarunt, mente et corde Deo unice fixus, ad cuius gloriam et animarum salutem vires expendit.

Fratres in longinquas terrae missiones, gallico gubernio ad hoc invi-

tante, misit, atque ita scholae non tantum in possessionibus Galliae sed etiam in aliis regionibus apertae fuere.

Ultimo suae aetatis tempore, se totum vitae spirituali altius colendae dedicavit. Tandem meritis onustus, spiritum Deo reddidit apud Ploërmel die 26 decembris anno 1860, sacramentis Ecclesiae pie refectus.

Eius fama sanctitatis, qua adhuc vivens honestatus erat, post mortem adeo in dies invaluit ut iudiciales inquisitiones ordinaria auctoritate absolutae fuerint Romamque transmissae.

Instante vero Revmo P. Ludovico Coperé, Societatis Mariae Causaeque legitimo postulatore, die 11 decembris anno 1907 decretum prodiit super scriptis Servi Dei, ut ad ulteriora inoffenso pede procedi posset. Tandem die 22 martii 1911 sanctus Pius Papa decimus Commissionem introductionis Causae propria manu signare benigne dignatus est. Constare deinde de obedientia praestita decretis Urbani Papae VIII, seu super cultu numquam Servo Dei praestito, decreto diei 10 martii 1915 sancitum est. Apostolici postmodum processus adornati sunt super virtutibus et miraculis in specie Servi Dei, quorum validitas decreto diei 5 iunii 1936 recognita fuit.

Quibus omnibus rite expletis, instante Revmo Fratre Gustavo Maria, Instituti Fratrum Instructionis Christianae de Ploërmel, Causae Postulatore, die 23 iulii 1946, in Congregatione Antepraeparatoria de virtutibus theologalibus et cardinalibus in gradu heroico exercitis, disceptatum est. Causae studium exinde Sectioni Historicae S. Rituum Congregationis fuit demandatum ad subortas difficultates explanandas. Quo diligenter expleto, die 25 maii 1965, instante Fratre Gabriele Henrico Potier, eiusdem Instituti Postulatore legitime constituto, habita fuit Congregatio Praeparatoria super virtutibus Servi Dei, ac deinde in Palatio Apostolico Vaticano Congregatio Generalis coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI die 21 iunii anni huius, in qua Emus ac Revmus Dominus Eugenius Cardinalis Tisserant, Episcopus Ostien. Portuen. et S. Rufinae, Causae ponens seu Relator, dubium discutiendum posuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, Revmi Praelati Officiales et Revmi Consultores theologi, quotquot aderant, suum quisque votum protulit.

Quae omnia Beatissimus Pater attente perpendit et statim mentem

suam aperire non dubitavit, et ideo super virtutum Servi Dei beroicitate decretum apparari mandavit.

Hunc vero diem selegit, quo, Sacro piissime litato, ad Se accitis Emis ac Revmis Cardinalibus Eugenio Tisserant, Causae Ponente seu Relatore, meque infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, nec non et item infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario, et Revmo P. Raphaele Perez, O. S. A., Fidei Promotore Generali, solemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non et de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servi Dei Ioannis Mariae Robert de la Mennais, fundatoris Instituti Fratrum Instructionis Christianae de Ploërmel et Congregationis Filiarum a Providentia, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in Actis S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 decembris a. D. 1966.

ARCADIUS M. Card. **LARRAONA,** *Praefectus*

L. $ S.

& Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

IY

TAURINENSIS **SEU** NOVARIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Andreae Beltrami, sacerdotis e Pia Societate Salesiana.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

In oppido vulgo *Omegna* appellato et intra Novariensis dioecesis fines posito, die 24 mensis iunii, anno 1870, ex honestis parentibus Antonio et Catharina, utroque Beltrami cognomine, Servus Dei Andreas Beltrami natus est, decem germanorum primogenitus. Postridie in paroeciali ecclesia sua aquis baptismalibus renatus Andreae Iosephi

nomen accepit. Statim piissima mater primogenitum suum Christo Iesu ac Deiparae Virgini generoso corde devovit, petens ut ipse mori mallet quam peccato foedari; quare verbo et exemplo usque ab eius teneris unguiculis christiana virtute imbuere sategit eum, qui postea, aetate crescens et puer factus, religione bonisque moribus ab optima matre institutus est. Quamvis vero vivido eius mentis ingenio responderet vivacior indoles "animi, tamen pietatis et oboedientiae ea specimina Andreas dedit, ut puer nondum decem annorum, praeter morem suetum, primum ad sacram Synaxim fuerit admissus ; die autem 7 augusti 1881 sacro Chrismate linitus fuit.

In paterna domo tredecim annos transegit ; interim cum laude prima studia in sua terra natali explevit, in quodam laico Collegio; sed, cum ibi litterarum eruditio esset nimis disiuncta ab aeternarum veritatum institutione, Andreas, ne amplius, cum ad caelestia contendere vellet, cogeretur terrena invitus aspicere, die 24 octobris 1883 inter alumnos Collegii S. Philippi, in loco vulgo *Lanzo,* sub moderatoribus et magistris Piae Societatis Salesianae, libenter cooptatus est.

Insuetus vero, ob vivaciorem indolem, inopinatae Collegii disciplinae, initio Superioris monitum meruit; quo tamen audito secumque considerato, suae vitae tenorem ita penitus immutavit, ut mox ceteris iam alius appareret. Quare, oboedientia et docilítate, pietate et caritate, humilitate et temperantia, adeo excellebat, ut cito ad imitandum condiscipulis proponeretur, et piis Ssmi Sacramenti et Sancti Aloisii sodalibus a suis moderatoribus adscriberetur.

Absoluto tandem gymnasii curriculo, responsis et consiliis piorum virorum acceptis, exhortante ipso Sancto Ioanne Bosco, apud quem totius anteactae suae vitae confessionem peregit, spiritualibus exercitiis interpositis, divina opitulante gratia, clare suam agnovit religiosam vocationem; ideoque, summo animi gaudio, post vacationes in paterna domo peractas, de parentum superiorumque licentia, omnibus salutem dixit, et mense augusto anni 1886 a Salesianis sodalibus receptus est; tunc vero, novitiatus domum vix ingressus, statim exclamavit: *Nunc coepi.*

Exinde igitur, in illo Salesiano quasi vallato viridario, quod sanctus Ioannes Bosco plan ta vit rigavitque, et ubi plures, virtute atque sanctitate fragrantés, floruerunt flores, iuvenis Andreas non *abscondit pecuniam domini sui (Mt.* 25, 18), sed exsultans *sicut gigas ad currendam viam (Ps.* 18, 6) suae perfectionis, *consummatus in brevi, explevit tempora multa (Sap.* 4, 13). Merito quidem ipse sanctus Ioannes Bosco,

intuitus eum (Me. 10, 21), dicere potuit, dum Dei Famulus adhuc viveret : *unus et unicus inter omnes est Beltrami.*

Sanctas regulas Salesianas, a se acceptas una cum illo salutari monito *hoc fac et vives (Luc.* 10, 28), Servus Dei ita fideliter in novitiatu observavit, ut a sociis appellaretur *regula « personificata »* ; die vero 2 octobris 1887, coram sancto Fundatore, summa cum laetitia, religiosam professionem emisit.

Deinde studiis philosophicis dedit operam, sed sollicitiorem quidem se praebuit de scientia ac prudentia sanctorum sibi comparanda. Eodem tempore quo ipse discipulus erat, munus magistri, á Superioribus sibi concreditum, humiliter accepit et egregie implevit; interim lyceali, quod vocant, diplomate cum laude est donatus; statimque ad theologicas disciplinas incumbens, simul docebat quoque Latinas Italicasque litteras alumnos ad Piam Salesianam Societatem adspirantes. Superioribus autem volentibus, facultati litterarum et philosophiae in Taurinensi Universitate nomen dedit, una sibi commissum officium instituendi curandique catholicam Universitatis Consociationem gerens; eodem tempore munere fungebatur secretarii infirmi confratris Augusti CzartorysM. At potissimum, omnium virtutum exercitatione, se ad Sacerdotium parabat.

Tot itaque officiis et laboribus debilitatum, anno 1891, phtisi morbo eum esse affectum fuit declaratum ; medicorum igitur iudicio Superiorumque iussu, omnes sedulo curationes ei adhibitae sunt, sed gravis morbus magis saeviebat in dies. Cum nulla iam esset spes valetudinis restaurandae, ne ingravescens morbus ei sacerdotium praeverteret, debitis facultatibus petitis ac dispensationibus impetratis, per varios sacri Ordinis gradus, tandem die 8 ianuarii 1893 Servus Dei Sacerdos Christi est rite inauguratus. Sacerdotio auctus, orationi et meditationi instabat, et Sacro devotissime litando intimam cum Deo coniunctionem servabat. Fide et amore sive in Ssmum Eucaristiae Sacramentum, sive in Deiparam Virginem Auxiliatricem vehementer aestuabat, necnon in Angelos Sanctosque Patronos. Cum ob morbum, magis magisque gravem, nihil sibi videretur extrinsecus agere posse, venia sui moderatoris obtenta, sese Deo humiliter ut victimam obtulit, et iuxta sancti Fundatoris mentem, semper prae oculis habens aeternam animarum salutem, suum sacerdotale ministerium, in aliorum aedificationem conscribendo libros, mirifice exercere valuit.

Per septem annos, in oratione, in lacrimis, in cilicio, acerbos corporis dolores heroica fortitudine toleravit; usque dum, de superiorum con-

sensu, omnibus abiectis medicamentis, divinae voluntati se omnino commisit, et summa sui christiana contemptione, illa singularia verba humillime protulit : *nec mori nec sanari; sed vivam ut patiar.*

Denique, labente mense decembri anni 1897, extremos praesentiens suae vitae dies, sacramentali confessione se munire voluit; die autem 29 eiusdem mensis Sacrum pientissime litavit; dieque sequenti, nempe trigesima decembris, angoribus morbi oppressus, commotione cordis perculsus, suis omnibus sodalibus maerentibus, sancte obdormivit in Domino, septem et viginti annos natus.

Cum eius sanctitatis fama, qua ipse vivens iam fruebatur, post obitum in dies percrebresceret, canonicae inquisitiones in ecclesiastica
Novariensi Curia ordinaria auctoritate sunt peractae; eodemque tem- 1
pore per Litteras Rogatoriales Augustae Taurinorum, Tusculi et Viterbii, iuxta sacros canones, alii fuerunt constructi processus, quorum omnium die 19 augusti 1914 aperitio rite facta est. Servatis autem omnibus de iure servandis, Sacra Rituum Congregatio, scriptis eidem Servo Dei tributis rite perpensis, die 6 iunii 1916, nihil obstare decrevit, quominus ad ulteriora procederetur; et ideo Benedictus Papa XV f e. re., die 28 iulii 1920, sua manu commissionem introductionis Causae signare benigne dignatus est. Cum postea, die nempe 22 martii 1927, agnita esset oboedientia XJrbanianorum Decretorum super prohibito cultu latorum, apostolici processus, super virtutibus et miraculis in specie eiusdem Servi Dei, in archiepiscopali Taurinensi Curia instructi fuere, de quorum validitate latum est decretum die 1 februarii 1939.

Hisce omnibus praemissis, instante Piae Societatis Salesianae Postulatore generali, Congregatio Antepraeparatoria super virtutibus, coram Emo ac Revmo Dno Cardinali Benedicto Aloisi Masella, Praenestino Episcopo et Causae Ponente seu Relatore, die 10 martii 1959 habita est; Praeparatoria vero die 8 iunii praeteriti anni 1965; Generalis tandem, coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI, die 24 maii anni huius volventis, in qua idem Emus Cardinalis Relator dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres Cardinales, Revmi autem Praelati Officiales et Consultores Theologi, quotquot aderant, suum quisque votum protulerunt; et Sanctitas Sua, cuncta suffragia intento animo secutus, men-

tem suam statim aperire non dubitavit; et ideo super virtutum Servi Dei heroicitate decretum apparari iussit.

Hodierno autem die, eucharistico Sacrificio piissime litato, Sanctitas Sua ad Se accitis Emis Cardinalibus, infrascripto Arcadio Maria Larraona, S. Rituum Congregationis Praefecto, et Benedicto Aloisi Masella, Causae Ponente seu Relatore, necnon Revmo P. Raphaele Perez O. S. A., Fidei Promotore Generali, meque item subsignato Secretario, sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Andreae Beltrami, sacerdotis Piae Societatis Salesianae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 decembris a. D. 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. fB s.

ffi Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

V

TAURINENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Ioannae Franciscae a Visitatione (in saeculo Annae Michelotti), fundatricis Congregationis Parvarum Sororum a S. Corde Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctorum exempla et cultus ab Ecclesia Catholica eisdem praestitus, ad eorum suffragia apud Deum promerenda, itemque ad eorum imitationem fideliumque aedificationem procurandam, divinitus ordinantur.

Quare, cum urgente odio magis debeat urgere caritas, Sancta Mater Ecclesia, in hisce nostris plus iracundiae quam pacis temporibus, Christifidelibus proponere vult, in Famula Dei Anna Michelotti, quae, vitam amplexa religiosam, nomen sibi suscepit Ioannae Franciscae a Visitatione, novum caritatis exemplum, ita ut in eam omnes agnoscant Sororem simulque Sororum Matrem, quae ad summa valen ter recurrit, quia ad infima, caritate Christi, descendere valuit, iuxta illud S. Gregorii : *Tunc ad alta caritas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit; et quo benigne descendit ad infima, volenter recurrit ad summa (Regula Pastoralis,* II, 5).

Ideoque pauperum, praesertim infirmorum, tam praecipuam ac sedulam gessit curam, ut, pro adsistentia ipsis infirmis pauperibus, omnino gratuita in eorum domicilio praestanda, *Congregationem Parvarum Sororum a S. Corde Iesu* fundaverit, cuius peculiaris ratio est, ut Sorores Cordi Eucharistico Iesu, qui *egenus factus est cum esset dives (2 Cor.* 8, 9), obsequium praebeant debitum ac perenne.

In nostra igitur aetate, qua saepius homines videntur immoderata rerum cupiditate ac voluptate imbuti, non possunt huiusmodi Sorores, sui omnino oblitae, Deoque prorsus in famulatu pauperum, tum infirmorum, cum omni humana spe destitutorum, sacratae, saltem admirationi non esse : eo magis quod, unice amore Dei laetoque corde, sunt omnia largiri paratae, nihil aliud quaerentes nisi animas Christo lucrifacere.

In civitate Annecio, in gallica Sabaudia regione, ex piis honestisque parentibus, Michaele Telesphoro Michelotti et Petra Mugnier Serand, Serva Dei nata est, die 29 augusti anno 1843 ; postridie sacris baptismi aquis, Annae nomine accepto, est renata. Piissima matre moderatrice, in Domini timore et amore fortiter suaviterque educata, aetate proficiebat et virtute.

Adhuc puella patrem amisit; quapropter maximus fuit luctus et summa praeterea familiae egestas; mater et filia tamen, quamvis tantis essent calamitatibus oppressae, fortes in fide, in manibus Domini suas sortes posuerunt.

Primo fuit Serva Dei duodennis sacra Synaxi refecta ; deinde, comitante matre, coepit infirmos adire pauperes, et eisdem, quamvis ipsamet omnibus esset humanis rebus indigens, at vero divinis divitior, gratis et amore Dei assidere, et egentioribus curationes praebere.

Interea, etiam matre orbata, semper visitare potius quam visitari cupiens, ad pauperum aegrotorum corporum solamen eorumque animarum salutem procurandam, ita, divina opitulante gratia, se pertrahere

verbo et opere sentiebat, ut mox *nubilis puella infirmorum miserorum* appellaretur.

Post nonnullas eius vitae vicissitudines, ortas praesertim ex adversis rei publicae temporibus, Annecii tandem, dum in ecclesia Beatae Mariae Virginis a Visitatione, ubi Sanctorum Francisci Salesii et Ioannae Franciscae de Chantal exuviae devote asservantur, ardentes effundit preces, superno lumine ducta, alienigenam terram petiit, et Augustam Taurinorum anno 1871 pervenit ; ibique, quattuor intermissis annis, quibus orationibus, paenitentiis et misericordiae operibus se dicavit, anno 1875, die sanctis Angelis Custodibus sacro, suum novum Institutum, Taurinensi Archiepiscopo approbante, inchoavit, et una cum aliquot sociabus religiosam vestem assumpsit ac tribus suetis votis peculiare addidit quartum *'.infirmis pauperibus gratuito serviendi.* Quamvis novi huius Instituti exordia, quod initio summa laboravit inopia, non faciliora fuerint, cito tamen plures puellae, Christo in infirmis pauperibus deservire cupientes, laeto animo in illud confluxerunt.

Famula Dei, responsis virorum prudentium et sanctorum consiliis acceptis, praesertim sancti Ioannis Bosco, studiosissima fuit, tum in austera sibi ratione vivendi, qua suum corpus castigare et in servitutem redigere sategit, tum in Sacratissimi Cordis Iesu cultu, verbo maximeque exemplo, suis filiabus confirmandis.

Si vero miseros diligere, Deum est diligere, circa Servae Dei regiam caritatis virtutem tot habentur argumenta quot sunt ab ea refecti pauperes ; tot sunt documenta quot aegros ipsa mirabiliter est consolata et quos simul solandos edocuit ; ad hoc enim *Sorores Parvas* apud Ssmum Iesu Christi Cor, velut ad supereminentem divinae caritatis fontem, convocavit, ut in infirmis pauperibus Domino servientes, et ipsae divina spe gauderent.

Hoc novum Institutum, Serva Dei duce et magistra, variis dioecesibus pervagari valuit; at vero, post eius mortem, fusius propagatum, uberrimos attulit fructus in animarum corporumque pauperum salutem.

Multae tamen fuerunt tribulationes et angustiae, quas in tota sua vita, ex parte quoque suarum propinquarum, Serva Dei passa est; at ipsa, tamquam mulier timens Dominum, *accinxit fortitudine lumbos suos (Prov.* 31, 17), et, uni Deo confisa solumque ab eo enutrita, ita cuncta terrena despicere atque angustias superare valuit, *ut posteris daretur exemplum patientiae eius (Tob.* 2,12) ; necnon humilitatis et prudentiae, iustitiae et omnium ceterarum virtutum tot heroicae probationes, quae sibi suoque nascenti Instituto divinas gratias mirifice conciliaverunt.

Amans nesciri et pro nihilo reputari (De imit. Chr., lib. 1, cap. 2, n. 3), anno 1887 exeunte, hilare obsequuta est in novissimo loco apud suas filias considere, et ibi, per aliquot menses, orationi et silentio constanter intenta, mansit, usque dum, laboribus fracta mentisque plena,- atque Ecclesiae Sacramentis refecta, die 1 februarii anno 1888, sancte obdormivit in Domino.

Super sanctitatis fama longe lateque diffusa, super scriptis ac non cultu, canonici processus, annis 1933-35, ordinaria auctoritate in Taurinensi Curia constructi fuerunt, quorum aperitio rite facta est, die 18 nov. 1935.

Servatis autem omnibus de iure servandis, S. Rituum Congregatio, perpensis scriptis Servae Dei tributis, die 27 nov. 1937, declaravit : *nihil obstare quominus ad ulteriora procederetur;* et ideo Pius Papa XII f e. re., die 6 dec. 1942, propria manu commissionem introductionis Causae signare benigne dignatus est.

Edito postea, die 28 apr. 1944, decreto super cultu numquam praefatae Servae Dei exhibito, et dispensatione ab apostolico processu super sanctitatis fama eiusque continuatione condendo die 13 maii eiusdem anni concessa, tandem, in archiepiscopali Taurinensi Curia, super eiusdem Servae Dei virtutibus et miraculis in specie, die 24 maii 1944, Apostolici instrui coepti sunt Processus, super quorum validitate, post eorundem aperitionem, die 19 apr. 1948, de iure factam, latum est decretum, die 3 febr. 1952.

Hisce omnibus praemissis, Congregatio Antepraeparatoria super praedictae Servae Dei virtutibus, coram Emo ac Revmo D.no Cardinali Benedicto Aloisi Masella, Praenestino Episcopo et Causae Ponente seu Relatore, die 19 nov. 1957, habita est; Praeparatoria vero die 9 febr. praeteriti anni; Generalis tandem, coram Ssmo D.no nostro Paulo Papa VI, die 21 iunii anni huius volventis, in qua idem Emus Cardinalis Relator dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres Cardinales, Revmi Praelati Officiales et Consultores Theologi, quotquot aderant, suum quisque votum protulerunt ; et Sanctitas Sua, cuncta suffragia intento animo secutus, mentem suam statim aperire non dubitavit; et ideo super virtutum eiusdem Servae Dei heroicitate decretum apparari iussit.

Hodierno quidem die, eucharistico Sacrificio piissime litato, Sancti-

tas Sua ad Se accitis Revmis Cardinalibus, infrascripto Arcadio Maria Larraona, S. Rituum Congregationis Praefecto, et Benedicto Aloisi Masella, Causae Ponente seu Relatore, necnon Revmo P. Raphaele Perez O. S. A., Promotore Generali Fidei, meque item subsignato Secretario S. R. C, sollemniter edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Ioannae Franciscae a Visitatione, in saeculo Annae Michelotti, fundatricis Parvarum Sororum a S. Corde Iesu, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 decembris a. D. 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 2 marzo 1967, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **MARIANO MEDINA FEBRES**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Venezuela.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 10 gennaio 1967, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza dell'Emo e Revmo Signor Cardinale Enrico Dante, Ponente o Relatore della Cansa dei Servi di Dio Simone Berneux, Vescovo tit. di Capsa e Vicario Apostolico della Corea, e ventiquattro compagni uccisi nel 1866 e 1867, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sul martirio degli stessi Servi di Dio.

Martedì, 24 gennaio 1967, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Fratel Michele, religioso professo dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

È seguita una Congregazione *ordinaria,* nella quale è stata discussa la introduzione della Causa del Servo di Dio Antonio Maria da Lavaur, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.

Martedì, 7 febbraio 1967, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza dell'Emo e Revmo Signor Cardinale Arcadio Maria Larraona, Prefetto della S. Congregazione dei Riti e Ponente o Relatore della causa di beatificazione del Venerabile Servo di Dio Giuseppe Amando Passerai, sacerdote professo della Congregazione del Ssmo Redentore, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Venerabile Servo di Dio.

Martedì, 21 febbraio 1967, nel Palazzo delle Congregazioni si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare,* nella quale gli Emi Signori Cardinali e i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione della Causa dei Servi di Dio :

1. Egidio Giovanni Laurent, laico professo dei Canonici Regolari di S. Agostino della Congregazione Lateranense ;

2. Claudio López Bru, marchese di Comillas.

Sono state inoltre esaminate le relazioni dei censori teologi su gli scritti dei Servi di Dio :

1. Claudio Granzotto, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori;

2. Isabella Maria del Getsemani (De Clermont-Tonnerre), fondatrice della Congregazione delle Suore Oranti dell'Assunzione;

3. Prassede Fernández, del Terz'Ordine secolare di S. Domenico.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di Sua Santità:

27	febbraio	1965.	Monsig. Goulder Lorenzo (Westminster).
»	»	»	Monsig. Rivers Arturo (Westminster).
8	marzo	1966.	Monsig. Dürig Walter (München und Freising).
6	maggio	»	Monsig. Andzejewski Giuseppe (La Crosse).
13	giugno	»	Monsig. Rodríguez Antonio (Amarillo).
5	luglio	»	Monsig. Sánchez Marqueté Giuseppe Maria (Zaragoza).
11	»	»	Monsig. Lenkewitz Giuseppe (Köln).
»	»	»	Monsig. Finkenzeller Giuseppe (München und Freising).
19		»	Monsig. Connors Edoardo (New York).
»	»	»	Monsig. Jannarone Agostino (New York).
»			Monsig. Kapusta Emilio (New York).
»			Monsig. Mathews Stanislao (New York).
»	»	»	Monsig. O'Keefe Giuseppe (New York).
1	agosto	»	Monsig. Baczkowski Zygmunt Antonio (Winnipeg).
»	»	»	Monsig. Cooney Maurizio Giuseppe (Winnipeg).
	»	»	Monsig. Gervais Gerardo (Winnipeg).
»	»	»	Monsig. Podbielski Girolamo (Winnipeg).
21	»	»	Monsig. Michl Giovanni (München und Freising).
»	»	»	Monsig. McCaslin Edoardo (Omaha).
		»	Monsig. Mickells Antonio (Omaha).
»	»	»	Monsig. Schmitt Francesco (Omaha).
»	»	»	Monsig. Ubrich Romano (Omaha).
»	»	»	Monsig. Lehner Martino (Regensburg).
»	»	»	Monsig. Prem Michele (Regensburg).
26	»	»	Monsig. Côté Paolo Emilio (Chicoutimi).
»	»	»	Monsig. Alonso González Perfetto (Mondoñedo - Ferrol).
29	»	»	Monsig. Sondergeld Giuseppe (Yakima).
30	»	»	Monsig. Schenermann Audomaro (München und Freising).
15	settembre	»	Monsig. Conlon Giacomo (Boston).
»	»	»	Monsig. Desmond Edoardo (Boston).

15 settembre 1966. Monsig. Dowd Edoardo (Boston).
» » » , Monsig. Driscoll Federico (Boston).
» Monsig. Farrel Radolfo (Boston).
» » » Monsig. McDonnell Francesco (Boston).
» Monsig. Missa Giovanni (Boston).
» » » Monsig. Regan Giuseppe (Boston).
» » Monsig. Richard Giuseppe (Boston).
» » Monsig. Horgan Giovanni Vincenzo (Bridgeport). .
» » Monsig. Lynett Gualtiero (Kingston, *Canada).*
» » Monsig. O'Neill Andrea (Kingston, *Canada).*
» Monsig. Spence Francesco (Kingston, *Canada).*
» » Monsig. Walsh Bernardo (Kingston, *Canada).*
19 » Monsig. Peil Rodolfo (Köln).
21 » » Monsig. Cowgill Francesco A. (Anchorage).
» » Monsig. Lunney Giovanni Alberto (Anchorage).
» » Monsig. Kelly Antonio (Johannesburg).
22 Monsig. Sullivan Giacomo (Allentown).
29 » » Monsig. Mugan Filippo (London, *Ontario).*
» » Monsig. Bocanegra Pérez Rodrigo (Malaga).
» » Monsig. Jiménez Cárdenas Raffaele (Malaga).
» Monsig. Novo De Vega Giusto (Malaga).
» Monsig. Parra Grossi Giuseppe (Malaga).
» Monsig. Peña Benigno Giacomo (Malaga).
» » Monsig. Pineda Conde Francesco (Malaga).
6 ottobre » Monsig. McGuin Francesco Giuseppe (Bathurst).
10 » » Monsig. Giuseppe Lapenna (Andria).
» Monsig. Jestin Ernesto (Les Cayes).
12 » Monsig. Hanselmann Clemente (Paderborn).
14 » » Monsig. Gajdas Alberto (Passaic dei Ruteni).
» » Monsig. Powel Giovanni (Passaic dei Ruteni).
22 » » Monsig. Morrison Kenneth (Melbourne).
27 » Monsig. Mac Donald Colin A. (Manchester).
» » Monsig. Olkovikas Alberto (Manchester).
» » » Monsig. Paradis Vilfrido (Manchester).
28 » » Monsig. Achter Martino (Augsburg).
» / » Monsig. Lohr Martino (Augsburg).
29 » » Monsig. Morino Claudio (Acqui).
» » Monsig. Ranaudo Arcangelo (Benevento).
» » Monsig. Aquilina Carmelo (Nicosia).
» » Monsig. Sanna Giovanni (Sassari).
» , » Monsig. Bocconi Martino (Zadar).
31 » » Monsig. Brunson Giovanni (Mobile - Birmingham).
» Monsig. Cullen Tommaso Giuseppe (Mobile-Birmingham).
» Monsig. Foster Edoardo (Mobile - Birmingham).
» » » Monsig. Giri Francesco Giovanni (Mobile - Birmingham).
» » Monsig. Houck Guglielmo (Mobile - Birmingham).
Monsig. McDevitt Antonio Giovanni (Mobile - Birmingham).
» » Monsig. Mullaney Paolo Giuseppe (Mobile - Birmingham).

31	ottobre	1966.	Monsig. Sherman Aroldo Luigi (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Monsig. Sullivan David (Mobile - Birmingham).
4	novembre	»	Monsig. Erbrick Giuseppe Patrizio (Dallas - Fort Worth).
			Monsig. Forliti Roberto Quintilio (Dallas - Fort Worth).
»	»		Monsig. Hartnett Donaldo Alfredo (Dallas - Fort Worth).
»	»		Monsig. Hughes Gerardo A. (Dallas - Fort Worth).
	»		Monsig. McTamney Claro Edoardo (Dallas - Fort Worth).
»		»	Monsig. Szapka Edoardo Giovanni (Dallas - Fort Worth).
11	»	»	Monsig. Arneth Michele (Bamberg).
17	»	»	Monsig. Mungandu Adriano (Lusaka).
19	»	»	Monsig. Chart Edmondo (Saint-Boniface).
5	dicembre	»	Monsig. Billiauw Giuseppe (Bruxelles-Malines).
»	»	»	Monsig. Van den Berghe Bernardo (Bruxelles-Malines).
	»	»	Monsig. Scalia Carmelo (Catania).
			Monsig. Lengeling Emilio Giuseppe (Münster).
»	»	»	Monsig. Eilermann Guglielmo (Osnabrück).
»	»	»	Monsig. Manuguerra Michele (Trapani).
»	»		Monsig. Regina Vincenzo (Trapani).
10	»	»	Monsig. Zik Giovanni (Krk).
16	»	»	Monsig. Guillen Campillo Giuseppe (Cartagena, *Spagna).*
»	»	»	Monsig. López Moreno Carlo (Cartagena, *Spagna).*
	»	»	Monsig. Thaller Michele (Regensburg).
17	»	»	Monsig. Schmidtke Federico (Meissen).
3	gennaio	1967.	Monsig. Hatswell Leone (Wagga Wagga).
»			Monsig. Hayden Brian William (Wagga Wagga).
9	»		Monsig. Avellino de Souza Luigi (Braga).
20	»	»	Monsig. Laharanya Silvestro (Juba).
24		»	Monsig. Melandri Giovanni (Faenza).
8	febbraio	»	Monsig. Cerchi Autari (Roma).
16	»	»	Monsig. Uhaç Giuseppe (Rijeka).
»			Monsig. Tagliaferri Mario (Alatri).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

15	febbraio	1966.	Monsig. Armbruster Giovanni (Berlin).
25	marzo	»	Monsig. Mathes Adolfo (München und Freising).
2	luglio		Monsig. Brodnike Francesco (Köln).
16	»	»	Monsig. Von Hülsen Teodorico (Berlin).
19	»	»	Monsig. Holland Agostino (New York).
»	»	»	Monsig. Kane Roberto (New York).
3	agosto	»	Monsig. Jacobs Pietro (Aachen).
»	»		Monsig. Hermesdorf Paolo (Köln).
»	»		Monsig. Stöttner Vendelino (München und Freising).
»	»		Monsig. Feil Michele (Regensburg).
26	»	»	Monsig. Bouvier Paolo (Lausanne - Genève - Fribourg).
15	settembre	»	Monsig. Douta Silvestro (Manila).
»	»	»	Monsig. Pierini Piero (Senigallia).
	»	»	Monsig. Schlieper Walter (Köln).
»	»	»	Monsig. Wiegand Giorgio (Köln).
27	»		Monsig. Parakal Antonio (Ernakulam).

29	settembre	1966.	Monsig. Figredo Benedetto A. W. (Madras and Mylapore).
»			Monsig. Kottaram Giovanni (Madras and Mylapore).
»	»	»	Monsig. Travaglianti Giuseppe (Patti).
6	ottobre	»	Monsig. Gosso Guido (Saluzzo).
»	»	»	Monsig. Oasarsa Mario (Udine).
10	ottobre	»	Monsig. D'Angelo Giuseppe (Andria).
	»	»	Monsig. D'Aria Giuseppe (Andria).
		»	Monsig. Doria Michele (Andria).
»		»	Monsig. Roberto Giuseppe (Andria).
	»	»	Monsig. Zaccagni Giuseppe (Andria).
	»		Monsig. Malacalza Pietro (Bobbio).
			Monsig. -Tosi Michele (Bobbio).
»	»		Monsig. Verecondia Francesco (Piana degli Albanesi).
12		»	Monsig. Boccanera Giacomo (Camerino).
		»	Monsig. Gioggi Amedeo (Camerino).
		»	Monsig. Scuppa Luigi (Camerino).
»	»		Monsig. Angeli Roberto (Livorno).
	»		Monsig. Brechmann Enrico (Paderborn).
	»	»	Monsig. Knauer Giovanni (Paderborn).
	»		Monsig. Lillteich Enrico (Paderborn).
»			Monsig. Steinhoff Antonio (Paderborn).
»	»	»	Monsig. Wand Ermanno (Paderborn).
.14:		»	Monsig. Badini Salvatore (Nepi e Sutri).
»			Monsig. Dolinay Tommaso (Passaic dei Ruteni).
»	»		Monsig. Firczak Paolo (Passaic dei Ruteni).
»			Monsig. Moneta Roberto (Passaic dei Ruteni).
17	»		Monsig. Faber Pietro (Trier).
»	»		Monsig. Vogels Guglielmo (Trier).
22			Monsig. Acquistapace agostino (Como).
»	»	»	Monsig. Moschettini Giuseppe (Lecce).
	»	»	Monsig. Bandini Bruno (Rieti).
			Monsig. Micheletti Nello (San Miniato).
		»	Monsig. Giglioli Alberto (Siena).
26	»		Monsig. Casini Mario Stefano (Firenze).
			Monsig. Chiaroni Angelo (Firenze).
		»	Monsig. Fuccini Bruno (Firenze).
»			Monsig. Guicciardini Corsi Salviati Corso (Firenze).
»		»	Monsig. Morozzi Elio (Firenze).
		»	Monsig. Piovanelli Silvano (Firenze).
			Monsig. Pulidori Renzo (Firenze).
»	»		Monsig. Di Filippo Ettore (Teramo).
			Monsig. Coelho Lopes Emanuele (Viseu).
»			Monsig. Es'teves Correia Antonio (Viseu).
27	»		Monsig. Gernat Davide A. (Buffalo).
	»		Monsig. Déselos Leone (Manchester).
		»	Monsig. Mulvee Roberto (Manchester).
		»	Monsig. Brenkle Giovanni Giacomo (Santa Rosa in California).
»	»		Monsig. O'Hare Giovanni Giuseppe (Santa Rosa in California).

28	ottobre	1966.	Monsig.	Eberle Adolfo (Augsburg).
»		»	Monsig.	Hirsch vogl Giuseppe (Augsburg).
»			Monsig.	Lutz Ermanno (Augsburg).
»		»	Monsig.	Ott Giuseppe (Augsburg).
	»		Monsig.	Schönmetzier Francesco (Augsburg).
»			Monsig.	Palombella Adolfo (Matera).
29	»	»	Monsig.	Maunier Feiice (Réunion).
31	»	»	Monsig.	James Guglielmo R. (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Monsig.	Lipscomb Oscar Ugo (Mobile - Birmingham).
»	»	»	Monsig.	Nunan Tommaso Michele (Mobile - Birmingham).
4	novembre	»	Monsig.	Tassini Francesco (Città della Pieve) .
»		»	Monsig.	Mäher Edoardo Riccardo (Dallas - Fort Worth).
»		»	Monsig.	McGill Enrico (Dallas - Fort Worth).
»			Monsig.	Giamperoli Aroldo (Pesaro).
7		»	Monsig.	Felber Francesco (Graz-Seckau).
»	»		Monsig.	Köllner Giorgio Paolo (Mainz).
9			Monsig.	Oonese Francesco Saverio (Matera).
11		»	Monsig.	Unger Francesco (Graz-Seckau).
»		»	Monsig.	Weinberger Rodolfo (Linz).
	»		Monsig.	Rizzo Ezio Luigi (Padova).
»	»	»	Monsig.	Gruber Francesco (Wien).
12	»	»	Monsig.	Bugerà Giovanni (Lwów degli Ucraini).
17	»	»	Monsig.	Porcaro Antonio (Palermo).
19	»	»	Monsig.	Brasil Pamfilo (Jaro).
»	»	»	Monsig.	Buenaflor Giuseppe (Jaro).
		»	Monsig.	Mártires Cicerone (Jaro).
»	»		Monsig.	Suero Domenico (Jaro).
			Monsig.	Sandtel Agostino (Osnabrück).
»	»	»	Monsig.	Thiessen Giovanni (Osnabrück).
	»		Monsig.	Von de Berg Giuseppe (Osnabrück)
25	»	»	Monsig.	Herwig Francesco (Limburg).
»	»	»	Monsig.	Fumi Giuseppe (Montepulciano).
30		»	Monsig.	Oomen Giovanni Cornelio (Breda).
5	dicembre		Monsig.	Ricchena Francesco (Catania).
»	»	»	Monsig.	Leonardi Mario (Como).
»	»	»	Monsig.	Castiglione Luigi (Trapani).
»	»		Monsig.	Grammatico Francesco (Trapani).
	»	»	Monsig.	Taranto Diego (Trapani).
8		»	Monsig.	Gentili Licinio (San Severino).
»		»	Monsig.	Marcaccini Otello (San Severino).
10	»	»	Monsig.	Stolwijk Engelberto (Haarlem).
13	»	»	Monsig.	Di Venanzio Agostino (Sabina e Poggio Mirteto'.
16	»	»	Monsig.	Brandenburg Uberto (Osnabrück).
»	»	»	Monsig.	Breuer Giovanni Ermanno (Osnabrück).
»		»	Monsig.	Meindl Massimiliano (Regensburg).
»	»		Monsig.	Merl Goffredo (Regensburg).
21	»	»	Monsig.	Jacobs Werner (Fulda).
»	»		Monsig.	Scholz Francesco (Fulda).

9	gennaio	1967.	Monsig. Vaz Coutinho Emmanuele (Braga).
	»	»	Monsig. Oelotto Sebastiano (Padova).
»	»	»	Monsig. Schleicher Giuseppe (Regensburg).
12	»	»	Monsig. Cavalieri Giuseppe (Genova).
17	»	»	Monsig. Mele Domenico (Venosa).
23	»		Monsig. Hermann Francesco (Freiburg im Breisgau).
24	»	»	Monsig. Babini Giuseppe (Faenza).
»	»	»	Monsig. Babini Remo (Faenza).
»	»	»	Monsig. Della Casa Domenico (Faenza).
	»	»	Monsig. Liverani Luigi (Faenza).
	»	»	Monsig. Vale Giorgio (Udine).
27	»	»	Monsig. Pieragostini Primo (Ascoli Piceno).
	»	»	Monsig. Cagol Giuseppe (Trento).
14	febbraio	»	Monsig. Bisoglio Pietro (Casale Monferrato).
»	»	»	Monsig. Ferrari Francesco (Casale Monferrato).
	»		Monsig. Minazzi Oreste (Casale Monferrato).
»		»	Monsig. Martello Costante (Padova).
»	»		Monsig. Silvan Romeo (Padova).
		»	Monsig. Amatori Aldo (Pesaro).
»	»	»	Monsig. Diamantini Bruno (Pesaro).
»	»	»	Monsig. Renzi Marino (Pesaro).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

15	settembre	1966.	Monsig. Englaro Carlo (Udine).
»	»	»	Monsig. Freschi Plinio (Udine).
7	novembre	»	Monsig. Hoffmeier Giuseppe (Wien).
9	dicembre	»	Monsig. Abresch Pio (Bologna).
21	»	»	Monsig. Luppi Aldino (Modena).
»		»	Monsig. Toni Bruno (Modena).
18	gennaio	1967.	Monsig. Moramarco Vincenzo (Altamura e Acquaviva < Fonti).
»	»	»	Monsig. Pavat Mario (Poreé i Pula).
6	febbraio	»	Monsig. Capek Velimir (Zagreb).

Cappellani segreti d'onore di Sua Santità:

17	settembre	1966.	Monsig. Menegardi Bruno (Mantova).
5	dicembre		Monsig. Baldassi Luigi (Roma).

Cappellani d'onore « extra Urbem » *di Sua Santità :*

21	dicembre	1966.	Monsig. Maselli Giulio (Modena).
»	»	»	Monsig. Messori Lino (Modena).

An. et vol. LIX 15 Aprilis 1967 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad Episcopos, ad Sacerdotes, ad Religiosos, ad Christifideles totius Catholici Orbis, itemque ad universos bonae voluntatis homines: de populorum progressione promovenda.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1. POPULORUM PROGRESSIO, qui maxime ab iniuria f amis, egestatis, morborum domesticorum, ignorationis rerum abesse nituntur; qui largiorem bonorum societatem ab humanitate vitae profectorum expetunt, atque humanas suas proprietates postulant in opere ipso pluris aestimari ; qui denique ad maiora incrementa constanter mentes intendunt: horum videlicet populorum progressio a catholica Ecclesia alacri et erecto animo spectatur. Cum enim, post Concilium Oecumenicum Vaticanum II conclusum, Ecclesia clarius etiam altiusque iudicavisset et expendisset quid hac de re Christi Iesu Evangelium flagitaret, suum esse duxit hominibus magis etiam egregiam navare operam, ut non modo gravissimae huius quaestionis ii momenta omnibus vestigiis indagarent, sed etiam sibi per-

suaderent, hac summi discriminis hora, communi omnium actione vehementer opus esse.

2. Decessores Nostri Leo XIII, scriptis Litteris Encyclicis ***Rerum Novarum,***[1] Pius XI missis Encyclicis ***Quadragesimo anno,***[2] atque — ut nuntios praetereamus a Pio XII ad universas gentes radiophonice directos[3] — Ioannes XXIII, datis Encyclicis ***Mater et Magistra**** et ***Pacem in terris,***[5] pro sui muneris partibus, haud quaquam intermiserunt, quin, tam praeclaris editis actis, Evangelii luce sociales huius temporis quaestiones illustrarent.

3. Illud hodie maxime interest omnes pro certo habere ac veluti sentire, socialem quaestionem nunc ad universam coniunctionem inter homines hominum magnopere pertinere. Quod Decessor Noster rei. rec. Ioannes XXIII positis ambagibus asseveravit,[6] et Concilium Vaticanum II edita Constitutione pastorali de Ecclesia in mundo huius temporis comprobavit.[7] Quarum praeceptionum cum gravissimum sit pondus et momentum, iis propterea mature parere necesse prorsus est. Fame laborantes populi hodie divitiis praepollentes populos miserabili quadam voce compellant. Quapropter Ecclesia, anxiis huiusmodi clamoribus quodammodo cohorrescens, singulos omnes vocat, ut amore impulsi quasi fratribus opem implorantibus tandem suas dedant aures.

1 Cf. Acta Leonis XIII, 1892, pp. 97-148.

2 Cf. A.A.S., XXIII. 1931, pp. 177-228.

3 Cf. e. g. Nuntius radiophonicus, datus die 1 mensis Iunii anno 1941, quinquagesimo exeunte anno a Litteris Encyclicis *Rerum novarum* SL Leone XIII datis, A.A.S., XXXIII, .1941, pp. 195-205; Nuntius radiophonicus, datus prid. Nativ. D.N.I.C anno 1942, A.A.S., XXXV, 1943, pp. 9-24; Allocutio catholicae Sodalitati Operariorum Italicorum, ob commemorationem Litt. Encycl. *Rerum novarum* congressae, habita die 14 mensis Maii anno 1953, A.A.S., XLV, 1953, pp. 402-408.

* Cf. A.A.S., LUI, 1961, pp. 401-464.

s Cf. A.A.S., LV, 1963, pp. 257-304.

6 Cf. Litt. Encycl. *Mater et Magistra,* A.A.S., LUI, 1961, p. 440.

7 Cf. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis. *Gaudium et spes,* n. 63, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1084.

4. Antequam catholicae Ecclesiae gubernacula Nobis permitterentur, susceptis itineribus sive in Americam australem anno MDCCCCLX, sive in Africam anno MDCCCCXXII, odiosas difficultates ipsi animadvertimus, quibus continentes illae terrae, alioqui et corporis et animi viribus divites, implicaren tur et veluti circumvallarentur. Postquam vero, ad Summum Pontificatum electi, omnium Patris locum adepti sumus, cum in Palaestinam et in Indiam Nos contulissemus, quasi oculis et manibus experti sumus, quantum oneris et laboris illis populis antiquitus humanitate excultis esset sustinendum, ut ad progressionem rerum suarum contenderent. Accedit etiam quod, fere in Concilii Vaticani II exitu, rerum adiuncta disponente Deo, licuit Nobis sedem omnium Consociatarum Nationum petere, ibique, veluti in honestissimo Areopago, populorum pauperiorum causam publice suscipere.

5. Extremum, ut simul optata Concilii efficeremus, simul ostenderemus quantopere Apostolica Sedes iustae atque magnae causae faveret populorum ad progressionem nitentium, recens Nostrarum esse partium censuimus, ad cetera Romanae Curiae primaria officia Pontificiam Commissionem adicere, quae ***sibi proponit populum Dei universum excitare ad plenam adipiscendam conscientiam muneris sibi hisce temporibus demandati; ita quidem, ut hinc pauperiorum populorum progressus promoveatur, ac socialis iustitia inter nationes foveatur, illinc vero subsidia nationibus minus progressis praebeantur, quorum ope eaedem incrementis suis per se ipsae consulere possint*** [8] Quae Commissio a ***Iustitia et Pace*** iam appellationem, iam agendarum rerum indicem consecuta est. Ad huiusmodi autem cogitatas res efficiendas non dubitamus, quin cum filiis Nostris catholicis cumque fratribus christianis homines quiviscumque bonae voluntatis suos conatus, suos labores consociare velint. Quamobrem graviter omnes uni-

[8] Litt. Apost, motu proprio datae, *Catholicam Christi Ecclesiam,* A.A.S., LIX, 1967, p. 27.

versos hodie hortamur, ut, collatis consiliis, compositis operibus, eo contendant, ut sive singulus quisque homo plene excolatur, sive hominum coniunctio communiter progrediatur.

1

6. Nostris hisce diebus dum homines id appetere videmus, ut exploratius inveniant quo alantur, quo aegroti curentur, quo firmiter occupati teneantur; ut ab omni vexatione tuti, ab omnique liberi deformitate, hominis dignitatem labefactante, maiora in dies de se praestare possint; ut se doctrina magis expoliant: hoc est, ut magis operentur, discant, possideant, ut ideo pluris valeant; interea magnam eorum partem videmus in eiusmodi vitae condicionibus versari, quae iustas eorum appetitiones frustrentur. Ceterum populi, qui recens suis legibus suisque iudiciis uti coeperunt, quasi necessitate cupiunt ad civilem adeptam libertatem sociales et oeconomicos processus addi, homine dignos suisque viribus sibi partos, ut primum cives iusta incrementa, uti homines, capiant, ut deinde ipsi in nationum consortione debitum sibi locum consequantur.

7. Licet ad arduum huiuscemodi gravissimumque perficiendum opus, quae a praeteritis temporibus quasi hereditate acceptae sunt opes, satis non sint, omnino tamen deesse eae non sunt dicendae. Fatendum sane est, nationes colonico more populos quosdam regentes nihil nonnumquam nisi sua commoda, suum imperium, suam gloriam quaesivisse, atque, dicione deposita, eas terras in dispari rerum oeconomicarum condicione reliquisse, utpote quae, ut exemplum supponamus, in unius culturae genere consisteret, cuius fructuum pretia essent maximis et repentinis mutationibus obnoxia. Sed quamquam suscipiendum est, ex ***colonialismo,*** quem appellant, aliqua maleficia manavisse, unde alia postmodo nocumenta orta sunt, necesse tamen est grato animo colonorum agnoscere laudes, quippe qui, doctorum technicorumque adhibitis artibus, in non paucas

horridiores terras vera contulerint benefacta, quorum adhuc utilitates constant. Quamvis enim machinales structurae, quas nationes eaedem reliquas ibi fecerunt, non sint expletae absolutaeque existimandae, per eas tamen fieri potuit, ut inscitia et morbi inde recederent, ut populis illis opportuni commeatus paterent, ut vitae denique status procederet.

8. Porro tametsi ea quae modo exposuimus concedenda plane sunt, perspicuum tamen est, machinales eiusmodi structuras non idoneas prorsus esse ad gravem rerum oeconomicarum statum nostris diebus subeundum. Nisi enim machinalis, quae hodie obtinet, civilium rerum ratio consilio quodam temperetur, necessario sequitur, ut populorum inaequalitates, quod ad bonorum incrementa, nedum tollantur, potius ingravescant: atque idcirco ditiores nationes festinatos habeant processus, egentiores vero populi nonnisi lente proficiant. Quae civitatum inaequalitates cotidie magis augentur, cum aliae esculentas merces copiosiores quam pro numero civium fundant, aliae vero vel iis indigne egeant, vel, quas ipsae paucas fuderint, in incerto habeant, an ad reliquas nationes exportare possint.

9. Eodem autem tempore de rebus socialibus contentiones per universum fere mundum serpserunt. Atque perturbationes, quae in regionibus ad artes operosas spectantibus pauperiores civium classes circumvaserunt, etiam in regiones mearunt, quarum res oeconomicae in agrorum cultura fere unice positae sunt; ita ut ipsi ruricolae hodie ***miserae calamitosaeque fortunae**** suae conscii sint. Adde eodem et illud, quod indignae illae atque invidiosae inaequalitates, de quibus loquimur, non solum ad bonorum possessionem, sed magis etiam ad imperii functionem attinent. Fit enim in quibusdam territoriis ut, dum pauci et optimates cultu mollissimo fruuntur, interea egentes ac dissipati per agros incolae ***omni paene possibilitate careant***

[9] Cf. Leonis XIII Litt. Encycl. *Rerum novarum,* Acta Leonis XIII, XI, 1892, p. 98.

***propria initiativa ac responsabilitate agendi, saepe etiam in condicionibus vitae et laboris persona humana indignis versantes.*™**

10. De reliquo quoniam traditus humanitatis cultus cum humano cultu pugnat novissime in artificia meritoria inducto, utique accidit, ut sociales structurae ab horum dierum necessitatibus discrepantes fere comminuantur. Quare dum adultae aetatis homines in illius humani cultus quasi provincia, saepe saepius angusta, sive singulorum sive familiarum vitam esse collocandam putant, ab eaque nunc non esse discedendum opinantur, interim iuvenes se ab eadem removent, quam uti vanum quendam obicem iudicant, ne sitienter ad novas vitae socialis rationes progrediantur. Ex qua quidem inter duas aetates conflictione tristis ea civibus fertur condicio, ut aut instituta et opiniones maiorum servent, et vitae socialis auctus missos faciant; aut technicorum artes excultioresque consuetudines peregre invectas amplexentur, et maiorum instituta relinquant, humanitate uberrima. Re autem vera saepenumero videmus morales, spirituales, religiosas quorundam provectioris aetatis hominum vires difficultatibus inflecti, neque eos illud consequi, ut in novum huiusmodi mundum se insinuent.

11. In re tam trepida, quidam magnificis sed dolosis eorum pollicitationibus vehementer inescantur, qui se veluti alteros Messias iactant. Ex quo quis non videat, quot pericula efferantur, ne multitudinis conversiones erumpant, ne turbae seditiosae concitentur, ne consilia gliscant ad unius dominatum pertinentia? En igitur quaestionis, de qua agimus, variae partes, quarum pondus ac momentum neminem profecto fugere censemus.

12. Praeceptorum et exemplorum Conditoris sui Christi servantissima, qui mandatum sibi divinitus delatum eo argumento

io Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes.* *u.* 63, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1CS5.

probabat quod ***pauperes evangelizar entura*** catholica Ecclesia numquam populorum, in quibus christianam fidem sevisset, humanos etiam profectus promovere omisit. Catholici enim Missionales una cum sacris aedibus, domos hospitales, valetudinaria, scholas, studiorumque universitates eo locorum exstruenda curaverunt. Cumque iidem autochthones docerent quibus modis maximas utilitates e suae terrae opibus caperent, eos propterea ab alienigen arum cupiditate saepe tutos fecerunt. Non infitiamur quidem eorum opera, uti hominum, manca aliquando videri potuisse, eorumque aliquos et vivendi et cogitandi rationes, suae patriae proprias, cum vero Christi nuntio commiscere nonnumquam potuisse. Attamen simul populorum illorum instituta non modo coluerunt, sed etiam altius provexerunt; ita scilicet ut de ipsis non pauci in primorum virorum numero habendi sint, qui plurimum ad incrementa sive bonorum sive doctrinarum contulerint. Quod ut pro certo habeatur, exemplum supponere satis sit Religiosi viri Caroli de Foucauld, qui ob suam caritatem dignus est existimatus, quem ***omnium Fratrem*** appellarent, quique aureum linguae Tuaregiae lexicon scripsit. Hisce de causis Nostrarum esse partium ducimus, debito honore augere sive eos viros qui, divini Redemptoris amore impulsi, veluti eius praenuntii sunt putandi, aequo saepius ignorati, sive eos qui, illorum exempla aemulati, vestigia persecuti, nostro etiam tempore se iis quodammodo in magnanimam gratuitamque servitutem dicant, quibus Christi Evangelium nuntiant.

13. Sed quae hodie in illis terris cum a singulis tum a plurimis suscipiuntur incepta, iam satis ad rem non sunt, cum praesens mundi status communem omnium operam postulet, quibus universae rerum oeconomicarum, socialium, spiritualium atque doctrinarum facies sint dilucide perspectae. Quapropter Christi Ecclesia, iam rerum humanarum peritissima, iam ab omni civitatum administrandarum parte longissime aliena,

« Cf. Lc. 7, 22.

unum tantum intendit: nempe, Spiritus Paracliti ductu, opus ipsius continuare Christi, qui in mundum venit, ut testimonium perhiberet veritati (cf. Io. **18, 37),** *ut salvaret, non ut indicaret, ut ministraret, non ut sibi ministraretur* (cf. Io. **3, 17; MT**. 20, 28; Me. **10,** 45).[12] Cum enim Ecclesia eo consilio condita sit, ut iam nunc hisce in terris *regnum caelorum* constituat, non autem ut potestatem terrestrem obtineat, aperte asseverat, duas potestates esse alteram ab altera distinctas, atque utramque auctoritatem, ecclesiasticam dicimus et civilem, esse in genere suo supremam.[13] Verumtamen, quoniam Ecclesia inter homines reapse versatur, ei idcirco *officium incumbit signa temporum perscrutandi et sub Evangelii luce interpretandi.*[14] Hinc, siquidem Ecclesiae cum hominibus meliores appetitiones sunt coniunctae, eidemque magnus dolor inuritur, quod eorum spes saepe ad irritum cadunt, has ob causas iis adesse excupit, ut maximis auctibus crescant, cuius rei gratia, id ipsis proponit, quod uni sibi est proprium, hoc est, universalem sive hominis sive rerum humanarum conspectum.

14. Progressio, de qua loquimur, non unice ad rei oeconomicae incrementum contendit. Nam, ut vera dici possit, eadem integra sit oportet: scilicet cuiuslibet hominis ac totius hominis profectui consulere debet. Qua de re egregius vir quidam, in hac disciplina versatus, iure merito haec prae se tulit : *nobis id minus probatur, rationem oeconomicam a ratione humana disiungi, aut a civili cultu, ad quem pertinet, seorsim considerari. Nostra sententia, magni aestimandus est homo, quivis homo, quaevis hominum congregatio, atque etiam universa hominum societas.*[15]

is CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 3, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1026.

is Cf. LEONIS XIII Litt. Encycl. *Immortale Dei,* Acta Leonis XIII, V, 1885, p. 127.

i* CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 4, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1027.

is Cf. L. J. LEBBET, O. P., *Dynamique concrète du développement,* Paris, Economie et Humanisme, Les éditions ouvrières, 1961, p. 28.

15. Ex divino consilio, quilibet homo ad sui ipsius profectum promovendum natus est, cum cuiusvis hominis vita ad munus aliquod a Deo destinetur. Inde enim a nativitate unicuique insita sunt facultatum virtùtumque germina, quae excolenda sunt, ut fructus edere possint; plena autem eorum maturitas, quam homo adipiscitur sive educatione in suo ipsius sociali convictu sive suo proprio nisu, efficiet ut singuli ad finem contendant sibi a Creatore praestitutum. Intellectu ac libertate praeditus, homo in se periculum cum sui ipsius profectus, tum suae salutis recipit. Adiutus et quandoque etiam impeditus ab iis qui eum instituunt ac circumstant, unusquisque, quantumcumque apud eum valent externae sollicitationes, sortis suae prosperae vel inf elicis praecipuus artif ex exstat ; ac solummodo ingenii voluntatisque vires intendens, quivis homo potest humanitate crescere, plus plusque valere, seipsum perficere.

16. Huiusmodi autem personae humanae incrementum non in hominis arbitrio positum est. Quemadmodum res creatae universae ad Conditorem suum ordinantur, ita creatura ratione praedita officio tenetur vitam suam ad Deum, veritatem primam supremumque bonum, sua sponte dirigendi. Quare hic personae humanae profectus quasi officiorum nostrorum summa putanda est. Huc accedit quod pulchra huiusmodi naturae humanae cohaerentia, quam singuli labore suo suique officii conscientia ducti magis magisque perficiunt, ad superioris dignitatis gradum destinatur. In Christum vivificantem insertus, homo novum vitae augmentum accipit, et quendam ***humanismum,*** uti vocant, attingit, qui eius naturam transcendit, eique maximam vitae plenitudinem confert ; ad quam, veluti ad supremum suum finem, profectus hominis spectat.

17. Sed quilibet homo membrum societatis est, atque adeo ad universam hominum consortionem pertinet. Quapropter non hic vel ille dumtaxat homo, sed omnes prorsus ad plenam totius humanae societatis progressionem promovendam vocantur. Omnes civilis cultus formae oriuntur, florent, atque occidunt.

At quemadmodum maris Auctus, aestu crescente, alius alio ulterius litus invadunt, haud secus, in historiae cursu, humanum genus procedit. Nos, qui superioribus aetatibus quasi quidam heredes successimus, quique ex aequalium nostrorum labore fructus percepimus, universis prorsus hominibus obligati sumus. Hanc ob causam fas non est nobis omnem curam eorum dimittere, per quos, nobis vita functis, in posterum humana familia amplificabitur. Mutua universorum hominum necessitudo, quae res vera est, nobis non modo beneficia confert, sed etiam gignit officia.

18. Quae singulorum hominum ac totius humani generis progressio in discrimen adduci possit, nisi rectus praestantiorum bonorum ordo pro suo momento aestimetur. Cum hominis studium necessaria sibi bona parandi profecto sit legitimum, sequitur ut labor ipse, quo bona illa nobis proveniunt, se vertat in officium : ***si quis non vult operari, nec manducete*** Sed terrestrium bonorum adeptio homines perducere potest ad immoderatam cupiditatem, ad copiosiores usque opes appetendas, ad voluntatem potentiae suae adaugendae. Singulorum hominum, familiarum, nationumque avaritia non minus tenuiores quam locupletiores afficere potest, et utrosque ad ***materialismum,*** quem dicunt, impellere, animos opprimentem.

19. Augescens in dies bonorum copia neque a populis neque a singulis hominibus ita existimanda est, ut pro supremo fine habeatur. Quaevis enim progressio ad utramque partem valet; hinc necessaria homini est, ut magis magisque humanitate crescat, illinc hominem ipsum quasi in vinculis detinet, si ut supremum bonum appetatur, ultra quod prospicere non liceat. Quod postremum si accidat, corda occallescunt, animi ad alios nullo modo patent, atque homines non iam se congregant amicitiae fovendae causa, sed utilitatis adipiscendae ; propter quam iidem facile inter se opponuntur atque disiunguntur. Quam ob

i[16] *2 Thes.,* 3, 10.

rem sola oeconomicorum bonorum conquisitio non modo prohibet, quominus homo humanitate crescat, sed eius etiam germanae granditati adversatur. Cum enim nationes tum homines, qui avaritiae labe inficiantur, mores minus progressos quam manifestissime ostendunt.

20. Quodsi ad progressionem promovendam necessarii sunt technici viri in dies numero crebriores, multo magis requiruntur viri sapientes, ad cogitandum acuti, qui ad novum ***humanismum*** investigandum se conferant, vi cuius nostrae aetatis homines, praestantissima bona amoris, amicitiae, precationis et contemplationis in se recipientes,[17] se ipsos quasi invenire possint. Quae si praestita erunt, plane atque integre perfici poterit veri nominis progressio, quae scilicet in eo sita est, ut sive singuli sive universi homines a minus humanis vitae condicionibus in humaniores transeant.

21. In vitae vero condicione minus humana versari dicendi sunt : primum qui aut tali inopia rerum premuntur, ut vel minimo subsidio careant ad vitam necessario, aut morali egestate fere comminuuntur, quam ob nimium sui amorem, sibimetipsis attulerint; qui deinde civitatis structuris vexantur, quas vel pravus proprietatis imperiive usus, vel quaestus ex operariorum labore dolose perceptus, vel iniustae negotiationes creaverint. Ex contrario adeptas humaniores vitae condiciones satis perspicue significant: primum ab egestate ad bonorum necessariorum possessionem processus, maiorum socialium depulsio, latior rerum cognitio, ingenii culturae adeptio; deinde aucta alienae dignitatis aestimatio, propensio ad paupertatis studium,[18] conspiratio ad bonum commune, pacis voluntas; tum agnita ab homine suprema bona, agnitusque ipse Deus, eorundem bonorum auctor et finis ; postremo ac praesertim fides, Dei donum,

[17] Cf. e. g. J. MARITAIN, Les *conditions spirituelles du progrès et de la paix,* in libro qui inscribitur *Rencontre des cultures à l'UNESCO sous le signe du Concile œcuménique Vatican II,* Paris, Marne, 1966, p. 66.

is Cf. MT., 5, 3.

a bonae voluntatis hominibus acceptum, animorumque coniunctio in caritate Christi, qui nos advocat, ut non secus atque filii vitam Dei viventis, omnium hominum Patris, participemus.

22. Iam in prima Sacrarum Scripturarum pagina haec verba legimus : ***Replete terram et subicite eam;***[19] quibus docemur, res mundi universas pro homine creatas esse, eique id muneris esse concreditum, ut ingenii sui viribus earum momentum proferat, easdemque suo labore suaeque utilitatis causa absolvat atque perficiat. At si terra eo fine condita est, ut singulis hominibus sive necessaria ad victum sive progressionis instrumenta suppeditet, hinc sequitur, cuilibet homini ius esse, ut quae sibi necessaria sint, ex ea percipiat. Cuius rei memoriam Concilium Oecumenicum Vaticanum II hac sententia redintegravit : ***Deus terram cum omnibus quae in ea continentur in usum universorum hominum et populorum destinavit, ita ut bona creata aequa ratione ad omnes affluere debeant, iustitia duce, caritate comite***[20] Huic normae cetera iura omnia, quaecumque ea sunt, ne proprietatis quidem et liberi commercii iuribus exceptis, sunt postponenda, quin immo tantum abest ut eius effectionem impedire debeant, ut eam potius expedire teneantur; ea autem iura revocare ad suum primigenium finem, grave atque urgens sociale officium censendum est.

23. ***Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?***[21] Inter omnes constat quam firmiter Ecclesiae Patres officia descripserint hominum opibus affluentiam erga eos qui in necessitate versantur: ***Non de tuo largius pauperi*** •— ait S. Ambrosius — ***sed de suo reddis. Quod enim commune est in omnium usum datum, tu solus usurpas.***

i» *Gen.,* 1, 28.

20 CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 69, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1090.

21 1 Io., 3, 17.

Omnium est terra, non divitum.[22] Quae verba declarant, privatam bonorum proprietatem nemini ius tale concedere, quod supremum sit nullique condicioni obnoxium. Nemini licet bona, quae sibi superent, unice ad privata commoda seponere, cum alii rebus careant vitae necessariis. Ne multa, ***secundum traditam doctrinam Ecclesiae Patrum prae clarorumque Theologorum, numquam proprietatis iure utendum est cum boni communis detrimento.*** Quodsi forte inter se discrepent ***iura quaesita privatorum ac primae communitatis necessitates,*** ad publicas auctoritates pertinet ***operam dare his quaestionibus dissolvendis, rem operose communicantibus civibus ac socialibus coetibus.***[23]

24. Bonum igitur commune quandoque deiectionem de fundi possessione postulat, si forte contingat, ut fundi quidam communem impediant prosperitatem, quia vel nimis patent, vel parum aut nihil excoluntur, vel egestatem gignunt incolis, vel civitati gravia inferunt nocumenta. Concilium Vaticanum II dum id, missis ambagibus, declarat,[24] non minus clare docet, tum fructus inde perceptos non esse libero hominum arbitrio relinquendos, tum nimii quaestus consilia, in suam dumtaxat utilitatem capta, prohibenda esse. Quare nullo modo licet, cives reditibus abundantes, sibi ex opibus et labore nationis suae provenientibus, magnam eorum partem apud exteras gentes collocare, ad privatas utilitates unice spectantes, nulla suae patriae ratione habita, in quam hoc agendi modo manifestam contumeliam iaciunt.[25]

25. Artium et artificiorum invectio, quae sive ad rei oeconomicae incrementum, sive ad humanum profectum necessaria

22 *De Nabuthe,* c. 12, n. 53; PL. 14, 747. Cf. .T. R. PALAMQUE, *Saint Ambroise et V empire romain,* Paris, de îloccard, 1933, pp. 336 et ss.

[23] Cf. Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis Epistula ad catholicos viros socialis vitae studia in urbe vulgo Brest celebrantes, in libro qui inscribitur *L'homme et la révolution urbaine,* Lyon, Chronique Sociale, 1965, pp. 8-9.

s* CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 71, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1093.

ss Cf. Ibid. n. 65, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1086.

est, progressionem et demonstrat et promovet. Etenim vim ingenii sui summumque laborem impendens, homo occultas naturae leges paulatim detegit, eiusque opes in utiliorem usum convertit. Quapropter homo, dum suam vivendi rationem moderatur, interea magis magisque accenditur ad nova investiganda atque invenienda, ad prudens agendarum rerum in se periculum recipiendum, ad opera audacter aggredienda, ad generosa incepta ineunda, ad conscientiam officii exacuendam.

26. Sed ex novis huiusmodi condicionibus in hominum societatem, nescimus quo pacto, opiniones irrepserunt, iuxta quas emolumentum ducebatur pro praecipuo incitamento ad fovendam oeconomicam progressionem, libera competitorum aemulatio pro suprema rerum oeconomicarum norma, privata possessio instrumentorum bonis gignendis pro iure absoluto, quod nec fines nec conexum sociale munus acciperet. Huiusmodi effreni ***liberalismi*** forma ad quoddam tyrannidis genus viam muniebat, a Decessore Nostro Pio XI iure merito improbatum, utpote ex quo ***rei nummariae internationalismus seu imperialismus internationalis***[26] originem duceret. Pravi huiusmodi bonorum oeconomicorum usus numquam satis, ut oportet, respuentur, cum res oeconomicas, quod rursus graviter admonere iuvat, homini dumtaxat inservire oporteat.[27] At si fatendum est, e quadam ***capitalismi,*** uti aiunt, forma ortum duxisse tot aerumnas, tot patratas iniquitates fraternasque dimicationes, quarum effectus etiam nunc experimur, falso tamen quis tribuat artium et artificiorum incremento mala illa, quae verius calamitosis de re oeconomica opinionibus vitio vertenda sunt, quae cum eodem incremento coniungebantur. Immo vero iustitia postulat, ut suscipiamus, non modo laboris temperationem, sed etiam artium et artificiorum profectum ad progressionem provehendam necessarium adiumentum conferre.

[26] Litt. Encycl. *Quadragesimo anno,* A.A.S., XXIII, 1981, p. 212.

[27] Cf. e. g. Colin Clark, *The conditions of economie progress,* III ed., London, Macmillan & Co., New York, St. Martin's Press. 1960, pp. 3-6.

27. Item, quamvis quandoque plus aequo extollatur mystica quaedam de labore doctrina, tamen non minus constat Deum laborem iussisse atque bene ei dixisse. Ad imaginem Dei conditus, ***homo oportet Creatori sociam navet operam ad creationis opus perficiendum, idemque spiritualem imaginem in se impressam vicissim in terram referat.***[28] Deus, cum hominem intellectu, cogitatione atque sensibus ornavisset, instrumenta ei praebuit, quibus opus a se inchoatum veluti absolveret perficeretque : nam quicumque labore se exercet, sive artifex, sive opifex, sive operis conductor, sive operarius, sive agricola, quodammodo creat. Pronus in materiam, quae suis nisibus obsistit, homo sui ipsius quasi vestigia quaedam in ea imprimit, pariter in se tenaciam, ingenium, vim cogitandi excolens. Quin etiam cum labor, quem homines coniunctim subeunt, spes, dolores, desideria, gaudia communia reddat, id propterea dat, ut voluntates iungat, animos propinquiores faciat, corda vinculis astringat. Etenim, cum laborem homines sustinent, inter se fratres agnoscunt.[29]

28. Profecto labor vim habet in utramque partem; nam eo quod pollicetur pecuniam, voluptates, potentiam, hos ad nimium sui ipsius amorem, illos ad seditionem impellit; sed efficit etiam ut conscientia muneris, religio officii, caritas erga proximos excolantur. Quamvis hodie labor magis ad scientiarum normas sit redactus atque efficaciore ratione ordinatus, in discrimen tamen vocare potest ipsam hominis dignitatem, qui eius veluti servus fiat; nam tunc solum labor humanus dicendus est, si ab intellectu et libertate hominis oriatur. Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII graviter admonuit opus omnino esse, operarios ad suam dignitatem restitui, eosque reapse effici communis operis participes: ***societates bonis gignendis perfectam induant humanae consortionis speciem, cuius afflatu singulo-***

[28] Cf. Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis Epistula ad catholicos viros socialis vitae studia Lugduni celebrantes, in libro qui inscribitur *Le travail et le travailleurs dans la société contemporaine,* Lyon, Chronique sociale, 1965, p. 6.

[29] Cf. e. g. M. D. CHENU, O. P., *Pour une théologie du travail,* Paris, Editions du Seuil, 1955.

rum necessitudines, munerum officiorumque varietates penitus afficiantur.[30] Labor hominum denique notionem longe altiorem habet, si christiana luce illustratus consideretur, cum illuc etiam spectet, ut hisce in terris ad mundum condendum supernaturalem conducat,[31] qui sane perfectus absolutusque non erit, donec eo nos perveniamus, ut una omnes perfectum illum Hominem efhngamus, de quo S. Paulus meminit hisce verbis : ***in mensuram aetatis plenitudinis Christi.***[32]

29. Oportet rem festinare, siquidem homines numero nimii doloribus sunt obnoxii, et quasi intervallum amplificatur quo progressio aliorum secernitur ab aliorum statu iacente, immo etiam in peius rúente. Oportet praeterea opus perficiendum apte et convenienter procedat, ne temperamentum tam necessarium amittatur. Subitaria enim emendatio agriculturae fortasse id non assequetur ad quod tendit; nimis properatus artium et artificiorum proventus potest adhuc necessaria instituta turbare et sociales miserias parare, atque adeo humanum cultum retroagere.

30. Sunt sine dubio rerum condiciones quae, utpote iniustae, Dei animadversionem acerrime petant. Cum enim populi toti, necessariis ad vivendum destituti, ita sint sub aliorum dicione, ut quodvis inceptum sua sponte inire, munera cum onere suscipere, ad altiores etiam humani cultus gradus ascendere, vitam socialem et publicam participare vetentur, facile homines sollicitantur, ut humanae dignitati iniuriam allatam vi repellant.

31. Est quidem res pernota, seditiones et motus — nisi agatur de tyrannide aperta ac diuturna, qua primaria iura personae humanae laedantur et bono communi alicuius civitatis grave iniungatur detrimentum — novas parere iniurias, novas ingerere inaequalitates, ad novas strages homines accendere. Malum

so Litt. Encycl. *Mater et Magistra,* A.A.S., LUI, 1961, p. 423.

31 Cf. e. g. O. VON NEIX-BRETJNING S. I., *Wirtschaft und Gesellschaft,* vol. 1 : Grundfragen, Freiburg, Herder, 1956, pp. 183-184.

32 *Eph.,* 4, 13.

autem, quod revera est, non ea licet condicione propulsan, ut maior inducatur calamitas.

32. Volumus ut sententia Nostra plane intellegatur : huic, qui nunc obtinet, rerum statui, animo forti occurri debet et, quas secum fert, iniuriae impugnari debent atque evinci. Progressio mutationes postulat audacter aggrediendas, quibus rerum forma penitus renovetur. Sine ulla mora annitendum est, ut eaedem res, quae tantopere urgent, in melius corrigantur. Unusquisque animo magno et alacri in eo habeat partem, ii praesertim qui pro ingenii cultu, munere, potestate plurimum possint. Exemplum praebentes, de suis bonis aliquid in hoc impendant, quemadmodum nonnulli Fratres Nostri in Episcopatu fecerunt.[33] Ita hominum exspectationi respondebunt atque fideliter Spiritui Sancto obsequentur, quoniam ***Evangelicum fermentum in corde hominis irrefrenabilem dignitatis exigentiam excitavit atque excitat.™***

33. Incepta vero unius cuiusvis et aemulationis vices progressionem ad felicem exitum non perducent. Non enim eo licet procedere, ut divitum opes et potentia etiam augeantur, miseriae vero egentium confirmentur et servitus aggravetur oppressorum. Itaque rerum agendarum rationes sunt necessariae, ***quae foveant, excitent, ordinent, suppleant atque compleant**[35] actionem singulorum et institutorum se interponentium. Publicarum vero potestatum est statuere et iniungere fines expetendos, proposita assequenda, vias quibus eo perveniatur; earum scilicet est vires omnium stimulare, ad quos communis haec actio pertinet. Sed curent oportet, ut eiusmodi operi privatorum iungant incepta et instituta interposita. Sic enim absoluta rerum

[33] Cf. e. g. EMMANUELIS LARRAIN ERRAZURIZ, Episcopi Talcensis in Chilia, Praesidis Consilii compendiaras litteris CELAM appellati, *Pastorales Litterae de civili progressu et de pace,* Parisiis, Pax Christi, 1965.

[34] Cf. CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 26, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1046.

ss IOANNIS XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra,* A.A.S., LUI, 1961, p. 414.

communio ac temere praestituta rerum oeconomicarum dispensatio devitantur, quae, cum libertati refragentur, usum primariorum personae humanae iurium auferunt.

34. Omnis enim ratio rerum agendarum, cui proventuum auctus sit propositus, non alio debet spectare quam ut personae humanae inserviat; scilicet eo pertinere, ut inaequalitates minuantur, removeantur discrimina, a servitutis vinculis homines liberentur, atque adeo ipsi valeant, in rerum temporalium regione, condicionem suam mutare in melius, profectum moralem suum persequi, spirituales dotes explicare. Cum progressionem dicimus, cura intendatur oportet et in profectum socialem et in provectum rerum oeconomicarum. Non autem satis est communes opes augere, ut cum aequitate distribuantur; non satis est technicis artibus incrementa afferre, ut terra, quasi humanior effecta, aptior sit ad habitandum. Erratis eorum qui anteeesserunt, ii moneantur qui ad progressionem nituntur ut, ad haec quod attinet, declinent pericula. Technicorum dominatus seu, uti appellant, ***technocratia,*** si proxime futura aetate praeponderant, mala non minus miseranda poterit inferre quam ea, quae ***liberalismus,*** uti dicunt, prius invexit. Rerum enim oeconomicarum ratio et technicae artes omni notione carent, nisi ad bonum hominis, cui inservire debent, convertantur. Hic vero eatenus tantum est homo, quatenus, actionibus suis imperans ac de earum iudicans momento, sui profectus ipse est artifex; quod quidem congruenter fiat oportet naturae, quam ei summus dedit Auctor, et cuius vires et postulata libere ille assumit.

35. Affirmari etiam licet oeconomicarum rerum incrementum sociali potissimum progressu contineri, ad quem illud nititur, et primam institutionem, qua litterarum tradantur initia, praecipue ab iis aftectari, qui de progressione ineunt consilia. Illa enim veluti fames, qua eruditio esuritur, non minus acerba est quam cibi desiderium : nesciens enim litteras est quasi spiritus inedia laborans; sed cum quis legendi atque scribendi callet artem, ad opus faciendum munusve obeundum rite componitur,

sibi iterum adit seque una cum ceteris posse proficere percipit. Quemadmodum Nos ediximus, cum Teheranianum Conventum sodalium Consilii, quod compendiariis litteris UNESCO appellatur, nuntio alloqueremur, disciplina elementorum scribendi est ***primaria ac primigenia ratio, qua homo non solum societati inseritur, sed etiam ipse ditatur, eaque praestantissimum subsidium est pro societate ad augendas res oeconomicas et ad progressionem efficiendam.™*** Gaudemus sane quod, ad hoc quod attinet, multa sunt patrata inceptu privatorum, a publicis potestatibus, ab institutis gentium : hi profecto sunt praecipui effectores progressionis, quoniam homines idoneos reddunt ad eam suapte virtute persequendam.

36. Verumtamen homo non est plane suus, nisi in societate, ad quam pertinet, et in qua momentum maximum et primigenium familia obtinet. Quod nimium fortasse fuit, si tempora et loca in quibus viguit, respicimus, quatenus primaria libertatis iura humanae personae passa sunt detrimentum. Vetera autem societatis instituta, propria regionum ad progressionem nitendum, adhuc sunt in aliquod tempus necessaria, sed nimia eorum vis oportet gradatim minuatur. Familia vero naturalis, monogamiae indole insignis, stabilis, quemadmodum a mente divina est formata[37] christianaque religione consecrata, ***in qua diversae generationes conveniunt, ac sese mutuo adiuvant ad pleniorem sapientiam acquirendam atque iura personarum cum aliis vitae socialis exigentiis componenda, fundamentum societatis constituit.™***

37. Non est diffitendum, maturata natorum incrementa nimis crebro difficultates addere ad progressionis rationes, quod multitudo celerius augetur quam opes, quae sunt in promptu, ita

[36] Cf. Diarium quod inscribitur *L'Osservatore Romano,* die 11 mensis Septembris anno 1965, vel Commentarium *La Documentation Catholique,* t. 62, Paris, 1965, pp. 1674-1675.

[37] Cf. MT., 19, 6.

[38] CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 52, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1073.

ut omnes viae intercludi videantur. Tunc facile quis ad consilium descendit incrementum natorum minuendi, gravissimis adhibitis remediis. Non est dubium quin potestates publicae, quantum ad eas pertinet, in haec se queant interponere, cives hac de re docentes et accommodata rei consilia capientes, dummodo haec praescriptis legis moralis congruant, et iusta coniugum libertas absolutissime servetur. Cum vero ius firmissimum matrimonii et procreationis demitur, actum est de humana dignitate. Est denique parentum, re plane perspecta, de numero liberorum statuere; quod munus illi in se recipiunt coram Deo, coram se ipsis, coram liberis iam genitis, coram communitate ad quam pertinent, praecepta secuti conscientiae suae, de lege divina, authentice interpretata, edoctae et fiducia Dei roboratae.[39]

38o In opere progressionis faciendae, homo, qui in familia constitutus vitae rationem praecipuam ac primigeniam suscepit, saepe adiuvatur institutis artes profitentium. Quodsi haec propterea condita sunt, ut sodalium commodo utilitatique servirent, magnum est eorum officium et onus, quoad munus educandi, quod exsequi possunt ac debent. Eadem enim instituta, cum homines doceant atque excolant, multum valent ad eos imbuendos intellectu boni communis et obligationum, quibus idem bonum omnes devincit.

39. Quaevis autem actio socialis aliqua doctrina obstringitur : christianus quidem eam respuit, quae in philosophia ***materialismi*** et ***atheismi*** innititur, quae videlicet neque mentis religiosae dirigentis vitam ad finem aeternum supremumque, neque libertatis, neque humanae dignitatis habet respectum. Sed, dummodo eiusmodi res praestantissimae in tuto sint collocatae, multiplicitas sodalitatum artes profitentium et collegiorum opificum potest probari, et, quadam ex parte utilis est, si liber-

39 Cf. Ibid., nn. 50-51 cum adnotatione n. 14; A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1070-1073, Cf. etiam n. 87. p. 1110.

tatem tuetur et ad aemulationem impellit. Libentissime ergo iis omnibus adhibemus honorem, qui in iis societatibus, sui immemores commodi, fratribus operose deserviunt.

40. Praeter hasce consociationes artes profitentium, etiam instituta humano cultui provehendo vigent industria, quorum munus non minus valet ad progressionem faciendam. Gravibus ñis verbis usum, asseverat Concilium: ***Periclitatur enim sors futura mundi nisi sapientiores suscitentur homines;*** et haec addit: ***Insuper notandum est plures nationes, bonis quidem oeconomicis pauperiores, sapientia vero ditiores, ceteris eximium emolumentum praestare posse***[40] Quaelibet civitas, sive dives est sive pauper, humanitatis cultum obtinet a maioribus traditum: scilicet instituta vitae terrenae necessaria et altiores ingenii significationes, utpote ad artes, doctrinas, religionem pertinentes. Quando in his humana veri nominis bona insunt, vehementer aliquis erret, si haec propter illa dimittat; populusque, qui hoc fieri patiatur, optimam sui ipsius partem proiciat, atque, ut vivat, vitae ipsius rationes neglegat. Hortamentum Christi etiam ad populos est referendum : ***Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?***[41]

41. Gentes minus locupletes numquam satis ab illecebra cavebunt, qua, populorum opibus florentium causa, irretiuntur. Hi enim, felices eventus ostendentes, quos in vita sua artibus technicis et humanitate exculta sunt adepti, specimina dant laboris et industriae, qua temporalem prosperitatem praecipue consequantur. Id non propterea dicitur, quod per se mentis agitationem impediat; quin immo hac praeditus ***animus hominis, a rerum servitute magis solutus, expeditius ad ipsum Creatoris cultum et contemplationem evehi potest.***[42] Attamen ***ipsa civilizatio***

40 Cf. Ibid., n. 15, A.A.S., LVIII, .1966, p. 1036.

41 MT., 16, 26.

42 CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 57, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1078.

hodierna non ex se, sed utpote nimis rebus terrestribus intricata accessum ad Deum saepe difficiliorem reddere potest.[43] Itaque ex rebus sibi propositis populi ad progressionem nitentes probe eligant: coarguant et abiciant falsa bona, quibus optima forma vitae humanae deminuitur, accipiant vero munera egregia et utilia, quae una cum rebus praeclaris sibi propriis secundum indolem suam provehere studeant.

42. Haec est humanitatis ratio perfecta, quae promoveatur oportet;[44] numquid aliud est quam omnimodo profectui totius hominis et cunctorum hominum consulere? Humanitatis vero ratio artioribus finibus circumscripta, a bonis animi atque a Deo aliena, qui illorum est fons et origo, specie tantum potior esse potest. Profecto homo res terrenas sine Deo ordinare potest, sed, ***remoto Deo, eas nonnisi contra hominem demum dirigere potest. Quapropter humanus cultus, a ceteris rebus omnibus secretus, fit certe inhumanus.***[45] Vera igitur humanitatis species non est nisi ea quae ad summum Deum intendit, dum munus agnoscitur ad quod sumus vocati et quo vera vitae humanae forma praebetur. Nequaquam igitur homo est sui ipsius ultima regula, ipse autem is tantum efficitur qui esse debet, si se ipsum supergreditur, secundum illam verissimam Blasii Pascal sententiam : ***mirum quantum homo hominem transcendit.***[46]

II

43. Omnimoda singuli hominis progressio coniungi debet cum progressione generis humani, mutuo peragenda conatu. In urbe Bombaya haec sumus elocuti : ***Oportet homo homini occurrat, nationes inter se, ut fratres et sorores, ut filii Dei, occurrant. Hac***

[43] Ibid. n. 19, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1039.

[44] Cf. e. g. J. MARITAIN, *L'humanisme intégral,* Paris, Aubier, 1936.

[45] Cf. H. DE LUBAC, S. J., *Le drame de l'humanisme athée,* III ed., Paris, Spes. 1945, p. 10.

[46] Cf. *Pensées,* ed. Brunschvicg, n. 434; cf. MAURICE ZUNDEL, *L'homme passe l'homme,* Le Caire, Editions du lien, 1944.

, mutua cum benevolentia et amicitia, hac sacra cum animorum concordia nos pariter aggredi debemus opus, communem prosperitatem futuram humani generis apparandi " Suasimus etiam ut subsidia certa et efficacia exquirerentur, quibus recte disposita instituta conderentur et incepta sociarentur ad opes, quae praesto essent, cum aliis communicandas, atque adeo vera inter nationes constabiliretur necessitudo.

44. Locupletiores primum hisce devinciuntur officiis, quorum partes fraternitate humana et supernaturali continentur, triplicem exhibente rationem: prius est officium mutuae necessitudinis, auxilium nempe a divitioribus nationibus afferendi iis, quae ad progressionem adhuc nituntur; deinde occurrit officium iustitiae socialis, quae in eo est posita, ut rationes mercatoriae, populis fortunatioribus cum infirmioribus intercedentes, in melius restituantur; denique officium caritatis universalis, qua pro omnibus consortio humanior promovetur, in qua cuncti dare debeant et accipere, neque aliorum processus progressionem praepediat aliorum. Gravis sane est haec causa, cum ex ea cunctorum hominum cultus civilis, qui futuris erit temporibus, pendeat.

45. ***Si autem frater et soror*** — ut ait S. Iacobus — ***nudi sint et indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis: Ite in pace, calefacimini et saturamini, non dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori, quid proderit?***[48] Hisce temporibus nemo iam potest ignorare, in nonnullis continentibus terris innumerabiles viros et feminas fame vexari; innumerabiles pueros puellasque inedia languere, ita ut non pauci eorum in ipso flore aetatis morte absumantur; apud multos alios corporis incrementum et mentis profectum ea de causa impediri, ideoque totarum regionum incolas, in maerore iacentes, deficere animis.

[47] Cf. Allocutio ad viros e variis religiosis Communitatibus non-christianis, habita die 3 mensis Decembris anno 1964, A.A.S., LVII, 1965, p. 132.

[48] I AC, 2, 15-16.

46. Anxie edita voce iam sunt postulata auxilia. Rogatus Decessoris Nostri fel. rec. Ioannis XXIII cum alacritate est auditus;[49] Nos ipsi eum iteravimus nuntio ob sollemnia Nativitatis Domini anno MDCCCCLXIII prolato,[50] ac denuo anno MDCCCCLXVI Indiam iuvaturi.[51] Incepto omnium nationum Consilii victui et agriculturae accurandae, compendiariis litteris FAO appellati — cui proposito Apostolica Sedes studiose favit — liberaliter est obsecundatum. Institutum Nostrum, cui nomen ***Caritas internationalis,*** ubique terrarum suscipit labores, ac multi catholici, a Fratribus Nostris in Episcopatu adacti, nihil sibi parcentes conituntur, ut egentibus opitulentur, ac paulatim eorum amplificent numerum, quos ut proximos foveant.

47. Sed haec, perinde ac pecuniae privatim et publice collocatae, dona et creditae summae, non sufficiunt. Non enim solum de fame agitur depellenda ac de minuenda paupertate. Non satis est contra miseriam niti, licet res urgeat et necessaria sit; agitur de hominum consortione stabilienda, in qua quivis, nullo discrimine stirpis, religionis, nationis, vitam vere humanam vivere possit, liberam a servitute, cuius auctores sunt homines et natura non satis domita; de consortione dicimus, in qua libertas non sit inane nomen, et Lazarus vir indigens ad eandem mensam possit considere ac dives.[52] Quod ab ipso divi te non paulum magnanimitatis postulat, multa incommoda sponte toleranda, assiduam contentionem. Unusquisque conscientiam suam percontetur, quae novo veluti vocis sono ad haec nostra tempora fertur. Estne unusquisque paratus suo impendio adiuvare opera et missiones disposite constituta ad relevandos egenos? plus tributorum solvere, ut publicae potestates progressionem maiore nisu amplificent? res peregre invectas pluris emere, ut is qui eas efïecerit aequiorem mercedem accipiat?

[49] Cf. Litt. Encycl. *Mater et Magistra,* A.A.S., LUI, 1961, pp. 440 ss.

[50] Cf. Nuntius radiophonicus, datus prid. Nativ. D.N.I.C, anno 1963, A.A.S., LVI, 1964, pp. 57-58.

[51] Cf. *Encicliche e Discorsi di Paolo VI,* vol. IX, ed. Paoline, Roma, 1966, pp. 132-136.

[52] Cf. Lc, 16, 19-31.

ipse de patria migrare, si oporteat et florens sit aetas, ut opem ferat nationibus ad humanitatis emergentibus cultum?

48. Cum officium: coniunctionis inter homines etiam inter populos obtineat, ***gentium ... progressarum officium gravissimum est progredientes populos adiuvandi.***[53] Hoc sane documentum Concilii ad effectum est adducendum. Quodsi consentaneum est, ut gens aliqua ante ceteras donis fruatur a providenti Deo sibi concessis quasi operae suae proventu, nullus tamen populus audeat ad suum tantum usum divitias sibi seponere. Singuli populi plura et meliora opera et artificia edere debent, ut cunctorum civium vita dignitate vere humana sit praedita, et auxilia afferantur ad generis humani progressionem communiter assequendam. Cum in regionibus humanitatis cultu minus provectis egestas augeatur, consentaneum est, ut civitas aliqua opibus affluens partem bonorum, quae pepererit, cedat ad illarum sublevandas necessitates; consentaneum quoque est, ut instruat educatores, machinarios, technicos, sapientes, qui scientia et peritia sua illis ministrent.

49. Hoc praeterea est iterandum : quae in regionibus divitioribus supersunt, ea indigentibus regionibus debent prodesse. Praeceptum, iuxta quod olim necessitudine coniunctiores erant iuvandi, nunc ad universitatem pertinet egentium, qui sunt per orbem terrarum; ex qua re locupletes primi afficientur beneficiis. Horum autem avaritia diutius producta divinam adducet animadversionem et pauperum eliciet iram, nec praevideri possunt eventus inde secuturi. Civitates opibus nunc florentes, sed suarum tantum utilitatum studiosae, summa, quae habent, bona laedunt, si voluntatem magis rectiusque excellendi postponunt voluntati plus possidendi. Parabola de homine divite, e cuius agris messis tam copiosa percipitur, ut nesciat ubi reponat, ad eos merito transfertur: ***Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te.***[5*]

[53] CONC. VAT. Il, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 86, A.A.S., LVIII, 1966, p. 1109.

s* Lc, 12, 20.

50. Hi vero conatus, ut ad exitum plane deducantur, nequeunt dissipari et ab aliis seiungi, nedum queant alii aliis opponi propter quorundam dignitatis studium atque potentiam; haec enim tempora conspiratas rerum agendarum exigunt rationes, quae efficaciores sunt et meliores iis adiumentis, quae, oblata occasione, cuiusque bonae voluntati permittuntur. Quemadmodum supra diximus, necesse est studia subtiliter exerceantur, definiantur proposita, subsidia et viae indicentur, labores a delectis hominibus simul suscipiantur, ut necessitatibus huius aetatis satisfiat et quae prospiciantur, requisita perficiantur. Quin immo, eiusmodi rationes superant fines incrementi rerum oeconomicarum et progressionis socialis, siquidem operi patrando vim ac momentum attribuunt, et, dum recto ordine humanitatem componunt, homini ipsi plus dignitatis ac roboris impertiunt.

51. Sed ultra progrediendum est. Cum Bombayae essemus, Eucharisticum ex omnibus gentibus Conventum celebrandi gratia, a supremis civitatum rectoribus petivimus, ut sumptuum partem, quos in militares apparatus impenderent, ad universale quoddam aerarium constituendum converterent, ut populis, opibus destitutis, auxilium praeberetur.[55] Quod autem primum ad debellandam inopiam valet, id ad populorum etiam progressionem promovendam valet. Nam concors quaedam omnium populorum actio, cuius universale illud aerarium et imago esset et instrumentum, id una efficeret, ut hinc inanes dirimerentur contentiones, hinc mutua colloquia, fructuosa sane atque pacata, inter omnes populos initium tandem caperent.

52. Dubium profecto non est, quin stipulationes inter duas vel plures partes contractae servandae sint : hae enim id praestant, ut illis inferioris condicionis rationibus atque simultátibus, quas colonicae dicionis aetas secum tulit, salutares amicitiae

[55] Cf. Nuntius ad homines universos datus astantibus diurnariis scriptoribus, die 4 mensis Decembris 1964, A.A.S., LVII, 1965, p. 135.

necessitudines, in iurium et rerum politicarum aequalitate positae, feliciter succedant. Quae stipulationes, si cum generali coniungantur consilio mutuae adiutricis operae ab omnibus terrae populis navandae, nulli prorsus suspicioni locum dant. Ii enim, qui earum commodis fruuntur, minus habent, cur diffidant, curque timeant, ne, specie vel pecuniam subsidii vel technicorum adiumenti ferendi, novum quoddam colonicae dicionis genus, ut dicitur, subeant, quo simul sibi libertas in re publica minuatur et gravia in re oeconomica pondera imponantur, simul paucorum dominatus ibidem vel firmetur, vel constituatur.

53. Quis autem non videat, ex illo, quod memoravimus, universali aerario facultatem datum iri aliquid ex dispendiis deducendi, quae sive timor sive contumacia suaserit? Dum tot esuriunt populi, dum tot familiae omnium rerum penuria laborant, dum tot homines inscientiae tenebris demorsi vitam degunt, dum tot desiderantur scholae, valetudinaria, domus, hoc nomine digna, interea quaevis vel publica vel privata dispendia, quivis sumptus aut nationis aut singulorum hominum ostentationis gratia facti, quaevis denique exinaniens ad congerenda arma certatio : haec omnia, dicimus, in famosum intolerandumque flagitium transeunt. Gravissimum Nobis iniunctum munus requirit, ut id aperte notemus. Utinam ii, quos penes summa est rerum, aures Nobis praebeant, antequam res ad extrema veniat.

54. Quam ob causam prorsus necesse est, ut omnes populi in illud veniant colloquium, quod flagrantibus expetivimus votis, cum primas Nostras Encyclicas Litteras, a verbis incipientes ***Ecclesiam Suam*™** dedimus. Si huiusmodi colloquium instituatur inter eos qui adiumenta comparant, et eos qui hisce auxiliis fruuntur, facile fiat, ut conferenda subsidia aequa lance expendatur, non modo pro illorum largitate et copia, sed etiam pro horum et vera subsidiorum necessitate et subsidiorum adhibendorum facultate. Exinde iam non erit periculum, ne nationes,

se Cf. A.A.S., LVI, 1964, pp. 639 et **SS.**

quae ad progressionem nituntur, aere demergantur alieno, ad quod solvendum suos praecipuos quaestus impendant. Utraque pars astipulari sane poterit de usuris itemque de tempore, quo pecuniae mutuo acceptae sint reddendae, iis tamen condicionibus quae ab utraque parte ferantur, aequando scilicet gratuita dona, pecunias sine ullo fenore vel parvis tantum usuris sumptas, atque annos, quibus credita gradatim solvantur. Iis procul dubio, qui subsidia conferunt, pro creditae pecuniae usu satisdandum erit, ut id secundum pactam rationem et aequis cum fructibus fiat: non enim cessatoribus neque parasitis favendum est. Ii autem, qui auxiliis utuntur, iure merito postulare poterunt, ne quis in suam rem publicam administrandam se interponat, neve suum socialem ordinem perturbet. Cum enim de civitatibus agatur, quae sui iuris sunt, ad ipsas tantummodo pertinet propria gerere negotia, rerum civilium rationem statuere, atque rei publicae eligere conformationem, quam praeoptent. Hoc igitur necesse est, ut nationes adiutricem sibi operam mutuo neque coactae navent, eaedemque, pari pollentes dignitate, feliciter simul allaborent ad civilem efficiendam consortionem, vere hominibus dignam.

55. Sed huiusmodi propositum in regionibus effici non posse videtur, ubi cotidiani victus una sollicitudine familiae distinentur, quae propterea animo complecti nesciunt, quomodo opera suscipere possint, quibus reliquum vitae tempus minus aerumnosum sibi parent. Hi ergo viri atque mulieres omni ope adiuvandi sunt, iidemque hortandi, ut simul suae progressionis iter ipsi libentes ingrediantur, simul adiumenta ad proficiendum necessaria ipsi sibi quaerant. Huiusmodi communis opera procul dubio virium contentionem consociatam, constantem strenuamque poscit. Omnes tamen sibi persuasum habeant, ad id incunctanter aggrediendum esse : egentiorum enim populorum vita, et civium concordia in nationibus ad progressionem nitentibus, immo universi mundi pax agitur.

56. Omnes autem conatus, sane non mediocres, qui ad iuvandas civitates gradatim progredientes sive pecuniariis sive technicis auxiliis capiuntur, fallaces inanesque plane evadant, si ab his comparata remedia magna ex parte irrita fiant ob mutabiles negotiationem rationes, quae inter ditiores et tenuiores populos intercedant. Etenim alteri omni exspectatione et fiducia destituantur, ubi metuant, ne alteri id ab ipsis repetant, quod iam dederint.

57. Nam civitates, quae operosorum artificiorum numero et efficientia praestant, res potissimum exportant, in suis territoriis manu factas; nationes autem inferiores opibus nihil aliud venale habent, nisi infectam rerum materiam et ea, quae terra gignit. Ob technicas progredientes artes priorum operum pretium celeriter augetur, eademque percommode veneunt. Illae autem res primigenae, quae a minus progressis civitatibus subministrantur, maximis repentinisque pretii mutationibus obnoxiae sunt, ac propterea longe absunt ab illa crescente operum aestimatione. Exinde graves difficultates afferuntur nationibus, in operosis artificiis apparandis paulum progressis, cum ipsis spes in exportandis rebus magna ex parte collocanda sit, ut publici aerarii administrationem et dispensationem compensent, atque oeconomicae progressionis consilia ad effectum deducant. Quam ob rem populi inopia conflictati maiore usque inopia conflictantur, ii autem, qui bonis omnibus praediti sunt, potioribus usque divitiis augentur.

58. Patet igitur, liberae negotiationis normam iam non sufficere, si sola adhibeatur in publicis regendis omnium populorum necessitudinibus. Ea ex contrario prodest, quotiescumque partes inter se opibus non nimium differunt; immo ad ultra progrediendum exstimulat, atque conatus merito afficit praemio. Hanc ob causam civitates, quae in operosis artificiis plurimum profecerunt, in hac liberae negotiationis norma quandam iustitiae legem inesse iudicant. Aliter tamen dicendum est, cum rerum condiciones inter nationes nimis impares fiunt: pretia enim,

de quibus inter negotiatores ***libero pacto*** convenit, exitus prorsus iniquos habere possunt. Fatendum quidem est, in hac rerum provincia praecipuum caput ***liberalismi,*** quem appellant, uti negotiationum normam in dubium vocari.

59. Iamvero doctrina, quam Decessor Noster imm. mem. Leo XIII per Encyclicas Litteras tradidit, quibus initium ***Rerum Novarum,*** hoc etiam tempore est in pretio, secundum quam partium consensus, rerum condicionibus inter se nimis distantium, haud quaquam sufficit ad tuendam pactionum aequitatem, ac liberae consensionis lex ad ius naturale dirigenda est.[57] Quod vero de iusta singulorum opificum mercede illic docetur, id ad pactiones quoque accommodari merito debet, quae inter orbis terrarum populos conflentur : nam negotiandarum rerum ratio et disciplina in sola lege liberae immoderataeque competi torum aemulationis iam nequit consistere, quippe quae oeconomicum imperium quam saepissime etiam pariat. Quam ob rem liber mercaturae usus tunc tantum aequus dicendus est, cum socialis iustitiae postulatis congruit.

60. Ceteroqui, ipsae quae in rebus oeconomicis profecerunt civitates id iam intellexerunt, quandoquidem, accommodis captis consiliis, in sua quaeque rerum oeconomicarum procuratione quandam aequabilitatem instaurari annituntur, quam competitorum aemulatio plerumque perturbat, cum ad suum cuiusque arbitrium grassetur. Fit propterea, ut hae nationes suae agriculturae saepe consulant, onera transferentes in cetera oeconomica incepta, quae maiora incrementa susceperint. Fit pariter, ut eaedem, ad mutua commercia fovenda, praesertim intra fines communis cuiusdam consociatique mercatus, disciplinam sumptuum insumendorum, fisci administrandi et socialis vitae provehendae rationes eo dirigant, ut operosis artificiis, quae imparibus opibus praedita inter se aemulentur, emendi vendendique occasiones, suae condicioni convenientes, praebeantur.

s? Cf. Acta Leonis XIII, XI, 1892, p. 131.

61. Qua in re aequis omnino mensuris opus est. Quae de administrandis bonis in singulis nationibus servantur, quaeque civitatibus oeconomica progressione praestantibus conceduntur, eadem sane servari debent ad negotiationum rationes inter ditiores et egentiores populos quod attinet. Competitorum aemulatio a mercatura non est quidem pellenda, sed iis continenda modis, quibus reapse iusta et honesta, atque adeo homine digna efficiatur. In negotiationibus autem exercendis inter oeconomicas procurationes ditiores et procurationes egentiores, rerum condiciones nimis dissimiles, atque agendi facultates nimis dispares sunt. Iustitiae ratio, ut sit homine digna et honesta, postulat, ut in commerciis, quae inter varias mundi nationes exercentur, competitoribus aliqua saltem emendi ac vendendi aequa et par condicio tribuatur. Quae quidem par condicio, quamvis haud cito haberi possit, ad eam tamen maturandam iam nunc necesse est germanam exstare aequalitatem in deliberationibus atque in aestimandis pretiis. Qua in materia, etiam pacta inter nationes conventa valde prodesse possunt, quae satis amplum populorum numerum comprehendant : hisce enim conventionibus generales normae constitui possunt, eo spectantes, ut pretia contineantur, apparatus bonis gignendis foveantur, et quaedam promoveantur nascentia operosa artificia. Nemo autem non videt quam efficax sit auxilium, quod concordi hac ad maiorem iustitiam contentione, nr commerciorum rationibus inter populos moderandis, civitatibus ad progressionem nitentibus praebeatur, quippe cuius effectus non tantum sint praesentes, sed diu etiam valeant.

62. Sed alia quoque obstant et impediunt, quominus humana societas, quae nunc vivit, aequior efficiatur, eademque firmius pleniusque in mutua universorum hominum necessitudine consistat : obstant videlicet cum propriae civitatis gloriatio tum suae cuiusque stirpis veluti cultus. Nam inter omnes constat, populos, qui recens tantum in re publica administranda sui iuris facti sint, adeptae sed nondum confirmatae suae gentis unitatis retinentissimos esse, eamque omnibus viribus tueri;

itemque nationes, vetusto civili cultu praestantes, de institutis a patribus veluti hereditate traditis gloriari. Attamen haec animi sensa, minime sane improbanda, ad quandam perfectionis summam evehantur oportet, per caritatem scilicet, universum hominum genus complectens. Suae vero nationis gloriatio populos inter se disiungit, eorumque germanis commodis obstat; at ibi imprimis gravissima infert detrimenta, ubi ex contrario administrandorum bonorum penuria postulat in unum conferri sive virium contentiones, sive rerum notitias sive pecuniarum subsidia, ut consilia de oeconomicarum rerum incremento ad effectum adducantur, et commerciorum civilisque cultus necessitudines increscant ac solidentur.

63. Nunc studium suae cuiusque stirpis non est proprium earum nationum tantum, quae recens sui iuris factae sunt, ubi huiusmodi cultus post odia vel tribuum vel politicarum partium se abdit, non solum iustitiae maxime officiens, sed etiam civium tranquillitatem salutemque periclitans. Quod studium, cum colonicae vigerent diciones, saepe discidia inter colonos et autochthones concitavit, pariter impediens ne iidem ad mutuam fructuosamque animorum concordiam pervenirent, pariter animos ad acerbam invidiam ob veras acceptas iniurias inflammans. Idem plurimum obstat, quominus populi a fortunis inopes mutuam adiutricem operam sibi volentes navent, atque discidiorum et inimicitiarum semen in mediis civitatibus serit, quotiescumque, contemptis hominum iuribus, quae remitti nequeunt, sive singuli sive familiae, stirpis vel coloris causa, a praecipuis ceterorum civium iuribus iniuste sese exclusos animadvertunt.

64. Haec rerum adiuncta, cum in posterum multa pericula porteñdant, animum Nostrum angore maestitiaque complent. Spem tamen alimus bonam, fore ut mutuae populorum suspiciones nimiaque sui ipsorum studia aliquando sive impensiore sociatae operae cupiditate, sive flagrantiore mutuae necessitudinis conscientia vincantur. Neque non speramus fore ut populi, in

rebus oeconomicis paulum progressi, incitamentum et fructum ex eo capiant, quod ad alios eiusdem condicionis adiacent, quibuscum ampla sua territoria in unum coniungant, ubi collatis studiis suae cuiusque regionis progressioni faveant. Confidimus etiam eosdem et communia agendi consilia esse inituros, et pecunias in efficienda opera apte et ordine esse collocaturos, et procreanda bona pro rata parte unicuique constituturos, et horum bonorum exercituros commercia. Quin etiam ad spem erigimur fore ut consociationes, vel quasdam vel omnes fere nationes inter se copulantes, rebus, uti necessarium est, compositis, rationes ineant ad populos nunc egentiores adiuvandos, ut hi ab omnibus repagulis se expédiant, quibus adhuc detineri videntur, et sive humanitatis cultus, sire socialis progressionis vias, suum quisque nativum ingenium fideliter servans, ipsi inveniant.

65. Ad id omnino contendendum est. Cum mutua voluntatum coniunctio inter orbis terrarum populos in dies efficientior videatur, ea omnibus populis permittat necesse est, ut suae cuiusque fortunae auctores, ut ita dicamus, ipsi fiant. Mutuae nationum rationes in vi iusto saepius adhuc constiterunt, idque praeteritorum temporum, pro dolor, veluti praecipua nota fuit. Utinam serena adveniat aetas, qua necessitudines inter populos his tantum insignibus distinguantur, hoc est observantia, amicitia, in adiutrice opera praestanda mutuo obsequio, atque concordi actione in eo posita, ut singuli populi, sua quisque onera et officia in se summa ducti conscientia recipientes, communia incrementa provehant. Populi nunc emergentes copiisque inferiores id postulant, ut certas partes ad aptiorem rerum humanarum compositionem sibi agere liceat, qua scilicet propria cuiusque iura atque munera sanctius defendantur. Quorum optatum cum plane iustum sit, idcirco ab omnibus est audiendum et explendum.

66. Humana societas gravi quodam morbo laborat, cuius causa potius quam in naturae opibus extenuatis vel a paucis avidis-

sime coëmptis, verius in résolu iis fraternae necessitudinis vinculis cum inter homines tum inter populos continetur.

67. Quare numquam non instabimus suadere, liberale hospitium — quod est humanae simul consensionis christianaeque caritatis officium — praeterquam in domesticos convictus, etiam in instituta disciplinis excolendis civitatum, tale munus praestantium, cadere. Oportet enim ad iuvenes potissimum excipiendos familiae domusque hospitales multiplicentur. Quae ideo condenda sunt, primum ut iuvenes a solitudine, desperatione et angore, ipsorum vires debilitantibus, prohibeantur; deinde ut a corrupto vitae statu, in quo versentur, arceantur, dum fatalis quaedam necessitas impellit ad extremam suae patriae egestatem cum luxu sumptuque effusissimo, quo paene obvolvuntur, comparandam; item ut custodiantur a seditiosis opinionibus consiliisque pugnacibus, quae eorum subeant mentes, dum de ***misera calamitosaque fortuna*** sua recogitant;[58] ut denique iis fraterno veluti amore receptis praebeantur integrae vitae exempla, quibus sive christiana caritas, germana sane et efficax, sive summa animi bona debito in honore habeantur.

68. Hoc enim reputantibus Nobis est dolendum, quod plurimi iuvenes, qui civitates opulentiores petunt ad eas disciplinas, artium intellegentiam, optima studia assequenda, quibus ornati possint aliquando egregiam suae patriae operam navare, si eximia ibidem institutione conforman tur, desinunt tamen saepe saepius summa illa bona probare, quae in humano civilique cultu terrae, ubi adoleverunt, veluti magni pretii hereditas, plerumque insunt.

69. Oportet etiam benigno recipiantur hospitio operarii, domo emigrantes, qui saepenumero perferunt vivendi condiciones homine indignas, atque mercede sibi soluta parcissime uti co-

58 Cf. LEONIS XIII Litt. Encycl. *Rerum novarum,* Acta Leonis XIII, XI, 1892, p. 98.

guntur, ut familiam sustentent, quae adhuc in natali solo manet inopiaque premitur.

70. Nostra praeterea hortatione eos omnes appellamus, qui in civitates, recens artibus et artificiis instructas, negotiorum causa se conferunt: fabricatores dicimus mercatoresque atque maximarum huius generis societatum sive magistros sive procuratores. Fieri quidem potest, ut ii in patria sua socialium rationum sensu praediti sint; cur igitur nunc ad atrociores descendant rationes suis tantum commodis serviendi, cum in nationes se conferunt minus progressas, artificiis suis operaturi? Immo vero maior, qua fruuntur, fortuna iis quasi stimulos debet addere, ut, ubi quaestuosa gerant negotia, ibidem auctores evadant socialis progressionis humanique profectus. Quin etiam ipsa, qua abundant, sagacitas in rebus ordinandis opportunas iis vias debet ostendere, quibus autochthonum opus utiliter exerceant, operarios arte peritiaque praestantes instituant, machinales doctores ceterosque officinarum praepositos erudiant, horum navitatem et incepta foveant, hosque ad munera in dies graviora evocent; ita ut haud longo temporis spatio idoneos efficiant, qui secum onus regimenque rerum participent. Interea tamen iustitia semper mutuis praesit rationibus, quae dominis cum administris intercedunt. Atque pactiones legitime initae, omnibus descriptis officiis, easdem rationes moderentur. Ne quis denique, quicumque eius est locus, aliorum arbitrio iniuste subiciatur!

71. Ceterum est cur valde laetemur : nam crescit in dies eorum numerus, qui arte periti sive a consociationibus, vel generalibus vel mutuis, sive a quibusdam privatorum consiliis peregre mittuntur, ut terrarum illarum progressiones incitent. Qui profecto oportet ***non ut dominatores se gerant, sed ut adiutores et cooperatores.***™ Quaevis enim gens statim intellegit, utrum ii, qui ad afferendum sibi auxilium advenerint, benevolentiae stu-

59 CONC. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 85, A.A.S., LVIII, 1966, p. .1108.

dio ducantur necne, utrum velint novas tantum artium rationes inducere an veram etiam hominis dignitatem provehere. Neque est dubitandum quin gens illa eorum nuntium sit reiectura, nisi fraterna inde spiret caritas.

72. Si ergo artium peritia est necessaria, vestigia etiam ac testimonia germani amoris sunt cum illa coniungenda. Periti, quos diximus, viri, ab immoderato suae nationis studio alieni et a quavis specie iniqui inter gentes discriminis abhorrentes, cum omnibus quibusque hominibus suam operam et navitatem consociare assuescant, persuasum sibi probe habentes, ob scientiam et rerum usum, quibus praestant, nullum prorsus principatum in omnibus vitae provinciis sibi tribuendum esse. Quamvis enim civilis cultus, qui eorum mores conformavit, quandam quasi formam humanitatis ubique obtinentis complectatur, neque unicus tamen est putandus neque aliorum cultuum fastidiosus esse debet, atque adeo, si in exteras regiones invehatur, ad earum naturam est plane accommodandus. Qui ergo huiusmodi munus suscipiunt, id curent, ut civitatis, in qua tamquam hospites versentur, antiquiorem memoriam et proprium ingenium et doctrinae copiam studiose perspiciant. Ex quo sequetur, ut alter hominum cultus cum altero cohaereat, uberesque inde fructus uterque percipiat.

73. Etenim cum inter diversarum gentium cultus, ut inter singulos homines, sincerum seritur colloquium, fraterna tum facile animorum coniunctio exoritur. Tum inita de humana progressione consilia ad opera communi labore efficienda populos inter se conectent, si omnes omnino cives, primores scilicet et magistratus et humillimus quisque artifex, fraterno accendantur amore flagranterque cupiant unum universumque in toto orbe terrarum cultum humanitatis constabiliri. Tum initium capiet colloquium in homine, non autem in iis quae terra gignit vel praebet ars, positum. Quod plurimum sane utilitatis afferet, si colloquentibus populis viae ostendentur, quibus et oeconomicos progressus et maiorem suorum animorum cultum

adipiscantur; si technici se pro educatoribus ac praeceptoribus gerent; si disciplinae denique institutio excellentiorem quandam notam praeferet, quae, cum animos moresque attingat,, non solum oeconomicas, sed humanas etiam res incrementis augeat. Tum colligata necessitudinis vincula in sua manebunt firmitate, auxilio etiam subsidioque intermisso. Quisnam non videat quantum artiores huiusmodi necessitudines ad pacem in terris servandam conferant?

m

74. Novimus sane plurimos iuvenes iam libenter alacriterque invitationi Decessoris Nostri fel. rec. Pii XII respondisse, laicorum ordinem ad missionale opus adhortantis.[60] Novimus praeterea alios iuvenes nomen et operam sponte dedisse institutis, quae sive publice sive privatim adiutricem navant operam populis, ad profectum civilem contendentibus. Quapropter non mediocri laetitia comperimus in quibusdam nationibus ***munus militare*** cum ***ministerio sociali,*** vel brevissime cum ***ministerio*** aliqua saltem ex parte posse commutari. Quibus profecto inceptis atque hominibus bonae voluntatis, qui eadem perficiunt, bene ex animo precamur. Utinamque omnes, qui se Christi esse discipulos profitentur, ei roganti obsequantur: ***Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me ; nudus, et cooperuistis me ; infirmus et visitastis me; in carcerem eram, et venistis ad me.***[61] Siquidem nemini licet neglegenter respicere fratrum suorum condicionem, qui tanta adhuc inopia sunt obruti rerumque imperitia laborant nullaque vitae securitate pereunt. His porro aerumnis moveatur animus cuiuslibet christiani, ad similitudinem Christi dicentis: ***Misereor super turbami***

75. Supplici ergo omnes deprecatione Deum Patrem omnipotentem exorent, ut genus humanum, tantorum haud ignarum maiorum, et mente et animo ad ea delenda totum insistat. Sed

eo Cf. Litt. Encycl. *Fidei donum,* A.A.S., XLIX, 1957, p. 246.
ei MT., 25, 35-36.
" Me, 8, 2.

cum omnium studio precandi constans cuiusque voluntas consentiat oportet, ut, quantum vires opesque sinant, contra perexiguam populorum progressionem repugnet. O utinam singuli homines et societatis ordines nationesque universae fraterna inter se consuetudine iungant dexteras, fortesque in progrediendo opitulentur infirmis, omnem sapientiam et alacritatem et caritatem, sui commodi obliti, ad opus conf eren tes ! Qui enim germano ducitur amore quam qui maxime intendit sui aciem ingenii ad miseriarum causas detegendas inveniendosque modos, quibus eas oppugnet ac fortiter evincat. Cum auctor sit pacis, is ***suum perget iter, facem laetitiae praef er ens lumenque ac gratiam effundens in corda hominum per totum orbem terrarum, eos adiuvans ut, quoslibet transgressi fines, vultus fratrum vultusque amicorum usquequaque agnoscant™***

76. Quae nimiae inter populos sive rerum oeconomicarum ac socialium sive doctrinarum discrepantiae exstant, eae simultatem atque dissensionem concitant pacemque saepius in discrimen adducunt. Quapropter, ut ex illo reversi itinere, quod ad Sociatarum Nationum sedem pacis causa habueramus, coram Oecumenici Concilii Patribus professi sumus, ***in condicionem populorum, qui ad profectum civilem adhuc nituntur, animos oportet intendamus; scilicet, quo apertius rem dicamus, caritas nostra erga pauperes, qui sunt in mundo quorumque est innumerabilis numerus, oportet fiat sollicitior, efficacior, generosiore*** Cum ergo miseriae obsistimus et contra iniquam rerum condicionem contendimus, non solum prosperae hominum fortunae consulimus, sed eorundem etiam animorum morumque progressioni atque adeo totius humani generis utilitati favemus. Siquidem pax non est prorsus ad belli omnis privationem dumtaxat revocanda, tamquam si in quadam virium aequilibritate et inconstantia consistat. Pax diem de die assiduo perficitur

[63] Cf. IOANNIS XXIII Allocutio habita die 10 mensis Maii anno 1963, cum praemio a Balzanio nuncupato donaretur, A.A.S., LV, 1963, p. 455.

[64] A.A.S., LVII, 1965, p. 896.

labore, modo is rerum spectetur ordo, qui a Deo statutus perfectiorem iustitiae formam inter homines flagitat .[65]

77. Quoniam enim populi f abri sunt sua^e quisque progressionis, tantum in se onus munusque ipsi recipiunt, quod nullo tamen modo praestare poterunt, si alii ab aliis dissociati vivent. Pactiones ergo inter populos pauperiores eiusdem regionis factae de mutuo sibi auxilio afferendo, et communia amplioraque consilia ad eos adiuvandos, itemque maioris momenti foedera alia inter alios icta ad certas agendi rationes componendas : totidem hi sunt quasi paxilli huiusce viae, quae, dum civili favet profectui, ducit ad pacem.

78. Haec autem mutua inter nationes opera ad totum pertinens orbem terrarum sane poscit Instituta, quae eam praeparent, disponant, regant, donec novus iurium ordo statuatur, quem ratum ac firmum omnes ubique habeant. Equidem libentissime publicis suffragamur consiliis, quae iam dudum hanc operam ad civilem gentium progressionem assequendam curant, votisque expetimus, ut eadem maiore usque auctoritate floreant. Qua de re cum Neo-Eboraci versantes ad Sociatarum Nationum Legatos sermonem haberemus, haec, inter alia, iis diximus: ***Vestrarum est profecto partium non unum vel alterum dumtaxat populum fraternis vinculis coniungere, sed omnes ad unum ... Quis enim non videat omnino oportere eo sensim perveniatur,*** *ut* ***auctoritas quaedam ad mundum universum spectans constituatur, quae sive in re iudiciali sive in re politica efficaciter agere possit?***[66]

79. Nonnulli fortasse huiusmodi exspectationes quasi vana opinionum commenta censeant. Fieri enim potest, ut eorum consuetudo res ipsas ut sunt spectandi aliquid vitii habeat, quod nondum animadverterint citatissimum huius aetatis cursum, in qua homines artiore fratrum necessitudine vivere cupiunt

[65] Cf. IOANNIS XXIII Litt. Encycl. *Pacem in terris,* A.A.S., LV, 1963, p. 301.
[66] A.A.S., LVII, 1965, p. 880.

atque, licet ignor an tiis, erroribus noxisque detineantur ac saepe in efferatos recidant mores vel longe a salutis via aberrent, lente tamen ac vel etiam sine sensu ad suum accedunt Creatorem. Atqui huiusmodi contentio ad humaniorem vitae rationem labores quidem postulat, incommoda iniungit; sed ipsae res adversae, amoris erga fratres eorumque utilitatis causa susceptae, quam maxime ad humani generis progressionem conducere possunt. Nam christifideles compertum perspectumque habent se, pro eo quod cum piaculari divini Servatoris immolatione coniungantur, plurimum conferre ***in aedificationem Corporis Cristi,***[67] ut suam nempe plenitudinem accipiat, in populi Dei congregatione.

80. Cum vero hoc iter mutua omnium animi voluntatisque consensione pergendum sit, Nostrum idcirco esse existimamus omnes monere de gravissima amplissimaque hac causa deque summa efficiendi operis necessitate. Iam tempus advenit agendi, quandoquidem in discrimine est, num tot infantes culpae expertes vita superent, num tam multae familiae inopia afflictae ad vivendi condicionem accedere possint cum homine consentaneam, num denique in orbe terrarum pax atque ipse civilis cultus sarta tecta servari queant. Ad universos igitur homines populosque pertinet, ut causam tanti momenti in se recipiant.

81. Quam ob rem haec hortatio ad filios Nostros imprimis spectat. Nam etiam in nationibus, quae ad progressionem nituntur, perinde ut in ceteris, oportet laici suas esse partes sentiant temporalium rerum ordinem in melius con vertere. Etenim, si sacrae Hierarchiae est leges praeceptaque moralia docere atque cum auctoritate explanare, quibus hac in re obtemperandum est, laicorum officium est suis liberis consiliis inceptisque id efficere — haud quaquam aliunde normis aut praescriptis desidiose exspectatis — ut non tantum hominum mores mentisque habitus, sed etiam civilis communitatis le-

[67] *Eph.*, 4, 12. Cf. CONC. VAT; II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 13, A.A.S., LVII, 1965, p. 17.

ges et structuras christiano vitae sensu imbuant.[68] Necesse profecto est, res quasdam mutari ac praesentis vitae condiciones penitus emendari. Quod qui facient, iidem summopere enitantur oportet mutationes easdem spiritu Evangelii perfundere. Catholicos praesertim viros e florentioribus nationibus flagitamus, ut suam rerum peritiam atque adiutricem sedulamque operam publicis vel privatis praestent Institutis, sive civilibus sive religiosis, quae in civitatum ad progressionem nitentium angustias vincendas incumbant. Pro certo quidem habemus iis cordi fore se primum tenere locum in eorum agmine, qui nulli parcunt labori, ut reapse apud populos universos ex morum praescriptis leges iustae et aequae condantur.

82. Minime deinde dubitamus, quin omnes, qui christiano censentur nomine ac propterea fratres Nostri sunt, socia compositaque opera id magis magisque moliri velint, ut homines immodicum sui amorem animique arrogantiam coerceant, contentiones simultatesque deponant, ambitiones et iniquitates cohibeant, adeo ut omnibus viae patefiant humanioris vitae, in qua unusquisque sicut frater a fratribus diligatur atque adiuvetur. Praeterea suavi adhuc affecti recordatione illius colloquii, quod cum viris e variis religiosis communitatibus non christianis Bombayae habuimus, iterum illos fratres Nostros hortamur, ut totis animi ingeniique viribus contendant ad vivendi condiciones omnibus hominibus parandas, filiis Dei dignas.

83. Animum denique convertimus Nostrum ad universos bonae voluntatis viros, qui conscii sint, ad pacem nisi per civilis cultus progressionem opumque incrementum non posse perveniri. Velimus igitur animum vos inducatis, sive Legati apud Consilia inter nationes obtinentia, sive rebus publicis administrandis periti, ' sive diurnarii scriptionumque editores, sive demum educatores praeceptoresque, ut omnes, pro vestro cuiusque munere, operam detis novo rerum ordini componendo.

[68] Cf. CONC. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum, *Apostolicam actuositatem,* n. 7, 13 et 24; A.A.S., LVIII, 1966, pp. 843, 849 et 856.

Quod ad Nos, Omnipotentem Deum pro vobis suppliciter precamur, ut vos illuminet vosque roboret, ut omnium animos ad graves has quaestiones considerandas excitetis, populosque ad eas solvendas impellatis. Vobis, praeceptores, sit certum atque statutum iuventuti amorem inicere populorum inopia oppressorum. In hoc vos, diurnarii, elaborate, ut nobis ante oculos proponatis cum incepta, quibus nituntur mutua populorum auxilia, tum lamentabile tot miseriarum spectaculum, quod homines facile aversantur, ne animi tranquillitate careant. Nam id saltem opus est divites cognoscant, pauperes ad suas veluti ianuas stare atque epularum comissationumque reliquias aucupari.

84. Vestrum est, rerum publicarum rectores, communitates trahere vestras ad artiorem cum omnibus hominibus necessitudinem, iisque hoc persuadere, ut nonnihil de suis efïusis sumptibus necessario deduci patiantur ad populorum progressionem provehendam pacemque tuendam. In vobis denique magnam partem positum est, Viri legatorum munere fungentes apud multarum nationum Consilia, illud consequi, ut infestos inanesque virium armorumque concursus excipiat socia omnium gentium opera, amica, pacis studiosa suarumque utilitatum incuriosa; quae nimirum spectet ad conspirantem humani generis progressionem incitandam, qua universi homines se magis magisque excolere queant.

85. Quoniam vero — hoc fatendum est — saepe saepius homines male se habent, quod satis de his rebus non cogitant neque meditan tur, idcirco consideratas sapientesque viros, catholicos, christianos, Dei cultores, supremae veritatis et iustitiae cupidos, hoc est omnes bona voluntate praeditos, appellamus, eosque, Iesu Christi verba usurpantes, vehementer rogamus: ***quaerite et invenietis;***[™] vias patefacite, per quas homines, invicem datis acceptisque auxiliis, rebus altius usque exploratis atque caritatis

[9] La, 11, 9.

sensibus latius latiusque manantibus, magis fraternam vitae rationem instituant, ita ut humana societas reapse in omnium consensione innitatur.

86. Vos denique omnes, qui, egenorum populorum ploratibus auditis, eorum necessitatibus subvenire conamini, vos, inquimus, fautores et quasi apostolos existimamus salutaris verique nominis progressionis, quae quidem tantum abest, ut in divitiis contineatur, ad singulorum commodum pertinentibus vel per se expetitis, ut potius ponenda sit in rerum oeconomicarum ratione ad humanae personae bonum composita, in victuque cotidiano cunctis parato, unde fraterna caritas quasi efflorescat providentisque Dei auxilium perspicue significetur.

87. Extremum, dum toto pectore bene vobis precamur, cunctos bonae voluntatis homines vocamus, ut suas cum vestris viribus fratrum more coniungant. Nam si hodie nemo dubitat progressionem idem valere ac pacem, quis nolit, quaesumus, in eam progressionem sua studia suosque labores impendere? Nemo scilicet. Omnes ergo vos hortamur, ut Nostrae anxiae implorationi egregia animi alacritate, in nomine Domini, respondeatis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxvi mensis Martii, in festo Resurrectionis D. N. I. C, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO RITUUM

INSTRUCTIO DE MUSICA IN SACRA LITURGIA

PROOEMIUM

1. Musicam sacram, in iis quae ad liturgicam instaurationem spectant, Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum secundum attente consideravit, eiusque munus in divinis officiis illustravit, plura principia pluresque leges hac de re in Constitutione de sacra Liturgia edicens, eique tribuens integrum caput eiusdem Constitutionis.

2. Quae autem Sacrosanctum Concilium statuit, in instauratione liturgica nuper inchoata ad usum adduci iam coepta sunt. Sed e novis normis ad sacrorum rituum ordinationem et fidelium actuosam participationem pertinentibus, quaestiones aliquae de musica sacra eiusque ministeriali munere ortae sunt, quae solvendae videntur ad nonnulla principia Constitutionis de sacra Liturgia hac in re melius declaranda.

3. Consilium, proinde, ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia constitutum, de mandato Summi Pontificis, has quaestiones accurate perpendit atque praesentem Instructionem confecit, quae non universam quidem legislationem de musica sacra colligit, sed praecipuas tantum normas statuit, quae magis necessariae hac aetate videntur; quaeque veluti continuatio et complementum efficitur prioris Instructionis huius Sacrae Congregationis, ab eodem « Consilio » praeparatae, et ad exsecutionem spectat Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam, die 26 septembris 1964 evulgatae.

4. Sperare licet fore ut, has normas libenti animo accipientes et in usum adducentes, animorum pastores, musici artifices, fidelesque concordi animo.contendant ad verum finem musicae sacrae attingendum, ((qui gloria Dei est atque sanctificatio fidelium w.[1]

a) Ideo illa dicitur musica sacra quae, ad cultum divinum celebrandum creata, sanctitate et bonitate formarum praedita est.[2]

b) Sub nomine *musicae sacrae* hic veniunt : cantus gregorianum, polyphonia sacra antiqua et moderna in suis diversis generibus, musica sacra pro organo et aliis admissis instrumentis, et cantus popularis sacer seu liturgicus et religiosus.[3]

I. *De quibusdam normis generalioribus.*

5. Formam nobiliorem actio liturgica accipit, cum in cantu peragitur, ministris cuiusque gradus ministerio suo fungentibus, et populo eam participante.[4] Per hanc enim formam oratio suavius exprimitur, mysterium sacrae Liturgiae eiusque indoles hierarchica et communitatis propria apertius manifestantur, unitas cordium per vocis unitatem profundius attingitur, mentes per rerum sacrarum splendorem ad superna facilius extolluntur, et universa celebratio illam clarius praefigurat, quae in sancta civitate Ierusalem peragitur.

Proinde huiusmodi celebrationis formam animorum pastores sedulo studio assequi conentur; immo munerum et partium distributionem, quae actionibus sacris in cantu celebratis est magis propria, ad alias quoque celebrationes sine cantu cum populo peragendas congrue transferant, id praesertim attendentes, ut necessarii et idonei ministri habeantur, et populi actuosa participatio foveatur.

[1] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 112: *A. A. S.* 56 (1964) p. 12S.

[2] Cfr. S. Pius X, Motu proprio *Tra le sollecitudini* (22 nov. 1903), n. 2: A. Si. *S.* 36 (1903-1904) p. 332.

[3] Cfr. S. C. Rituum, Instr, de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958), n. **4:** *A. A. S.* 50 (1958) p. 633.

[4] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 113: A. *A. S.* 56 (1964) p. 128.

Cuiusque autem celebrationis liturgicae effectiva praeparatio concordi animo fiat inter omnes quorum interest sive quoad ritus, sive quoad rem pastoralem aut musicam, rectore ecclesiae moderante.

6. Genuina celebrationis liturgicae ordinatio, praeter debitam munerum divisionem et exsecutionem, qua nempe « quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet »,[5] postulat quoque ut sensus et natura propria cuiusque partis et cuiusque cantus probe serventur. Ad hoc assequendum, oportet imprimis ut ea, quae cantum per se requirunt, cantu revera proferantur, genere tamen et forma adhibitis, quae eorum indoles requirat.

7. Inter formam celebrationum liturgicarum sollemnem pleniorem, in qua omnia quae cantum exigunt, revera cantu proferuntur, et formam simplicissimam in qua cantus non adhibetur, plures gradus haberi possunt prout amplior vel minor locus cantui tribuitur. In seligendis tamen partibus quae cantu proferantur, ab iis initium sumatur quae ex earum natura potioris sunt momenti, et praesertim ab iis quae a sacerdote vel ministris sunt canendae, populo respondente, aut simul a sacerdote et populo sunt cantu proferendae, ceteris gradatim additis quae unius populi vel unius scholae cantorum sunt propriae.

8. Quotiescumque ad actionem liturgicam cantu celebrandam personarum delectus fieri potest, expedit, ut ii praeferantur qui in cantu excellentiores esse noscuntur; praesertim si agitur de actionibus liturgicis sollemnioribus, et de iis quae aut cantum difficiliorem exigunt, aut radiophonice vel televisifice transmittuntur.[6]

Si vero huiusmodi delectus fieri nequit, et sacerdos vel minister voce apta ad cantum debite exsequendum non pollet, potest unam alteramve partem difficiliorem ex iis quae ad ipsum spectant absque cantu

[5] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107.

[6] S. C. Rituum, Instr, de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958), n. 95: *A. A. S.* 50 (1958) pp. 656-657.

proferre, eam elata voce et distincte recitando. Hoc autem ne in commoditatem tantum sacerdotis vel ministri fiat.

: 9. In seligendo genere musicae sacrae, sive pro schola cantorum sive pro populo, ratio habeatur facultatum eorum qui cantare debent. Nullum genus musicae sacrae Ecclesia ab actionibus liturgicis arcet, dummodo spiritui ipsius actionis liturgicae et naturae singularum eius partium respondeat,[7] et debitam actuosam populi participationem non impediat.[8]

10. Quo autem libentius et fructuosius fideles actuosam participationem praestent, convenit, ut celebrationum formae ipsiusque participationis gradus, iuxta dierum coetuumque sollemnitatem, quantum fieri potest opportune varientur.

11. Prae oculis habeatur veram actionis liturgicae sollemnitatem, potius quam ex ornatiore forma cantus et magnificentiore caeremoniarum apparatu, ex digna et religiosa celebratione pendere, quae rationem habeat integritatis ipsius actionis liturgicae, seu exsecutionis omnium eius partium, iuxta propriam earum naturam. Ornatior forma cantus et magnificentior caeremoniarum apparatus quandoque optanda quidem sunt, ubi facultates suppetunt id debite praestandi ; attamen contra veram sollemnitatem actionis liturgicae esset, si ad aliquod eius elementum omittendum, immutandum, indebite peragendum induceret.

12. Uni Sedi Apostolicae competit potiora principia generalia statuere quae sunt veluti musicae sacrae fundamentum, iuxta traditas normas, sed praesertim iuxta Constitutionem de sacra Liturgia. Moderatio inter limites statutos pertinet quoque ad competentes varii generis territoriales Episcoporum coetus legitime constitutos necnon ad Episcopum.[9]

[7] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. H6: *A. A. S.* 56 (1964) p. 129.

[8] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 28: *A. A.* S. 56 (1964) p. 107.

[9] Cfr. Conc Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 22 *A. A. S.* 56 (1964) p. 106.

II. *De iis qui in liturgicis celebrationibus partem habent.*

13. Actiones liturgicae sunt celebrationes Ecclesiae seu plebis sanctae sub Episcopo, vel presbytero, adunatae et ordinatae.[10] Peculiarem in iis locum obtinent, propter sacrum ordinem susceptum, sacerdos eiusque ministri; ob ministerium autem, ministrantes, lectores, commentatores et ii qui ad scholam cantorum pertinent.[11]

14. Sacerdos coetui congregato personam Christi gerens praeest. Preces quas ipse clara voce cantat vel dicit, utpote nomine totius plebis sanctae et omnium circumstantium prolatae,[12] ab omnibus sunt religiose audiendae.

15. Fideles munus suum liturgicum implent, plenam illam, consciam atque actuosam participationem praestando, quae ab ipsius Liturgiae natura postulatur, et ad quam populus christianus, vi Baptismatis, ius habet et officium.[13]

Haec autem participatio :

a) in primis interior sit oportet, qua nimirum fideles mentem suam iis quae proferunt vel audiunt accommodant, et supernae gratiae cooperantur;[14]

b) attamen etiam exterior esse debet, idest quae interiorem participationem manifestet per gestus et corporis habitus, per acclamationes, responsiones et cantum.[15]

[10] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 26 et 41-42: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107 et 111-112; Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium,* n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 33-36.

[11] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 29: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107-108.

[12] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 33: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108.

[13] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 14: *A. A. S.* 56 (1964) p. 104.

[14] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 11: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 102-103.

[15] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 30: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108.

Edoceantur quoque fideles ut, ea auscultantes, quae ministri aut schola cantant, mentem suam ad Deum extollere, per interiorem participationem, contendant.

16. Mhil sollemnius vel iucundius potest in sacris celebrationibus exhiberi, quam coetus qui totus suam fidem et pietatem cantu exprimit. Proinde totius populi actuosa participatio, quae cantu manifestatur, sedulo promoveatur hac ratione :

a) Comprehendat imprimis acclamationes, responsiones salutationibus sacerdotis et ministrorum et in precibus litanicis, ac praeterea antiphonas et psalmos, necnon versus intercalares seu responsa repetita, atque hymnos et cantica.[16]

b) Per aptam catechesim et exercitationes, populus gradatim ducatur ad ampliorem in dies, immo plenam, participationem praestandam in iis quae ad ipsum pertinent.

c) Aliqui tamen cantus populi, praesertim si fideles nondum fuerint sufficienter instructi, aut si modi musici adhibentur e pluribus vocibus compositi, poterunt etiam uni scholae tribui, dummodo populus ab aliis partibus ne excludatur, quae ad ipsum spectant. Probandus autem non est usus tribuendi uni scholae cantorum universum cantum totius « Proprii » totiusque « Ordinarii », populo a participatione in cantu penitus excluso.

17. Sacrum quoque silentium suo tempore servetur ; [17] per illud enim fideles non modo non sunt habendi tamquam extranei vel muti spectatores actionis liturgicae, sed arctius in mysterium inseruntur, quod celebratur, per dispositiones internas, quae e verbo Dei audito, e cantibus et precibus prolatis, atque ex spirituali coniunctione cum sacerdote, suas partes proferente, dimanant.

18. Inter fideles speciali cura cantu sacro instituantur sodales religiosarum societatum laicorum, ita ut efficacius conferant ad participa-

[16] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 30: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108.

[17] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 30: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108.

tionem populi sustentandam et promovendam.[18] Totius autem populi institutio ad cantum sedulo ac patienter, simul cum institutione liturgica, perficiatur, iuxta fidelium aetatem, condicionem, vitae genus et religiosae culturae gradum, iam a primis annis formationis in scholis elementariis.[19]

19. Peculiari mentione dignus, ob liturgicum ministerium quo fungitur, est chorus vel cappella musica vel schola cantorum.

Eius munus, ex normis Sacrosancti Concilii liturgicam instaurationem respicientibus, maioris etiam momenti et ponderis factum est. Eius enim est de partibus sibi propriis, iuxta diversa genera cantuum, debite exsequendis, curare, et actuosam fidelium participationem in cantu fovere.

Proinde :

a) Chori vel cappellae, vel scholae cantorum habeantur et sedulo foveantur praesertim apud ecclesias cathedrales aliasque maiores ecclesias et in seminariis, atque studiorum domibus religiosis ;

b) Eaedem scholae, etsi parvae, apud minores quoque ecclesias opportune constituantur.

20. Cappellae vero musicae quae apud basilicas, cathedrales, monasteria aliasque ecclesias maiores exstantes, saeculorum decursu magnam sibi laudem comparaverunt thesaurum musicum pretii inaestimabilis custodiendo et fovendo, propriis traditis sibi normis, ab Ordinario recognitis et probatis, serventur ad sacras actiones splendidiore forma celebrandas.

Curent tamen earundem scholarum magistri atque ecclesiarum rectores, ut populus cantui semper se societ ad partes saltem faciliores sibi proprias agendas.

21. Provideatur, praesertim ubi facultas etiam parvam scholam constituendi desit, ut unus alterve cantor ad minus habeatur, probe insti-

[18] Cfr. S. O. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), nn. 19 et 59: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 881 et 891.

[19] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 19: *A. A. S.* 56 (1964) p. 105; S. C. Rituum, Instr, de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958), nn. 106-108 : *A. A. S.* 50 (1958) p. 660.

tutus, qui simpliciores saltem modos, populo pro sua parte participante, proponat, ipsosque fideles opportune ducat et sustentet.

Expedit ut huiusmodi cantor adsit etiam apud ecclesias schola praeditas, pro iis celebrationibus, quas schola participare nequit et tamen cum aliqua sollemnitate, et ideo cum cantu, peragi decet.

22. Schola cantorum constare potest, iuxta probatos mores populorum aliaque adiuncta, sive ex viris et pueris, sive ex viris vel pueris tantum, sive ex viris et mulieribus, immo, ubi casus revera fert, ex mulieribus tantum.

23. Schola cantorum, attenta cuiusque ecclesiae dispositione, ita collocetur, ut :

a) clare appareat eius natura, eam nempe fidelium communitatis congregatas partem esse, et peculiare munus agere;

b) eius ministerii liturgici exsecutio facilior evadat ;[20]

c) singulis suis sodalibus plena in Missa participatio, idest participatio sacramentalis, commode permittatur.

Quoties vero schola cantorum etiam ex mulieribus constat, extra presbyterium ponatur.

24. Praeter institutionem musicam, sodalibus scholae cantorum tradatur etiam opportuna institutio liturgica et spiritualis, ita ut ex eorum muneris liturgici debita exsecutione non tantum decus actionis sacrae et optimum exemplum fidelium exoriantur, sed et ipsorum sodalium bonum spirituale.

25. Ad hanc autem institutionem sive technicam sive spiritualem facilius assequendam, operam praebeant consociationes de musica sacra dioecesanae, nationales et internationales, eae praesertim quae ab Apostolica Sede approbatae et pluries commendatae sunt.

26. Sacerdos, ministri sacri vel ministrantes, lector, et ii qui ad scholam cantorum pertinent, necnon et commentator, partes sibi assi-

[20] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 97: *A. A. S.* 56 (1964) p. 899.

gnatas modo bene intellegibili proferant, ita ut populi responsionem, cum ritu requiritur, faciliorem et quasi obviam reddant. Expedit ut sacerdos et ministri cuiusvis gradus vocem suam cum voce universi coetus fidelium consocient in iis, quae ad populum spectant.[21]

III. *De cantu in Missae celebratione.*

27. Ad celebrandam Eucharistiam cum populo,, praesertim diebus dominicis et festis, praeferenda est, quantum fieri potest, etiam pluries in eodem die, forma Missae in cantu.

28. Retineatur distinctio inter Missam sollemnem, cantatam et lectam sancita Instructione anni 1958 (n. 3), iuxta traditas et vigentes leges liturgicas. Tamen pro Missa cantata gradus participationis, ratione utilitatis pastoralis, proponuntur, ita ut facilius evadat, iuxta cuiusque coetus facultates, Missae celebrationem cantu sollemniorem reddere.

Ipsi tamen gradus ita sunt ordinandi, ut primus etiam solus possit adhiberi, secundus autem et tertius, ex integro vel ex parte numquam sine primo. Itaque fideles ad plenam participationem in cantu semper perducantur.

29. Ad primum gradum pertinent :

a) *in ritibus ad introitum:*
— salutatio sacerdotis una cum responsione populi ;
— oratio.

b) *in liturgia verbi:*
— acclamationes ad Evangelium.

c) *in liturgia eucharistica:*
— oratio super oblata;
— praefatio, cum dialogo et *Sanctus;*
— doxologia finalis Canonis;
— oratio dominica cum sua monitione et embolismo ;

[21] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 48b: *A. A. S.* 56 (1964) p. 888.

— *Pax Domini;*
— oratio post communionem ;
— formulae dimissionis.

30. Ad secundum gradum pertinent :

a) Kyrie, Gloria et *Agnus Dei;*

b) Symbolum;

c) oratio fidelium.

31. Ad tertium gradum pertinent :

a) cantus ad processiones introitus et communionis ;

b) cantus post lectionem aut Epistolam;

c) Alleluia ante Evangelium;

d) cantus ad offertorium;

e) lectiones Scripturae sacrae, nisi eas sine cantu proferre magis opportunum visum fuerit.

32. Usus legitimé vigens in aliquibus locis, passim indultis confirmatus, alios cantus substituendi pro cantibus ad introitum, ad offertorium et ad communionem in Graduali exstantibus, de iudicio competentis auctoritatis territorialis, servari potest, dummodo huiusmodi cantus cum partibus Missae, cum festo vel tempore liturgico congruant. Eadem auctoritas territorialis textus horum cantuum approbare debet.

33. Expedit ut coetus fidelium, quantum fieri potest, cantus ((Proprii » participet, praesertim per faciliora responsa vel alios opportunos módulos.

Inter cantus « Proprii » peculiarem vim habet cantus post lectiones occurrens, in modum gradualis aut psalmi responsorii peractus. Natura sua est pars liturgiae verbi; proinde est proferendus omnibus sedentibus et auscultantibus, immo, quantum fieri potest, participantibus.

34. Cantus, qui « Ordinarium Missae » dicuntur, si modis musicis pluribus vocibus conscriptis canuntur, a schola cantorum suetis normis

persolvi possunt, vel « a cappella » vel instrumentis comitantibus, dummodo populus a participatione in cantu omnino non excludatur.

In aliis casibus cantus « Ordinarii Missae » distribui possunt inter scholam cantorum et populum aut etiam inter duas ipsius populi partes, ita ut exsecutio fiat versibus alternis, aut alia congruente ratione, quae partes ampliores totius textus complectatur. In his casibus prae oculis tamen habeatur : *Symbolum,* cum sit forma professionis fidei, praestat ab omnibus cantari, aut tali modo, qui fidelium congruam participationem permittat; *Sanctus,* utpote acclamationem conclusivam praefationis, praestat ab universo coetu, una cum sacerdote, de more cantari ; *Agnus Dei,* toties repeti potest quoties necessarium est, praesertim in concelebratione, cum fractionem comitatur ; expedit ut populus hunc cantum saltem per invocationem finalem, participet.

35. Oratio dominica a populo una cum sacerdote convenienter profertur.[22] Si lingua latina cantatur, adhibeantur melodiae legitime iam exstantes ; si vero lingua vernacula canitur, modi sunt a competenti auctoritate territoriali approbandi.

36. Nihil impedit quominus in Missis lectis aliqua pars « Proprii » vel ((Ordinarii » cantetur. Immo quandoque etiam aliquis alius cantus proferri potest initio, ad offertorium et ad communionem, necnon in fine Missae : qui tamen cantus non sufficit ut sit « eucharisticus », sed oportet ut cum partibus Missae, cum festo vel tempore liturgico congruat.

IV. *De cantu Divini Officii.*

37. Celebratio Divini Officii in cantu, utpote quae huius precationis naturae magis congruat, et indicium sit plenioris sollemnitatis atque profundioris unionis cordium in laudibus Dei persolvendis, iuxta votum a Constitutione de sacra Liturgia expressum,[23] enixe commendatur iis qui in choro vel in communi ipsum Officium Divinum persolvunt.

[22] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 48g: *A. A. S.* 56 (1964) p. 888.

" Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 99 : *A. A S.* 56 (1964) p. 124.

Expedit enim ut saltem aliqua pars Officii Divini, et in primis Horae praecipuae, nempe Laudes et Vesperae, saltem diebus dominicis et festis, ab his cantu persolvantur.

Alii quoque clerici studiorum causa in communi viventes, aut exercitiorum spiritualium vel aliorum coetuum gratia simul convenientes, per aliquas partes Divini Officii in cantu celebratas coetus suos opportune sanctificent.

38. In Officio Divino in cantu celebrando, firmo iure vigenti pro iis qui obligatione chori tenentur firmisque indultis particularibus, principium « progressivae » sollemnitatis adhiberi potest, quatenus eae partes, quae, natura sua, cantui magis directe destinantur, veluti dialogi, hymni, versus, cantica, cantu proferuntur, cetera vero recitantur.

39. Fideles invitentur et debita catechesi efformentur ad celebrandas in communi diebus dominicis et festis quasdam Divini Officii partes, praesertim autem Vesperas aut, iuxta locorum et coetuum consuetudines, alias Horas. Generatim autem fideles, cultiores praesertim, per aptam institutionem dirigantur ad psalmos, sensu christiano intellectus, in suis precibus adhibendos, ita ut gradatim ad ampliorem gustum et usum orationis publicae Ecclesiae quasi manuducantur.

40. Huiusmodi autem disciplina peculiari ratione tradatur sodalibus Institutorum consilia evangelica profitentium, ut exinde uberiores hauriant divitias ad vitam spiritualem fovendam. Expedit autem ut Horas praecipuas, etiam in cantu, quantum fieri potest, persolvant, ad publicam Ecclesiae orationem plenius participandam.

41. Ad normam Constitutionis de sacra Liturgia, iuxta saecularem traditionem ritus latini, in Officio Divino in choro celebrando lingua latina clericis servanda est.[24]

Cum autem eadem Constitutio de sacra Liturgia[25] praevideat usum

[24] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 101, § 1: A. *A. S.* 56 (1964) p. 124; S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 85 : *A. A. S.* 56 (1964) p. 897.

[25] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 101, §§ 2 et 3 : *A. A. S.* 56 (1964) p. 125.

linguae vernaculae in Divino Officio tum ex parte fidelium, tum ex parte Monialium aliorumque sodalium Institutorum consilia evangelica profitentium, qui non sint clerici, congrua cura habeatur ut parentur melodiae quae in cantu Divini Officii lingua vernacula adhibeantur.

V. *De musica sacra in Sacramentorum et Sacramentalium celebratione, in peculiaribus actionibus anni liturgici, in sacris verbi Dei celebrationibus et in piis sacrisque exercitiis.*

42. Ex principio a Sacrosancto Concilio declarato, ut quoties ritus, iuxta propriam cuiusque naturam, secum ferunt celebrationem communem, cum frequentia et actuosa participatione fidelium, haec praeferatur celebrationi eorundem singulari et quasi privatae,[26] necessario consequitur ut cantus magni fiat, utpote aspectum « ecclesialem » celebrationis aptius manifestans.

43. Quaedam autem Sacramentorum et Sacramentalium celebrationes, quae in vita totius communitatis paroecialis peculiare habent momentum, veluti Confirmatio, Ordinationes sacrae, Matrimonium, Consecratio ecclesiae vel altaris, Exsequiae, etc., quantum fieri potest, in cantu peragantur, ita ut etiam sollemnitas ritus ad maiorem efficacitatem pastoralem conferat. Sedulo tamen caveatur ne, sub sollemnitatis specie, quicquam in celebrationem introducatur mere profanum aut cultui divino minus conveniens; quod pertinet praesertim ad celebranda matrimonia.

44. Item sollemniores per cantum fiant illae celebrationes, quae a Liturgia speciali nota, decursu anni liturgici, signantur. Modo vero omnino peculiari sollemnitate debita donentur sacri Hebdomadae Sanctae ritus, qui, per mysterii paschalis celebrationem, fideles ad ipsum veluti centrum anni liturgici ipsiusque Liturgiae ducunt.

45. Etiam pro liturgia Sacramentorum et Sacramentalium et pro aliis peculiaribus actionibus anni liturgici, provideantur opportunae

[26] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 27: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107.

melodiae, quae celebrationem forma sollemniori agendam etiam lingua vernacula foveant; iuxta competentis auctoritatis normas et singulorum coetuum facultates.

46. Magna est musicae sacrae efficacia ad fidelium pietatem alendam etiam in sacris verbi Dei celebrationibus et in piis sacrisque exercitiis.

In sacris quidem verbi Dei celebrationibus,[27] exemplum sumatur e liturgia verbi in Missa ;[28] in omnibus autem piis sacrisque exercitiis magnae utilitatis erunt praesertim psalmi, opera musicae sacrae e thesauro tum antiquo tum recentiore derivata, cantus religiosi populares necnon sonus organi aliorumve instrumentorum, quae sunt magis propria.

In iisdem insuper piis sacrisque exercitiis, et praesertim in sacris: verbi Dei celebrationibus, optime admittuntur etiam nonnulla e musicis operibus, quae, etsi in Liturgia locum amplius non habent, possunt tamen spiritum religiosum excitare et meditationem mysterii sacri fovere.[23]

VI. *De lingua in actionibus liturgicis in cantu celebratis adhibenda? et de thesauro musicae sacrae servando.*

47. Iuxta Constitutionem de sacra Liturgia, « linguae latinae usus, salvo particulari iure, in Ritibus latinis servetur)).[30]

Cum tamen, «haud raro linguae vernaculae usurpano valde utilis apud populum existere possit,[31] « est competentis auctoritatis ecclesiasticae territorialis de usu et modo linguae vernaculae statuere, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis ».[32]

[27] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), nn. 37-39: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 884-885.

[28] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 37: *A. A. S.* 56 (1964) p. 885.

[29] Cfr. infra, n. 53.

[30] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 36, § 1: *A. A. S.* 56 (1964) p. 109.

[31] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 36, § **2:** *A. A. S.* 56 (1964) p. 109.

[32] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 36, § 3: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 109-110.

Proinde his normis adamussim servatis, congrua participationis forma pro cuiusque coetus facultatibus opportune adhibeatur.

Curent animarum pastores, ut, praeterquam lingua vernacula ((christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae, quae ad ipsos spectant, simul dicere vel cantare sciant ».[33]

48. Videant locorum Ordinarii utrum, inducto usu linguae vernaculae in celebrationem Missae, opportunum evadat ut, in aliquibus ecclesiis, praecipue vero in magnis urbibus, quo fideles diversi sermonis frequentius conveniunt, unam aut plures Missas lingua latina celebrandas servent, praesertim in cantu.

49. Ad usum linguae latinae vel vulgaris quod attinet in sacris celebrationibus peragendis in Seminariis, serventur normae S. Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus* de institutione liturgica alumnorum.

Sodales autem Institutorum consilia evangelica profitentium in eadem re eas servent normas, quae exstant in Litteris Apostolicis *Sacrificium laudis* diei 15 augusti 1966, necnon in Instructione de lingua in celebrandis Officio Divino et Missa conventuali aut communitatis ^pud Religiosos adhibenda, data ab hac S. Rituum Congregatione die *23* novembris 1965.

50. In actionibus liturgicis in cantu lingua latina celebrandis :

a) Cantus gregorianus, utpote liturgiae romanae proprius, principem locum, ceteris paribus, obtineat.[34] Eius melodiae in typicis editionibus exstantes opportune adhibeantur.

b) ((Expedit quoque ut paretur editio simpliciores modos continens, in usum minorum ecclesiarum ».[35]

[33] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 54 : *A. A. S.* 56 (1964) p. 115; S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 59: *A. A. S.* 56 (1964) p. 891.

[34] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium, n.* 116: *A. A. S.* 56 (1964) p. 129.

[35] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 117 : *A. A. S.* 56 (1964) p. 129.

c) Alii modi musici, una vel pluribus vocibus conscripti et sive ex thesauro tradito sive ex novis operibus desumpti, in honore habeantur, foveantur et pro opportunitate adhibeantur.[36]

51. Videant insuper animorum pastores, prae oculis habitis locorum condicionibus, fidelium utilitate pastorali et cuiusque sermonis ingenio, utrum partes thesauri musicae sacrae, quae pro textibus lingua latina exaratis superioribus saeculis conscriptae sunt, praeterquam in actionibus liturgicis lingua latina celebratis, etiam in iis adhiberi conveniat, quae lingua vernacula peraguntur. Nihil enim impedit quominus in una eademque celebratione aliquae partes alia lingua canantur.

52. Ad thesaurum musicae sacrae servandum, et ad novas formas cantus sacri promovendas, « magni habeatur institutio et praxis musica in Seminariis, in Religiosorum utriusque sexus novitiatibus et studiorum domibus, necnon in ceteris institutis et scholis catholicis », praesertim autem apud Instituta Superiora ad hoc specialiter destinata.[37] Studium imprimis et usus promoveatur cantus gregoriani, quia, ob peculiares eius notas, fundamentum magni momenti est cultus musicae sacrae.

53. Novae musicae sacrae opera principiis atque normis expositis fideliter conformentur. Ideo « notas verae musicae sacrae prae se ferant atque non solum a maioribus scholis cantorum cani possint, sed minoribus quoque scholis conveniant et actuosam participationem totius coetus fidelium foveant ».[38]

Ad thesaurum autem traditum quod attinet, primo in luce ponantur eae partes, quae sacrae Liturgiae instauratae exigentiis respondeant; attente deinde considerent viri in hac re apprime periti num aliae partes iisdem exigentiis aptari possint; reliquae tandem, quae cum natura

[36] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 116: *A. A. S.*. 56 (1904) p. 129.

[37] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 115: *A. A/S.* 56 (1964) p. 129.

[38] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 121: *A. A. S.* 56 (1964) p. 130.

aut congrua actionis liturgicae celebratione pastorali conformari nequeunt, ad pia exercitia, praesertim vero ad sacras verbi Dei celebrationes, opportune transferantur.[39]

VII. *De melodiis apparandis pro textibus lingua vernacula exaratis.*

54. In conficiendis popularibus interpretationibus earum partium quae melodiis erunt ornandae, praesertim vero Psalterii, curent periti ut congruentia cum textu latino et apta ratio textus vulgaris ad modulationem opportune inter se coniungantur, servatis cuiusque linguae ingenio et legibus, et prae oculis habitis indole et notis peculiaribus cuiusque gentis : quam traditionem una cum musicae sacrae legibus artifices musici sedulo considerent in novis melodiis apparandis.

Curae proinde sit competenti auctoritati territoriali ut in Commissione, cui opus concreditur populares interpretationes conficiendi, periti in commemoratis disciplinis atque in linguis latina et vernacula partem habeant, qui iam ab initio operis consociatis viribus laborent.

55. Competentis auctoritatis territorialis erit decernere num quidam textus vulgares cum modis musicis connexi, a saeculis anteactis traditi, adhiberi valeant, licet in omnibus cum interpretationibus textuum liturgicorum legitime approbatis non concordent.

56. Inter melodias pro textibus popularibus exarandas, illae peculiare momentum habent, quae sacerdotis et ministrorum sunt propriae, sive eas soli concinant sive una cum coetu fidelium cantent aut cum eo in dialogi modum proferant. In his conficiendis, considerent musici artifices num traditae melodiae liturgiae latinae, quae hunc in finem usurpantur, melodias suggerere possint pro iisdem textibus in lingua vernacula proferendis.

57. Novae melodiae pro sacerdote et ministris a competenti auctoritate territoriali approbari debent.[40]

[39] Cfr. supra, n. 46.

[40] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 42."A. *A. S.* 56 (1964) p. 886.

58. Curae sit coetibus Episcoporum, quorum interest, ut una habeatur interpretatio popularis pro una eademque lingua, quae diversis in regionibus adhibetur. Expedit etiam ut, quantum fieri potest, una vel plures habeantur melodiae communes pro partibus quae ad sacerdotem et ad ministros spectant et pro responsionibus et acclamationibus populi, ita ut communis participatio eorum, qui eadem lingua utuntur, foveatur.

59. Musici artifices novum opus aggrediantur ea sollicitudine acti ut traditionem prosequantur, quae Ecclesiae verum thesaurum praebuit in cultu divino adhibendum. Praeterita opera eorumque genera et proprietates inspiciant, sed et novas sacrae Liturgiae leges atque necessitates attente considerent, ita ut ((novae formae ex formis iam exstantibus organice quodammodo crescant))[41] et nova opera novam partem thesauri musici Ecclesiae efficiant, praeteritis haud indignam.

60. Novae melodiae pro textibus lingua vernacula proferendis experientia certe indigent ut ad sufficientem maturitatem et perfectionem perveniant. Vitandum tamen est ne, experimenti etiam solummodo causa, ea in ecclesia fiant, quae sanctitatem loci, dignitatem actionis liturgicae et pietatem fidelium dedeceant.

61. Peculiarem praeparationem exigit apud peritos studium aptandi musicam sacram iis in regionibus, quae propria traditione musica sunt praeditae, praesertim in regionibus missionum :[42] agitur enim de opportune sociando sensu rerum sacrarum cum spiritu, traditionibus et ingenii significationibus illarum gentium propriis. Ii, qui huic rei operam navant, sufficientem cognitionem habeant oportet cum Liturgiae et traditionis musicae Ecclesiae, tum linguae, cantus popularis atque aliarum significationum ingenii illius gentis in cuius utilitatem hoc munus praestant.

[41] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 23: *A. A. S.* 56 (1964) p. 106.

[42] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 119: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 129-130.

VIII. *De musica sacra instrumentali.*

62. Musica instrumenta magnam utilitatem in ßacris celebrationibus afferre possunt, sive cantum comitantur sive sola pulsantur.

« Organum tubulatum in Ecclesia latina magno in honore habeatur, tamquam instrumentum musicum traditionis cuius sonus Ecclesiae caeremoniis mirum addere valet splendorem atque mentes ad Deum ac superna vehementer extollere.

Alia vero instrumenta, de iudicio et consensu auctoritatis territorialis competentis, in cultum divinum admittere licet, quatenus usui sacro apta sint vel aptari possint, templi dignitati congruant, atque revera aedificationi fidelium faveant ».[43]

63. In admittendis et adhibendis musicis instrumentis ratio habenda est ingenii et traditionis singulorum populorum. Attamen ea quae, ex communi iudicio et usu, profanae tantum musicae conveniunt, ab omni actione liturgica et a piis sacrisque exercitiis omnino arceantur.[44] Omnia autem musica instrumenta, quae in cultum divinum admittuntur, ita adhibeantur, ut cum postulatis actionis sacrae congruant, in decorem divini cultus et in aedificationem fidelium cedant.

64. Per musica instrumenta quae cantum comitantur voces sustentari possunt, participatio facilior reddi, et unitas coetus profundius perfici. Eorum tamen sonus voces ne obruat, ita ut textus difficile percipiantur ; cum autem aliqua pars a sacerdote vel ministro, vi proprii muneris, elata voce profertur, taceant.

65. In Missis sive in cantu sive lectis organum aliudve instrumentum musicum legitime admissum adhiberi potest ad cantum scholae cantorum et populi comitandum ; solum autem pulsari potest initio, antequam sacerdos ad altare accedat, ad offertorium, ad communionem et in fine Missae.

[43] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 120 : *A. A. S.* 56 (1964) p. 130.

[44] Cfr. S. C. Rituum, Instr, de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958), n. 70: *A. A. S.* 50 (1958) p. 652.

Eadem autem norma, congrua congruis referendo, etiam ad alias actiones sacras applicari potest.

66. Sonus autem eorundem instrumentorum, solus, non permittitur tempore Adventus, Quadragesimae, in Triduo sacro et in Officiis et Missis defunctorum.

67. Omnino expedit ut organi modulatores ceterique artifices musici non tantum peritia polleant ad instrumentum sibi concreditum debita modo pulsandum; sed intimum sacrae Liturgiae spiritum cognoscant et pénètrent oportet ut, munus suum etiam ex tempore excercentes, sacram celebrationem, iuxta veram naturam eius partium, ornent, ipsamque fidelium participationem foveant.[45]

IX. *De Commissionibus musicae sacrae promovendae praepositis.*

68. Commissiones dioecesanae de musica sacra opem ferunt magni ponderis ad musicam sacram una cum actione liturgica pastorali in dioecesi promovendam.

Proinde in quavis dioecesi, quantum expedit, habeantur, et consociatis viribus una cum Commissione sacrae Liturgiae dent operam.

Immo saepius congruum erit ut ambae Commissiones in unam coalescant, ex personis in utraque disciplina peritis constantem ; ita ut res facilius promoveatur.

Valde autem commendatur ut, ubi utilius visum fuerit, plures dioeceses unicam constituant Commissionem, quae aequalem agendi rationem in una eademque regione efficiat et vires fructuosius in unum colligat.

69. Commissio de sacra Liturgia, quae apud coetus Episcoporum constituenda pro opportunitate consulitur,[46] etiam de musica sacra curet ; ac proinde etiam ex personis musica sacra peritis constet. Expedit vero ut huiusmodi Commissio non solum cum Commissionibus

[45] Cfr. supra, nn. 24-25.

[48] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 44: *A. A. S.* 56 (1964) p. 112.

dioecesanis, sed etiam cum aliis sodalitatibus quae de re musica in eadem regione curant, consilia conferat. Hoc autem etiam de Instituto pastorali liturgico dicendum est, de quo in eodem art. 44 Constitutionis est sermo.

Praesentem Instructionem Summus Pontifex Paulus Pp. **VI,** in Audientia Emo Arcadio M. Card. Larraona, huius Sacrae Congregationis Praefecto, die 9 februarii 1967 concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit, pariter statuens ut ä die 14 maii 1967, dominica Pentecostes, vigere incipiat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 5 martii 1967, dominica « Laetare », IV in Quadragesima.

IACOBUS Card. **LBRCARO**
Archiepiscopus Bononiensis
Praeses Consilii ad exsequendam
Constitutionem de sacra Liturgia

ARCADIUS M. Card. **LARRAONA**
S. B. C. Praefectus

SB Ferdinandus Antonelli
Archiep. tit. Idicrensis
S. B. C. a Secretis

An. et vol. LIX 8 Maii 1967 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

GOIANTENSIS - UBER ABENS IS (BRASILIAPOLITANAE)

Nonnullis territoriis e provinciis ecclesiasticis Goianiensi et Uberabensi detractis, nova provincia ecclesiastica conditur, « Brasiliapolitana » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De Brasiliani populi bono summe sollicitus, aestimavit venerabilis Frater Sebastianus Baggio, Archiepiscopus titulo Ephesinus atque in ea nobilissima Natione Apostolicus Nuntius, bene fieri, si, Goianiensi et Uberabensi circumscriptionibus ecclesiasticis partitis, nova quaedam provincia constitueretur ; Nos autem, qui nihil umquam in muneribus Nostris antiquius putare consuevimus, quam dioeceses apte describere prudentissimisque instruere rectoribus, tum consilia sacri Nuntii probamus, tamquam recta et Ecclesiae sanctae utilia, tum haec, quae sequuntur, consilio ante petito a locorum Ordinariis Praesulibus et a venerabilibus Fratribus nostris R. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Consistoriali praepositis, statuimus. A metropolitano iure sacri Praesulis Goianiensis dioecesim Uruassuensem, atque praelaturam Formosensem eximimus;

item a iure Archiepiscopi Uberabensis, dioecesim Paracatuensem ; quibus, una cum territorio archidioecesis Brasiliapolitanae, novam provinciam ecclesiasticam condimus, *Brasiliapolitanam* cognomine, cuius erunt fines iidem atque Ecclesiarum, quas recensuimus quattuor. Scilicet erit Brasiliapolitana archidioecesis, ad hunc diem Sanctae Sedi directo subiecta, huius provinciae metropolitana Sedes, cum debitis iuribus tum in Ecclesiae ipsius, tum in sacri Antistitis favorem ; ceterae nempe Sedes erunt ei suffraganeae. Ceterum haec quae iussimus venerabilis Frater Sebastianus Baggio effici curabit vel quem ille delegaverit, datis iuribus ad rem faciendam necessariis vel utilibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto, in festo Maternitatis Beatae Mariae Virginis.

IACOBUS A. Card. **COPBLLO**
S\ *R. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. **CONPALONIBRI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

& Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Sylvius Romani, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. CXXII, n. 27.

II

GOIANIENSIS ET ALIARUM
(ANNAPOLITANAE - IPAMERIENSIS - ITUMBIARENSIS MIRACEMANAE SUPERIORIS - RÜBIATABENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Goianiensi atque a dioecesibus Portus Nationalis, Goiasensi et Uruassuensi, novae Ecclesiae conduntur, « Annapolitana », « Ipameriensis », « Itumbiarensis », « Miracemana Superior » et « Rubiatabensis » appellandam

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De animorum utilitate quam qui maxime solliciti, ab Apostolica Sede petiverunt venerabiles Fratres provinciae ecclesiasticae Goianiensis Ordinarii Praesules ut certis territoriis separatis ab archidioecesi Goianiensi atque a dioecesibus Portus Nationalis, Goiasensi et Uruassuensi quaedam aliae Sedes ecclesiasticae formarentur, id quidem confisi fore ut copiosiores possent christianis fidelibus exinde provenire fructus. Explorato igitur quid hoc super negotio sentiret venerabilis Frater Sebastianus Baggio, Archiepiscopus titulo Ephesinus et in Brasiliana Republica Apostolicus Nuntius, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi Consistoriali sunt praepositi, sequentia decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Goianiensi integrum territorium separamus municipiorum, vulgo Abadiânia, Alexánia, Anápolis, Corumbá, Damolândia, Goianópolis, Luziânia, Nerópolis, Nova Veneza, Ouro Verde, Petrolina, Pirenópolis, Santa Rosa, Sao Francisco, atque partem territorii municipii vulgo Jaraguá, quae comprehenditur ripa meridionali fluminis vulgo Ribeirâo Pindaiba, ripa meridionali fluminis vulgo Oorrego Lages, qui in flumen vulgo Das Almas confluii, et parte meridionali lineae, quae utriusque fluminis capita coniungit ; ex iisque dioecesim condimus *Annapolitanam,* cuius Sedes episcopalis in urbe Anápolis dicta ponetur; episcopalis autem magisterii cathedra in curiali templo, ibidem exstante, quod ((Senhor Born Jesus », ut dicunt, est dicatum. Ab eadem archidioecesi Goianiensi territoria municipiorum separamus, quae vulgo cognomi-

nantur Anhanguera, Caldas Novas, Campo Alegre, Catalâo, Corumbaíba, Cristalina, Cumari, Davinópolis, Goiandira, Ipamerí, Marzagào, Nova Aurora, Orizona, Ouvidor, Pálmelo, Pires do Rio, Santa Cruz, Tres Ranchos, Urutaí, iisque dioecesim *Ipameriensem* condimus, cuius episcopalis Sedes urbs Ipamerí dicta, cathedrale vero templum sacra aedes curialis, in eadem urbe exstans atque Spiritui Sancto dicata. Item ab archidioecesi Goianiensi territoria municipiorum separamus, quae appellantur Agua Limpa, Aloândia, Born Jesus, B uriti Alegre, Crominia, Edéia, Goiatuba, Itumbiara, Joviânia, Mairipotaba, Morrinhos, Panamá, Piracanjuba, Pontalina, iisque dioecesim *Itumbiarensem* condimus, quae Sedem episcopalem urbem Itumbiara nuncupatam habebit ac tamquam templum cathedrale sacram aedem in eadem urbe exstantem, S. Ritae a Cascia dicatam. A dioecesi autem Portus Nationalis separamus territoria municipiorum vulgo dictorum Colinas do Goiás, Itacajá, Lizarda, Miracema do Norte, Miranorte, Pedro Afonso, Piaca, Tocantinia, Tupirama, Tupiratins, atque iis condimus praelaturam *Miracemanam Superiorem*, cuius fines iidem erunt ac municipiorum quae descripsimus; episcopalis Sedes, urbs quam Miracema do Norte appellant; praelaticium templum, sacra aedes Deo dicata in honorem S. Teresiae a Iesu Infante. A dioecesi tandem Goiasensi territoria municipiorum separamus, appellata vulgo Aruanä, Crixás, Mozarlândia, Rubiataba, atque partem territorii municipii Goiás, quae attenditur a septentrionali ripa fluminis Ferreiro usque ad eius caput apud fines municipii Itapuranga; a dioecesi autem Uruassuensi, territorium municipii Nova America dicti, iisque omnibus praelaturam *Rubiatabensem* condimus, cuius episcopalis Sedes erit urbs Rubiataba nuncupata; templum praelaticium, curialis sacra aedes, quae in eadem urbe exstat, B. M. V. vulgo dictae Nossa Senhora da Gloria dicata. Quas dioeceses ac praelaturas suffraganeas facimus metropolitanae Sedi Goianiensi, sic ut earum sacri Praesules sacro Goianiensi Praesuli, tamquam eorum Metropolitae subdimus. Curent novarum dioecesium Episcopi ut Canonicorum collegia condant, post alias tamen Apostolicas receptas Litteras ; Consultores dioecesanos interea deligant, ad normam iuris communis. Seminaria etiam exstruantur, gravi scilicet locorum Ordinariorum obligatione, iuxta statutas leges atque peculiaria decreta Sacrae Congregationis de Seminariis; quorum alumni sive ingenio sive animi virtute praestantes Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophia atque sacra theologia erudiendi. Mensam episcopalem, quae dici-

tur, constituent Curiae emolumenta, pecuniae a fidelibus sponte oblatae, dos a civili potestate statuta atque bona, quae conditis Ecclesiis obvenient ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Ad clerum quod attinet, decernimus ut, Sedibus novis constitutis, ei Ecclesiae sacerdotes ascripti addicantur, in cuius territorio officium vel beneficium habeant; ceteri vero clerici atque seminarii tirones ei, in qua legitimum habeant domicilium. Nec satis. Ab archidioecesi enim Goianiensi separamus integrum territorium municipiorum, sic ut in praesens lege civili terminantur, Jandaia, Palmeira de Goiás, Palminópolis, Paraúna, atque praelaturae S. Ludovici de Montes Belos tribuimus; integrum territorium municipiorum Lagolândia, Padre Bernardo, Rianápolis atque partem territorii municipii Jaguará, quae patet in territorium situm intra septemtrionalem ripam fluminis Ribeirão Pindaíba, septentrionalem ripam rivi Córrego Lages atque lineam utriusque fluminis capita coniungentem, ac dioecesi Uruassuensi tribuimus; integrum territorium municipii Itaguaru, idque dioecesi Goiasensi adnectimus. A dioecesi Iataiensi partem distrahimus territorii municipii Caiâpônia ad ipsam pertinentem illamque tribuimus praelaturae S. Ludovici de Montes Belos, ita ut deinceps totum territorium municipii Caiâpônia ad praelaturam S. Ludovici de Montes Belos pertineat. A dioecesi tandem Goiasensi partem separamus municipii Ceres, quae vergit ad eius septemtrionem et occidentem atque sita est inter confluentem fluminis Sao Patricio et rivi appellati vulgo Das Onças et confluentem fluminis Das Almas dicti et rivi Rico, illudque perpetuo dioecesi Uruassuensi adnectimus. Omnia acta et documenta, quae separata territoria respiciunt, ad Curiam dioecesis vel praelaturae cui adnexa sunt quam primum transferantur. Haec quae praescripsimus ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Sebastianus Baggio, quem diximus, vel sacerdos ab eo delegatus. Qui vero negotium perfecerit congrua documenta exaret ad Sacramque Congregationem Consistorialem mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis

sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto, in festo Maternitatis Beatae Mariae Virginis.

IACOBUS A. Card. **COPELLO**
S. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXII, n. 26.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris paroeciali templo Sanctorum Apostolorum, in urbe Colonia Agrippina exstante, tribuuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Templis praeclaris, quae Coloniae Agrippinae insigni sunt ornamento atque, Apostolica Sede largiente, pro sua vetustate ac pulchritudine eximium honoris titulum iam sunt adepta, aedem quoque Sanctorum Apostolorum Nobis annumerare videtur, quippe cum notas praeferat singulares divinoque cultui aptissima habeatur sedes. Etenim ex Antistitum Coloniensium voluntate exstructa et mox collegio Canonicorum, qui curam pastoralem agerent, concredita, anno **MXXVI** primum est consecrata; postmodum, cum amplior facta esset magnoque tholo instructa, tam nova evasit, ut anno **MCCXIX** Engelbertus Archiepiscopus eam denuo consecraverit. Illustre igitur christianae religionis domicilium multa per saecula fuit, quod idem, post sublatum Canonicorum ordinem, ad ius gradumque templi paroecialis superiore aetate est evectum, ubi quidem sacerdotum fideliumque alacritas integra perseveravit. Neque damna, quae, altero bello per uni-

versum terrarum orbem saeviente, accepit, impediverunt quominus, composita pace, ad pristinam formam redigeretur rursumque urbis Coloniensis celebre monumentum fieret. Qua de re ceterae sane laudes hic sunt repetendae : in primis SS. Felicis et Adaucti, Cosmae et Damiani Martyrum, aliorumque Caelitum reliquiae; tum copiosa rerum sacrarum supellex, et sculptae pictaeque imagines; caeremoniarum denique decor, quibus omnibus haec ecclesia nobilitatur. Sed Nobis, qui, Urbe Vetere reduces et Bombaya et Pisis, ubi Sacrosanctum Christi Corpus et Sanguinem adoravimus, per Litteras Encyclicas *Mysterium Fidei* de doctrina et cultu absolutaque virtute Augustissimi Sacramenti nuperrime sumus locuti, id perplacet commemorare, pietatem Eucharisticam continenter ac mirabiliter in Coloniensi templo floruisse. Huc enim B. Iuliana Cornelionensis dicitur advenisse, quae de instituendo Corporis Christi sollemni tam bene est merita, ut ipse Urbanus Pp. IV, Decessor Noster, eius sanxerit votum ; hic etiam Colonienses cives fontem vitae ac fortitudinis christianae, acerbissimis Ecclesiae temporibus, semper invenerunt. Nec reticendum huiusmodi cultum apte cum illo totius sacrae liturgiae cohaerere processu, cui, hoc ipso saeculo, sollertissimus ecclesiae curio egregiam dedit operam. Quae cum ita sint, libenti prorsus animo preces admittere statuimus Dilecti Filii Nostri Iosephi S. R. E. Presb. Card. Frings, Archiepiscopi Coloniensis, qui, vota sui cleri suorumque fidelium apud Nos interpretatus, Basilicae Minoris titulum pro eadem ecclesia postulavit. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, paroeciale templum, quod, Deo in honorem Sanctorum Apostolorum sacrum, in urbe Colonia Agrippina exsurgit, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis, eodem titulo insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XVIII** mensis Septembris anno **MCMLXV**, Pontificatus Nostri tertio.

© H**AMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Sanctus Ioseph Opifex, Sponsus Beatae Mariae Virginis, principalis Patronus dioecesis Beiensis eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Spiritu Divino afflante, cultus, qui Sancto Ioseph, Deiparae Sponso, merito tribuitur, recentiore aetate magnis est auctus incrementis idemque praeclarissimus Cáeles opificum ordinibus, in quos Ecclesia his ipsis temporibus sollicitas curas intendit, ut fulgens exemplum propositus. Quo pietatis studio teneri perhibentur Christifideles dioecesis Beiensis ; cuius Praesul, Venerabilis Frater Emmanuel Dos Santos Rocha, preces collegii Canonicorum ecclesiae suae cathedralis et universi Cleri, sibi commissi, admittens, eundem Beatae Mariae Virginis Sponsum, Opificis nomine insignem, suae dioecesis caelestem Patronum renuntiavit. Quod ut ratum haberemus, idem sacrorum Antistes Nos rogavit. Nos igitur, eiusmodi vota libentissime implentes, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Ioseph Opificem, Sponsum Beatae Mariae Virginis, principalem apud Deum totius Beiensis dioecesis *Patronum* caelestem confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Ianuarii, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

© H**AMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

Ad universos Romanae Dioecesis Christifideles, ob initum a Beatissimo Patre consilium Pastoralis Visitationis in alma Urbe suscipiendae.

PAOLO PP. VI

Diletti figli, salute ed Apostolica Benedizione. — Abbiamo avuto la gioia di dare il pubblico annuncio della Visita Pastorale di Roma, e già nel discorso ai Parroci e ai Quaresimalisti dell'Urbe, come pure nella recente Costituzione Apostolica *Praegraves Supremi Pontificatus,* Ci siamo dati premura di spiegarne lo spirito e le finalità. Ma approssimandosi ormai la data della sua celebrazione, riteniamo opportuno richiamare ancora l'attenzione del Clero e dei fedeli di Roma su questo argomento, affinché con piena consapevolezza e maggior fervore dispongano i loro animi ad un avvenimento destinato a lasciare per molti anni un'orma profonda nella vita religiosa della nostra Città.

A prendere una decisione di così grave importanza nel Nostro ministero pastorale Ci ha mossi l'amore per la Nostra diletta Diocesi e la sollecitudine per i non pochi e non lievi problemi della sua assistenza religiosa, da cui non può e non deve distorglierCi il governo della Chiesa universale ; giacché la fede cristiana di Roma è eredità sacra da custodire e promuovere con ogni impegno, è un bene che interessa la Chiesa intera.

Il pourra vous sembler parfois que la liturgie est faite de bien petites choses : attitudes du corps, génuflexions, inclinations de tête, maniement de l'encensoir, du missel, des burettes ... C'est alors qu'il faut vous souvenir de la parole du Christ dans l'Evangile : « Celui qui est fidèle dans les petites choses le sera aussi dans les grandes)).[3] D'ailleurs rien n'est petit dans la Sainte Liturgie, quand on songe à la grandeur de celui auquel elle s'adresse.

[1] *Marc.* 10, 21.
[2] *2 Tim.* 4, 7.
[3] *Luc.* 16, 10.

Ainsi donc, chers Fils, soyez exemplairement fidèles à vous acquitter de vos fonctions sacrées. Mettez-y toute votre application, tout votre cœur, tout votre amour.

Et'puis l'attention à l'appel divin. Nous vous confierons une de Nos angoisses : devant l'immensité de la tâche que représente ce monde moderne à évangéliser, Nous Nous demandons parfois : où et comment trouver assez de prêtres, assez de religieux pour suffire à la besogne? Ne semble-t-il pas que Dieu appelle en vain? que la jeunesse d'aujourd'hui ne veut plus l'entendre? qu'elle n'a plus le goût de Dieu, le sens de l'idéal, l'attrait du sacrifice?

Chers Fils, bon nombre d'entre vos aînés ont donné un démenti éclatant à ces craintes! Puissiez-vous, en grand nombre, suivre leurs traces ! Soyez attentifs à ne pas laisser se perdre et rester sans écho la voix qui appelle. Et priez tous avec ferveur pour que le Christ se choisisse dans vos rangs de nombreux continuateurs de son sacerdoce.

C'est Notre vœu en vous accueillant ici aujourd'hui avec vos Evêques, vos méritants éducateurs, et, à leur tête, le cher et vénéré chanoine Hoornaert. De grand cœur Nous encourageons votre beau pèlerinage et les résolutions qu'il vous inspirera, et à tous — sans oublier vos familles, les ((Pueri Cantores » qui vous accompagnent et les dévouées « Filles de l'Eglise » de Bruges — Nous accordons paternellement, en gage des grâces que Nous invoquons sur vous par l'intercession de vos célestes patrons, la Bénédiction Apostolique que vous êtes venus Nous demander.

Ed ora un saluto fervidissimo ai giovani « Ministranti)) di lingua italiana !

Dopo aver celebrato la Pasqua, siete convenuti a Roma per il vòstro secondo Congresso internazionale; e il tono di squillante letizia, che distingue il tempo pasquale, viene così a caratterizzare cotesto vostro incontro di anime giovanili : le vostre cotte candide, come le bianche tuniche dei lettori, richiamano alla mente la candida schiera dei neofiti, che nella Chiesa dei primi secoli animavano con la loro fede e con la loro pietà questa settimana di Pasqua : e stamane le voci argentine dei *Pueri Cantores*, anch'essi presenti con voi, hanno ripetuto, come allora, l'Alleluia durante la Messa.

Nel contemplare pertanto lo spettacolo splendido ed esaltante, che oggi offrite ai Nostri occhi, Noi pensiamo che anche voi, come altrettanti neofiti pieni di fervore e di gioia, siete l'onore e il vanto della Chiesa,

alia quale date il contributo della vostra età nel servizio puntuale, Ordinato, preciso, offerto all'Altare ; Noi pensiamo che anche voi siete come un canto alleluiatico, che risuona nella Chiesa e per la Chiesa a edificazione del popolo fedele.

Per questa vostra partecipazione cosciente e generosa alla Liturgia, che è il cuore di tutta la vita cristiana e, come ha detto efficacemente il Concilio, « è il culmine verso cui tende l'azione della Chiesa e, insieme, la fonte da cui promana tutta la sua virtù » ;[4] per questa vostra partecipazione, diciamo, Noi vediamo che in voi si realizza l'ideale del laico cristiano, aperto e attivo collaboratore del sacerdozio cattolico, come l'ha proposto il Concilio Ecumenico Vaticano II; è bensì vero che, data la vostra età ancora in sviluppo, le complesse indicazioni del Concilio a tale riguardo non possono ancora trovare in voi piena attuazione ; però voi già realizzate in forma esemplare quello che il Concilio ha chiaramente proposto come insostituibile fondamento e condizione indispensabile dell'apostolato dei laici e della sua fecondità : cioè quella ((vita di intima unione con Cristo, che si alimenta nella Chiesa con gli aiuti spirituali comuni a tutti i fedeli, soprattutto.con la partecipazione attiva alla Sacra Liturgia».[5] Voi partecipate attivamente, e come!, alla Liturgia della Chiesa, ne vivete lo spirito e ne conoscete le cerimonie col vostro comportamento raccolto e armonioso : ebbene, diletti figli, sappiate che per questo siete inseriti al centro della vita della Chiesa, e di qui potete, anzi dovete attingere l'alimento costante per l'apostolato che ora svolgete, e che svolgerete in seguito, qualunque sia la professione e il lavoro a cui vi chiamerà il Signore.

Lo stesso tema del Congresso Ci dice come stia a cuore ai vostri benemeriti Assistenti spirituali farvi comprendere a fondo queste magnifiche realtà, che devono orientarvi per tutta la vita : ((vivere i Sacramenti dell'iniziazione cristiana », dice il tema ; effettivamente, ciò significa non solo averne compreso il significato teologico ed ecclesiale, ma altresì averne accettato le consegne sul piano della realtà quotidiana : significa vivere da morti e risorti in Colui che è morto e risorto per noi, essere consacrati all'apostolato senza ombra di rispetto umano, da veri soldati di Cristo, dare un'impronta eucaristica ai propri pensieri e al proprio stile di vita; avere un cuore che palpita all'unisono con le grandi intenzioni della Chiesa nell'ora che batte sul qua-

[4] Const. de Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 10.

[5] Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 4.

drante della storia. Voi non solo vorrete guardare a questo tema come all'argomento temporaneo e dotto di qualche dissertazione, ma ne farete certo la molla segreta, l'animazione costante, la tensione interiore della vostra vita. Ce lo dice la serietà della vostra attenzione ; Ce lo dice la vostra presenza attorno all'Altare, come ministranti, lettori, *Pueri Gantores;* Ce lo dice anche il numero crescente di giovani, che dalle vostre file si fanno avanti per ascoltare la voce di Dio che li chiama ad una meta più alta, ad un più stretto e duraturo e consacrato vincolo con Cristo, eterno Sacerdote.

Per tutti questi motivi voi oggi Ci riempite l'animo di gioia commossa, e per questo abbiamo desiderato di dedicarvi un po' del nostro tempo. Continuate così, figli dilettissimi; crescete di numero e di qualità ; rendete sempre più fervido e personale il vostro amore a Gesù, che vi guarda con occhio di predilezione, vivendo di Lui ogni istante della vostra vita, e facendo a Lui servire le integre e ardenti forze della vostra età, bella come la primavera; beati voi, cari ragazzi e giovani, che, allenati alla scuola serena e corroborante della Liturgia, potete guardare alla vita con occhio limpido e pensoso, sostenuto dalla fede, trasfigurato dalla grazia, formandovi all'esercizio delle più solide e costruttive virtù cristiane.

Sono questi i Nostri voti paterni, che vi rivolgiamo con vivissimo affetto, mentre tutti di gran cuore vi benediciamo, insieme con i vostri ottimi genitori e i vostri Assistenti spirituali. « La pace del Signore sia sempre con voi. Amen ».

Den Ministranten und Sänger-Knaben deutscher Zunge — wie ihren Eltern und Magistern — einen besonderen Gruss! Das grosse internationale Treffen hier in Koni ist sicher ein wunderbares Erlebnis, ein grosses Geschenk für euch. Ihr seht die ältesten Kirchen, die erhabenen Stätten der frühen Christenheit, und spürt, in welch einer heiligen Gemeinschaft und in welch einer mächtigen Tradition ihr lebt. Freut euch von Herzen und zeigt euch dieser Tradition, zeigt euch dieser eurer Kirche würdig !

Ihr *Ministranten,* die der liturgische Dienst dem Altar so nahe bringt : denkt einmal an den jungen Mann, von dem uns das Evangelium berichtet, dass er sich Christus näherte. Und dann heisst es : Da blickte Jesus ihn an — und gewann ihn lieb ! Ob Jesus nicht auch euch vom Altar her anblickt — und liebgewinnen will? Seid euch der Nähe Christi stets bewusst, verrichtet euer Amt mit Ernst und Eifer,

mit Treue und Hingabe, vor allem aber mit einer ganz grossen Liebe zu Christus dem Herrn. Dann wird seine Liebe euch führen und glücklich machen, dann werdet ihr kraftvoll und furchtlos euer Leben meistern.

Und ihr *Sänger-Knaben,* die ihr — unter der Leitung des Hochwürdigsten Domdekans Wurm — in so grosser Zahl erschienen seid : in brüderlichem Einklang mit den Ministranten seid ihr zum Gottesdienst berufen, erhebt ihr eure hellen Stimmen zum Lobe Gottes. Tut stets das, was ihr verkündet, dann wird euer ganzes Leben ein Lobgesang vor Gott, ja schon jetzt ein Vollzug dessen, wozu wir in Ewigkeit berufen sind : Gott zu loben und zu preisen für all seine Güte und Herrlichkeit.

Euch alle aber ermutige und stärke in der Treue zu Christus dem Herrn Unser Apostolischer Segen.

NUNTIUS RADIOTELEVISIFICAS

iis qui interfuerunt Coetui septuagesimo secundo Rothomagi habito a Sodalitate v. d. « Union des Œuvres Catholiques de France ». *

Chers fils et filles de France,

C'est une grande joie pour Nous d'être au milieu de vous ce matin par l'image et par la parole, porteuses de Notre pensée et de Notre affection. « Prêtres, religieux, religieuses des campagnes et des villes dans un monde qui s'urbanise » : tel est le thème que vous a conviés à étudier le 72ème congrès de l'Union des oeuvres catholiques de France, sous la bienveillante autorité de Notre cher Fils, le Cardinal Martin, archevêque de Rouen.

L'urbanisation est un des faits majeurs du monde d'aujourd'hui. Les spécialistes la définissent par une nouvelle manière d'occuper l'espace, ce qui suscite une nouvelle manière de vivre en société et appelle une culture renouvelée. Les cadres de vie traditionnels sont ébranlés, les relations entre les hommes transformées, de nouveaux conditionnements apparaissent.

* Die 29 mensis martii a. 1967.

A partir de ces constatations, une profonde interrogation vous est posée : tout cela n'appelle-t-il pas une nouvelle manière d'être chrétien, une façon renouvelée d'annoncer l'Evangile? L'Eglise se doit de rejoindre les hommes où ils vivent, dans leur milieu familial, économique, culturel et politique. C'est à ces hommes, avec leur langage, qu'il faut faire découvrir le Christ, pour qu'ils le connaissent, l'aiment et le suivent.

Qui ne voit dès lors, pour les prêtres comme pour les religieux et religieuses, la pressante nécessité de revoir nombre d'attitudes et de comportements habituels, et d'adapter certaines structures pastorales? Cette nécessité est celle de l'amour, qui se fait tout à tous pour les gagner tous à Jésus-Christ.

C'est sans peur que l'Eglise regarde cet homme nouveau qu'engendre la civilisation urbaine : avec une immense confiance, elle découvre les valeurs positives qui sont les siennes ; avec une charité sans limites, elle veut l'aider à découvrir son mystère, en lui révélant le dessein d'amour du Christ sauveur.

Chers fils et filles de France, allez de l'avant, sous la sage conduite de vos pasteurs. En ces lendemains du Concile, si riches de promesses, que votre apostolat saisisse avec ardeur toutes les possibilités qui lui sont offertes. Cherchez ensemble et travaillez ensemble, pour mieux communiquer cet amour du Christ dont vous êtes débordants, comme le grand apôtre Paul, qui sut implanter des communautés chrétiennes vivantes et rayonnantes, aussi bien dans les villes d'Asie mineure que dans les cités grecques et jusque dans la capitale de l'empire romain. Et que vous bénisse, selon le vœu de l'apôtre Pierre, premier évêque de cette cité, «le Dieu de toute grâce, qui vous a appelés dans le Christ à sa gloire éternelle ».[1]

[1] *1 Petr.* 5, 10.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Universis Urbis et Orbis christifidelibus cunctisque hominibus datus, die Paschatis Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, antequam ex externo Vaticanae Basilicae podio Beatissimus Pater Apostolicam impertiit Benedictionem. *

Venerati Fratelli e Figli carissimi,

E voi, pellegrini e visitatori e ospiti, cari ed illustri, che in questa Roma aperta celebrate con Noi le feste pasquali,

voi tutti, ascoltatori, che per mezzo della radio udite la Nostra parola,

accogliete, anche in quest'anno di grazia 1967, quasi librata sulla fuggente storia del mondo, la Nostra sempre eguale, sempre nuova testimonianza : sappiate voi tutti che quel Gesù, nato da Maria Vergine, erede della promessa del Testamento antico, « uomo profeta, potente nell'azione e nella parola davanti a Dio e a tutto il popolo,[1] quel Gesù che fu condannato, crocifisso e sepolto, quel Gesù è risorto ! È vivo ! Siede alla destra del Padre nei cieli, Dio lo ha fatto Signore e Cristo)).[2]

È risorto ! Noi ne diamo testimonianza ! Dalla parola e dal sangue degli Apostoli e dei primi discepoli, testimoni oculari, l'abbiamo raccolta, e con scrupolosa esattezza, con inconcussa certezza, che lo Spirito Santo Ci assicura, a voi l'annunciamo, al mondo la proclamiamo, alle generazioni venture la consegniamo : Cristo è risorto !

Quale sia il profondo significato, quale l'immenso valore d'una simile affermazione, Noi ora non diciamo : dica il magistero della Chiesa, dica lo studio dei sapienti, dica la coscienza del Popolo di Dio quale annuncio prodigioso sia questo, e quale virtù esso contenga per svelare agli uomini il loro destino, per orientare le singole coscienze verso il vero concetto della nostra esistenza, per infondere un senso unitario ed organico alla storia del mondo, per stabilire i canoni fondamentali della vita spirituale e morale. Come un faro nella notte

* Die 26 mensis martii a. 1967.

[1] *Luc.* 24, 19.

[2] Cfr. *Act.* 2, 29 ss.

l'annuncio pasquale proietta i suoi raggi giocondi e brucianti sulla faccia della terra.

Noi potremmo cogliere dalle vostre stesse labbra il grido spontaneo e caratteristico della Pasqua : quello della letizia, quello dell'Alleluia ; e potremmo con voi ragionare su questo primo effetto del beato annuncio della risurrezione nei nostri spiriti, sul gaudio cristiano; ma il momento storico che noi stiamo attraversando, reso torbido ed incerto da persistenti conflitti e da minacciosi e colossali problemi, non Ce ne concede libera espressione. Non per questo si fa muta la Nostra voce annunciante il preconio pasquale; esso non apporta a noi soltanto la, coscienza beatificante dei beni conseguiti mediante la risurrezione del Signore, ci apporta il presagio di altri beni da conseguire; non è l'annuncio pasquale un semplice annuncio di gioia; è anche un annuncio di speranza. *Gaudium et spes!*

Sì, la speranza nascente dalla risurrezione di Cristo Noi vi vogliamo oggi comunicare; e a compiere questo ministero non basta il discorso, che dovrebbe estendersi su ogni umana e anche su ogni creata realtà : la risurrezione di Cristo è l'inaugurazione d'un ordine nuovo e universale ; un'energia nuova è infusa nella creazione e una palingenesi liberatrice sta preparandosi, e « noi stessi, che abbiamo in noi le primizie dello Spirito, gemiamo, aspettando l'adozione, cioè la redenzione del nostro corpo (mortale) : nella speranza siamo stati salvati ».[3] Così l'Apostolo ; così Noi, mentre il Nostro pensiero corre verso quanti hanno bisogno di speranza. Noi abbiamo un dono di speranza pasquale per tutti : per voi, dilettissimi, che Ci ascoltate; non lasciate intristire i vostri animi alla visione della avversità delle cose di questo difficile mondo, alla inanità degli sforzi del bene, alla crescente *potestas tenebrarum,* alla caducità delle speranze fondate sull'arena mobile del tempo che passa; fondate la vostra speranza nella Parola che non passa, nei beni che valgono veramente la pena di essere desiderati, nella vita superiore ed ulteriore a cui ci invita la vocazione cristiana. Nutrite i vostri spiriti della fiducia nel bene e abbiate il coraggio di esserne sempre gli assertori e i promotori.

E per voi, che soffrite, per voi che siete umili e poveri, per voi che piangete, per voi che avete fame e sete di giustizia, per voi che volete essere operatori di pace, per voi che per la vostra fede soffrite il peso della costrizione, Noi vi ricordiamo il messaggio della grande e invitta

[3] *Rom.* S, 23-24.

speranza, lanciato da Cristo, nel mondo e nei secoli, col cantico delle beatitudini evangeliche.

E siccome pare a Noi, alunni d'una tradizione dottrinale della Chiesa, la quale riverbera le speranze religiose anche sul piano concreto della vita umana, cioè sul piano sociale, che sia questo il momento, dopo il recente Concilio Ecumenico, di riprendere, con un altro capitolo, la lezione sulle questioni che agitano e affaticano e dividono gli uomini in cerca di pane, di pace, di libertà, di giustizia e di fratellanza; e di porgere al mondo un'umile e cordiale Nostra parola di speranza, non solo religiosa, ma sociale altresì, non solo spirituale, ma anche terrena, non solo per i credenti in Cristo, ma egualmente per tutti, e sempre dettata dalla luce che Ci viene dalla fede, Noi pubblicheremo in questi prossimi giorni una Nostra Lettera Enciclica, avente per tema il progresso dei popoli, il loro sviluppo, e le obbligazioni risultanti da un programma, oggi non più rinunciabile, di sufficienza economica, di dignità morale, di collaborazione universale per tutte le genti.

Noi colleghiamo volentieri la notizia ed il fatto di questo Nostro documento con la celebrazione di questa misteriosa e dolcissima festa della risurrezione di Cristo, e di grande cuore convertiamo in comune, concreta, umana speranza l'augurio pasquale avvalorato dalla Nostra Benedizione Apostolica.

Fratelli, Figli, Amici, Uomini di tutta la terra: Buona Pasqua!
Cristo è risorto!
Resurrexit Christus!
Christes anésti!
Le Christ est ressuscité!
Christ is risen!
Christus ist auferstanden!
¡Cristo ha resucitado!
Cristo ressuscitou!
Chrystus zmartwychwstal!
Cristos a inviat!

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere,) nimirum :

die 5 Ianuarii 1967. — Titulari episcopali Ecclesiae Rapidensi praefecit R. P. D. Radulfum Nicolaum Gonçalves, e clero archidioecesis Goanae, Instituti Pastoralis S. Pii X moderatorem, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Xaverii da Piedade Rebello, Episcopi titulo Tipasitani in Mauretania atque Administratoris Apostolici ((sede plena » archidioecesis Goanae et Damanensis.

die 12 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Africanae R. P. Rinum Car lesi, e Congregatione Filiorum S. Cordis Iesu, quem constituit Praelatum S. Antonii de Balsas.

die 19 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Migirpensi R. P. D. Martinum Wiesend, Canonicum collegii metropolitani Bambergensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Schneider, Archiepiscopi Bambergensis.

die 23 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tarasensi in Byzacena R. P. D. Augustinum Ferrari Toniolo, Antistitem Urbanum, e patriarchatu Venetiarum, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Raphaelis Baratta, Archiepiscopi Perusini atque Administratoris Apostolici Eugubini et Civitatis Castelli.

die 25 Ianuarii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Uppennensi Exc. P. D. Bernardum Iosephum Bueno Miele, hactenus Episcopum tit. Bararitanum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Felicis Caesaris da Cunha Vasconcelos, Archiepiscopi Rivi Nigri.

die 31 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Troflmianensi Exc. P. D. Iacobum Garcia Goulart, hactenus Episcopum Diliensem.

die 2 Februarii. — Cathedrali suburbicariae Ecclesiae Portuensi et S. Rufinae Exc. P. D. Andream Pangrazio, hactenus Archiepiscopum Goritiensem-Gradiscanum, cui servavit archiepiscopalem titulum <(ad personam ».

die 10 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Obbensi R. D. Iacobum Sin, rectorem Seminarii dioecesis Capieensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Mariae Cuenco, Archiepiscopi Jarensis.

die 11 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Vapincensi R. P. D. Robertum Coffy, Vicarium Generalem dioecesis Anneciensis.

die 13 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thasbaltensi R. P. Valfridum Tepe, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Eugenii de Araújo Sales, Episcopi tit. Thibicensis et Administratoris Apostolici ((sede plena » archidioecesis S. Salvatoris in Brasilia.

die 17 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Pauzerensi Exc. P. D. Mcanorem Carolum Gavilanes Chamorro, hactenus Episcopum Portus Veteris.

die 18 Februarii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Masuccabensi Exc. P. D. Urbanum Ioannem Vehr, hactenus Archiepiscopum Denveriensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Siccesitanae Exc. P. D. Villelmum Patricium 0'Connor, hactenus Episcopum Madisonensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Denveriensi Exc. P. D. Iacobum Vincentium Casey, hactenus Episcopum Lincolnensem.

— Cathedrali Ecclesiae Madisonensi Exc. P. D. Cletum Franciscum 0'Donnell, hactenus Episcopum tit. Abrittenum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Taraquensi R. P. D. Iacobum Aloisium Hickey, e dioecesi Saginavensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Stephani Woznicki, Episcopi Saginavensis.

die 20 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Sestensi R. P. Marium Teixeira Gurgel, e Societate Divini Salvatoris, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Januarii.

— Cathedrali Ecclesiae Ruibarbosensi Exc. P. D. Iosephum Adelinum Dantas, hactenus Episcopum Garanhunensem.

die 21 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Flenucletensi Exc. P. D. Iulianum Le Couèdic, hactenus Episcopum Trecensem.

— Cathedrali Ecclesiae Trecensi R. P. D. Andream Fauchet, Vicarium Generalem dioecesis Briocensis.

die 22 Februarii. — Archiepiscopali Ecclesiae Anconitanae et Numanensi Exc. P. D. Felicissimum Stephanum Tinivella, hactenus Archiepiscopum titularem Uthinensem.

die 25 Februarii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Vassinassensi Exc. P. D. Carolum Eugenium Parent, hactenus Archiepiscopum S. Germani.

— Cathedrali Ecclesiae Calgariensi Exc. P. D. Franciscum Iosephum Klein, hactenus Episcopum Saskatoonensem.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Sistronianensi Exc. P. D. Ioannem Alexandrum Floersh, hactenus Archiepiscopum Ludovicopolitanum.

— Metropolitanae Ecclesiae Ludovicopolitanae Exc. P. D. Thomam Iosephum Me Donough, hactenus Episcopum Savannensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tunnunensi Exc. P. D. Georgium Ioannem Behring, hactenus Episcopum Toletanum in America.

— Cathedrali Ecclesiae Toletanae in America Exc. P. D. Ioannem A. Donovan, hactenus Episcopum tit. Rhasensem.

*die **4** Martii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Thizicensi R. P. D. Eduinum B. Broderick, ex archidioecesi Neo-Eboracensi, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Francisci S. R. E. Card. Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thagamutensi R. P. D. Iosephum V. Sullivan, e dioecesi Kansanopolitana-Sancti Iosephi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Caroli Hermanni Helmsing, Episcopi Kansanopolitani-Sane ti Iosephi.

die 10 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Renensi Exc. P. D. Michaelem Iosephum Green, hactenus Episcopum tit. Trisipensem.

die IJf Martii. — Cathedrali Ecclesiae Northantoniensi Exc. P. D. Carolum Alexandrum Grant, hactenus Episcopum tit. Alindensem.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

De facultatibus, quae Supremis Moderatoribus Religionum laicalium iuris Pontificii tribuuntur.

Religionum laicalium tam virorum quam mulierum perpensis precibus, ideo porrectis ut facultatibus quibusdam frui possent quae Supremis Moderatoribus Religionum clericalium sunt delegatae per Rescriptum Pontificium diei vi Novembris a. 1964, quatenus cum indole clericali non connectuntur, S. Congregatio negotiis Religiosorum sodalium praeposita, Summo Pontifici Paulo VI relatione facta, vi muneris ab ipso Summo Pontifice commissi, ut praedictis Religionibus meritum suae propensae voluntatis tribueret et pariter internum regimen promptius efficeret, ea quae sequuntur decernere dignata est.

I. - *Supremis Moderatoribus Religionum laicalium tam virorum quam mulierum iuris Pontificii hae facultates tribuuntur :*

1. Dispensandi, de consensu sui Consilii, admittendos in Religionem super illegitimitate natalium, dummodo ne sint sacrilegi vel adulterini.

2. De consensu sui Consilii, concedendi, iusta de causa, ut bona propriae Religionis alienari, oppignerari, hypothecae nomine obligari, locari, emphyteusi redimi possint, utque personis moralibus propriae Religionis aes alienum contrahere liceat usque ad eam pecuniae summam quam vel Nationalis vel Regionalis Episcoporum Coetus proposuerit et Apostolica Sedes probaverit.

3. Obtinendi pro suis subditis, id petentibus, ut a votis temporariis dispensentur ab Ordinario loci domus cui Orator adscriptus est.

4. Permittendi, de consensu sui Consilii, propriis subditis ut iusta de causa a domo religiosa non ultra annum absint. Quae venia, si infirmitatis gratia detur, usque dum necessitas perdurabit dari potest ; si vero obeundi opera apostolatus gratia, etiam ultra annum, iusta de causa, dari potest, dummodo et obeunda apostolatus opera cum finibus Religionis coniungantur et normae sive iuris communis sive iuris peculiaris serventur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus, qui tamen ea uti nequeunt nisi suo ipsorum Consilio consentiente.

5. De consensu sui Consilii, concedendi suis subditis vota simplicia perpetua professis, id petentibus, facultatem cedendi sua bona patrimonialia, iusta de causa et salvis normis prudentiae.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus, qui tamen ea uti nequeunt nisi suo ipsorum Consilio consentiente.

6. Concedendi suis subditis ut testamentum mutare possint.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis subdelegare possunt.

7. Transferendi, de consensu sui Consilii, vel in perpetuum vel ad tempus, sedem novitiatus, ad normam iuris iam erectam, in aliam domum eiusdem Religionis, praemonitis Ordinariis locorum interesse habentibus et servatis de iure servandis.

8. Confirmandi, de consensu sui Consilii, ad tertium triennium Superiores locales, collatis antea consiliis cum Ordinario loci.

9. Moderatricibus Supremis Ordinum monialium dispensandi, iusta de causa, singulas moniales ab obligatione recitandi Officium divinum cum a choro abfuerint, vel hanc obligationem commutandi in alias preces. Haec facultas delegari potest, de consensu Consilii, Superiorissis singularum domorum.

Eadem facultas pariter conceditur omnibus Antistitis monasteriorum monialium sui iuris.

II. - *Quod ad extensionem, subiectum et usum spectat earundem facultatum, haec declarantur :*

1. Facultates, de quibus supra, pertinent ad Religiones non clericales iuris Pontificii.

2. Facultates, de quibus supra, concessae quoque esse putandae sunt Supremis Moderatoribus Societatum, in communi viventium sine votis publicis, iuris Pontificii (Cf. Lib. II, Cap. XVII, C.I.C.); facultates sub nn. 2 et 3 recensitae, congrua congruis referendo, etiam Supremis Moderatoribus Institutorum Saecularium iuris Pontificii.

3. Subiectum earundem facultatum est persona Supremi Moderatoris aut Supremae Moderatricis vel persona quae, illis deficientibus, ex probatis Constitutionibus interim iis succedit in regimine, et pro facultate, de qua in fine numeri 9, est persona Antistitae monasterii sui iuris et, ipsa deficiente, illa quae eidem interim succedit in regimine.

4. Si Supremus Moderator vel Suprema Moderatrix sint in suo munere impediti, easdem facultates possunt vel ex toto vel ex parte alicui sodali proprii Instituti delegare, qui ipsorum vice fungitur, quique propterea potest et facultatibus ipse uti et aliis quoque, in singulis casibus, iterum subdelegare, iuxta limites et clausulas supra statutas.

5. Haec autem quae decreta sunt statim vigere incipiunt, neque formula indigent quam exsecutionis appellant.

Ex aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die 31 maii a. I>. 1966.

I. Card. **ANTONIUTTI,** *Praefectus*

L. $ S.

© Paulus Philippe, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

Facultas theologica Hispaniae Septentrionalis, in duplici sede Burgensi ac Victoriensi, eidem praescripto sexenni studiorum curriculo, canonice erigitur.

Memorandorum virorum « ad iustitiam erudientium multos » ***(Dan.*** 12, 3) qui arduo se devovent muneri ((investigandi divitias Christi et illuminandi omnes quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo qui omnia creavit, ut innotescat... per Ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum praefinitionem saeculorum quam fecit in Christo Iesu D. .N.)) ***(Eph.*** 3, 8-11) numquam penuriam habuit Hispaniarum

populus, qui theologicas scholas quovis saeculo, praeeuntibus sanctis probatisque magistris, condidit atque provexit, illis tandem constitutis quae inde a saec. XIII Facultatum nomine veniunt. Postquam huiusmodi altiorum sacrorum studiorum domicilia ad finem suum investigationis laborisque scientifici plenius assequendum methodo nostrorum temporum exigentiis accommodata a Sede Apostolica a. D. **MCMXXXI** reformata sunt, Hispanicarum Dioeceseon nonnulla « Theologica Studia », professorum alumnorumque copia et librorum ephemeridumque editione insignia, supplicibus litteris ut in Theologicas Facultates ab Apostolica Sede erigerentur postulaverunt. Quo melius totum ordinaretur negotium, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus d. **XXV** m. ianuarii a. D. **MCMLVII** ad Eimum Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, Hispaniarum Primatem, litteras dedit quibus Hispaniarum Episcoporum Commissio ad sacra studia promovenda certior fiebat de quibusdam theologicis scholis iis aperiendis omnibus qui sacra doctrina altius imbuti academicis S. Theologiae gradibus decorandi essent. Quas inter «Facultas Theologica Hispaniae Septentrionalis» praevidebatur constituenda, Studia tum Burgense tum Victoriense complectens, quae clarorum magistrorum alumnorumque affluentia bibliothecarum copia aedium amplitudine ac praecipue periodicorum commentariorum doctarumque tractationum editione non parvam inter theologos famam attigerant. Inde enim ab anno Domini **MCMLII** Archiepiscopus Burgensis ac Episcopus Victoriensis eiusdem Ecclesiasticae Provinciae Suffraganeus saepe saepius a Sede Apostolica, dum erectionem utriusque Studii Theologici in unam Theologicam Facultatem flagitabant, simul tum sedes tum volumina typis edita ac bibliothecas tum magistrorum coetum adaugebant, ita ut Sacra Congregatio, tot assidua incrementa iuste remunerari cupiens, Statuta pluries proposita recognoverit atque emendaverit, tandemque approbaverit. Cum autem omnia parata essent* eadem Sacra Congregatio Conferentiae Episcoporum Hispanicorum propositum suum memoratas preces excipiendi significavit atque ut animerei petivit. Postquam denique Excmus Episcopus a secretis Conferentiae Episcopalis Hispanicae idem Sacrum Dicasterium certius fecit Episcopos Hispaniae concorditer commendare ac optare erectionem « Facultatis Theologicae Hispaniae Septentrionalis » cum duplici sede, in Burgensi metropoli et in episcopali civitate Victoriensi, integrum negotium Augusto Pontifici apertum est. Nunc autem, benevole annuente SSmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, in Dei gloriam Ecclesiaeque decus *erigit*

erectamque declarat « ad quinquennium et experimentum)) *Facultatem Theologicam Hispaniae Septentrionalis* cum laudata duplici sede, in studio videlicet theologico Archidioeceseos Burgensis ac in studio theologico Dioeceseos Victoriensis, cum iure conferendi baccalaureatum eis qui integrum quadriennium institutionale exercitationibus cursibusque specialibus perfectum absolverint, licentiam vero eis qui post examina superata de universa theologia per annum integrum cursibus monographicis atque scientificae investigationi operam dederint, una ampliore dissertatione scripto prolata, doctoratum tandem eis qui, post ulteriorem saltem annum statutis normis satis fecerint, ad dissertationem in primis quae vere ((ad scientiae profectum conducat)) typis editam quod pertinet. Interea cura Facultati erit diligenter lectissimos auditores scientiis illis imbuere quas hodierna « Universitas)> omnino exposcit, docendo exempli gratia philosophiam ac psychologiam religionis, varias formas religionis ac irreligionis in hodierno mundo grassantes, philosophiam ac psychologiam sermonis ac symbolismi religiosi, biblicas ac semíticas linguas, archaeologiam proximi mediique Orientis, litteraturam ac « folklore » religiosa saltem proprii populi, ethnologiam et anthropologiam sub religioso respectu, disciplinas pastorales, catecheticas, liturgicas, funditus investigatas, sociographiam seu statisticam religiosam, oecumenismum cum singularum christianarum denominationum accurata notione, multisque aliis probe exponendis exquirendisque ad normam Encyclicarum Litterarum eiusdem Summi Pontificis fel. regn. « Ecclesiam suam » *(A. A. S.* LVI, 1964, pp. 637-654), prout Statuta ab eadem Sacra Congregatione integrata pressius praescribunt ; ceteris servatis de iure servandis, legibus in primis Codicis Iuris Canonici atque Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus» adnexarumque ((Ordinationum»; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. vi m. februarii, in festo S. Titi Episcopi, a. D. **MCMLXVII.**

£B I. Cardinalis **PIZZARDO,** *Praefectus*

& Gabriel M. Garrone, Archiep. Turr. in Num., *Pro-Praefectus*

83 Dinus Staffa, Archiep. Caesarien. in Palaest., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

MIAMIENSIS '

Nullitatis matrimonii (Grappo - Toscani)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Cajetani Toscani, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 14 iunii 1967, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 2If novembris 1965 confirmanda vel infirmanda, sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Cajetani Toscani, curare debent ut ipse de hac citatione edictali rite moneatur. *

Ovidius Bejan, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 9 mensis martii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Gaétan Toscani, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la g. Eote Romaine (Borna, Palazzo della Cancelleria), le 14 juin 1967, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

La sentence du Tribunal de la Rote en date du **24** *novembre 1965 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Gaétan Toscani, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

CLEVELANDENSIS

Nullitatis matrimonii (Bonica - Jackson)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Mariae Elisabeth Jackson, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 30 maii 1967, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Mariae Elisabeth Jackson, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Henricus Ewers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 13 mensis martii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Marie Elisabeth Jackson, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 30 mai 1967, à 10 heures,x pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Marie Elisabeth Jackson, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

OTTAVIENSIS

Nullitatis matrimonii (Cooper - Pickering)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Irenae Fern Cooper, causae superius inscriptae actricis, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 19 iunii 1967, hora duodecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et quicumque notitiam habuerit de actuali commoratione praedictae dominae Irenae Fern Cooper, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Emmanuel Bonet, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 mensis martii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Irène Fern Cooper, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 19 juin 1967, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le casi

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Irène Fern Cooper, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

IV

TARVISINA

Nullitatis matrimonii (Libano - Horvath)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Ioannis Horvath, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram **S.** Romana Rota (Piazza delia Cancellería, 1 - Roma), in diem 5 iulii 1967, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Ioannis Horvath, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ovidius Bejan, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 17 mensis martii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Jean Horvath, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 5 juillet 1967, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la residence dudit M. Jean Horwath, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

V

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Raffo - Colaiori)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Thomae Colaiori, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 3 iulii 1967, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An Sententia Rotalis diei 2 maii 1957 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Thomae Colaiori, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ioannes Angelus Abbo, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 30 mensis martii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Thomas Calaiori, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 3 juillet 1967, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

La sentence du Tribunal de la Rote en date 2 mai 1957 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Thomas Colaiori, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

VI

YOUNGSTONIENSIS

Nullitatis matrimonii (Igoe - Me Allister)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Roberti Me Allister, qui etiam vocatur Franciscus Glasgow vel Franciscus H. Giaco vel etiam Reek Glasgow, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram S. Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 1 iulii 1967, hora duodecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Roberti Me Allister, curare debent ut ipse de hac citatione edictali rite moneatur. *

Carolus Lefebvre, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 3 mensis aprilis a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Robert Me Allister (appelle aussi François Glasgow ou François H. Giaco ou bien Reek Glasgow), défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le Ier juillet 1967, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Robert Me Allister, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

VII

LAËNSIS

Nullitatis matrimonii (Barnard-Dicker)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Elisabeth Dicker, actricis in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 23 iunii 1967, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Elisabeth Dicker, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Henricus Ewers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 7 mensis aprilis a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Elisabeth Dicker, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 23 juin 1967, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Elisabeth Dicker, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

RESCRIPTUM. PONTIFICIUM

Supremis Moderatoribus Religionum clericalium iuris Pontificii atque Abbatibus Praesidibus Congregationum Monasticarum facultates quaedam ab Apostolica Sede delegantur.

Cum admotae essent Apostolicae Sedi preces, ut Supremi Moderatores Religionum clericalium certis quibusdam facultatibus frui possent, quibus suum munus expeditius redderetur, Sanctissimus Dominus Noster Paulus VI Pontifex Maximus, die vi mensis Novembris, hoc anno, me subscripto Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis coram admisso, adhibitis precibus annuens, haec quae sequuntur decernere dignatus est, eo videlicet consilio ductus, ut pariter Religionum internum regimen promptius efficeret, pariter Religionibus ipsis meritum suae propensae voluntatis testimonium tribueret.

I. - *Supremis Moderatoribus Religionum clericalium iuris Pontificii, et Abbatibus Praesidibus Congregationum Monasticarum hae, quae subeunt, facultates delegantur:*

1. Permittendi, boni Religiosorum causa, sacerdotibus subditis suis tantum, iusta de causa, ut Missam qualibet diei hora in suis domibus celebrent et sacram Communionem distribuant; servatis ceteris servandis, et salvis iuribus Ordinarii loci, quod spectat ad Missam per utilitatem fidelium celebrandam.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis subdelegare possunt.

2. Concedendi sacerdotibus subditis suis vel visivae potentiae debilitate affectis, vel alia infirmitate laborantibus, cotidie celebrandi Missam votivam Deiparae Virginis Mariae, aut Missam Defunctorum: assistente, si opus sit, alio sacerdote vel diacono, servatisque normis liturgicis et praescriptis hac super re a Sancta Sede latis.

3. Concedendi eandem facultatem sacerdotibus subditis suis omnino caecis, dummodo tamen hisce celebrantibus alius sacerdos vel diaconus assistat.

4. Concedendi sacerdotibus subditis suis facultatem Missam celebrandi in domo religiosa extra locum sacrum, sed loco honesto et decenti, excepto cubiculo, supra petram sacram, aut, si de Orientalibus agatur, supra *antimension :* quod concedi tantum potest per modum actus, et iusta de causa; si vero de constanti eiusmodi celebratione agatur, causa gravior requiritur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis subdelegare possunt.

5. Concedendi sacerdotibus subditis suis infirmis aut affecta aetate provectis ut, si stare nequeant, sedentes Missam celebrent : legibus liturgicis servatis.

6. De consensu sui Consilii, dispensandi subditos suos ad sacros Ordines promovendos a defectu aetatis, qui sex integros menses non excedat.

7. Dispensandi, de consensu sui Consilii, suos subditos ab impedimento ad sacros ordines, quo filii acatholicorum afficiuntur quamdiu parentes in suo errore permanent.

Pariter dispensandi super impedimento quo detinentur admittendos in Religionem, qui sectae acatholicae adhaeserunt et dispensandi super illegitimitate natalium admittendos in Religionem, etiamsi sint sacerdotio destinati, dummodo ne sint sacrilegi vel adulterini. Si tamen conflictus hac de re oriatur inter Episcopum et Supremum Moderatorem Religionis, prioris sententia praevaleat.

8. Dispensandi, de consensu sui Consilii, subditos suos ad sacros ordines iam promotos, eam tantum ob causam ut Missam celebrare possint, a. quibuslibet irregularitatibus tum ex delicto, tum ex defectu provenientibus : ea condicione ut altaris ministerium rite expleatur, neve scandalum exinde oriatur : exceptis tamen casibus de quibus agitur in can. 985, nn. 3 et 4 CIC, et praevia abiuratione in manibus absolventis, quando agitur de crimine haeresis vel schismatis.

9. De consensu sui Consilii, concedendi iusta de causa, ut bona propriae Religionis alienari, oppignerari, hypothecae nomine obligari, locari, emphyteusi redimi possint, utque personis moralibus propriae

Religionis aes alienum contrahere liceat, usque ad eam pecuniae summam, quam vel Nationalis vel Regionalis Episcoporum Coetus proposuerit et Apostolica Sedes probaverit.

10. Concedendi suis subditis veniam legendi et retinendi, ita tamen seposita ne ad aliorum manus perveniant, libros et ephemerides prohibita, iis non exceptis quae haeresim vel schisma ex professo propugnent, aut ipsa religionis fundamenta evertere conentur. Haec autem venia iis dumtaxat concedi potest, quibus òpus sit libros vel ephemerides prohibita legere, ut aut eadem impugnent, aut fructuosius munere suo fungantur, aut studiorum curriculum cumulatius peragant.

11. Dandi suis subditis litteras dimissorias ad sacros ordines recipiendos, servatis de iure servandis : cum nempe de Religionibus agitur, quae huiusmodi facultate ex iure (can. 964, n. 2 CIC) non fruuntur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis.

12. Concedendi non modo sacerdotibus subditis suis, sed ipsis etiam cuiusvis ritus sacerdotibus vel e clero saeculari vel ex alia Religione, a suo Ordinario vel a suo Superiore Maiore approbatis, iurisdictionem delegatam ad audiendas confessiones religiosa vota professorum, novitiorum aliorumque, de quibus in can. 514, § 1 CIC et can. 46, § 1 Litterarum Apostolicarum *Postquam Apostolicis Litteris* motu proprio datarum die ix Februarii anno **MCMLII**; cum scilicet de Religionibus agitur, quae huiusmodi facultate ex iure (can. 875, § 1 CIC) non fruuntur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt non solum ceteris Superioribus Maioribus, sed etiam Superioribus singularum domorum eiusdem Religionis.

13. Ponendi actus iurisdictionis pro regimine et disciplina interna ad instar Superiorum Maiorum Regularium, salva semper dependentia ab Ordinariis locorum ad normam iuris canonici; cum scilicet de Religionibus agitur, quae huiusmodi facultate ex iure (can. 501, § 1; can. 198, § 1, CIC) non fruuntur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus suae Religionis subdelegare possunt.

b) unicum signum crucis facit super oblata, ad verba *benedicas* **£B** *haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata,* in oratione *Te igitur.* Cetera signa crucis super oblata omittuntur.

12. Post consecrationem, celebranti licet pollices et indices non coniungere; si vero aliquod fragmentum hostiae digitis adhaeserit, digitos super patenam abstergat.

13. Ritus communionis sacerdotis et fidelium hoc modo ordinetur : postquam dixit *Panem caelestem accipiam,* celebrans accipit hostiam et, stans ad populum conversus, eam elevat, dicens : *Ecce Agnus Dei,* ac ter subdit, una cum fidelibus, *Domine, non sum dignus.* Communicat postea se ipse, omissis signis crucis, cum hostia et calice; ac statim communionem de more distribuit fidelibus.

14. Fideles qui feria V in Cena Domini, in Missa Chrismatis, sese communicaverint, iterum ad sacram communionem accedere possunt in Missa vespertina eiusdem diei.

15. In Missa cum populo, ante postcommunionem, pro opportunitate, vel sacrum silentium per aliquod temporis spatium servari potest vel cani aut dici possunt psalmus aut canticum laudis, e.g. ps. 33 *Bene-*

dicam Domino; ps. 150 *Laudate Dominum in sanctuario eius;* cantica *Benedicite, Benedictus es.*

16. In fine Missae populo benedicitur immediate ante dimissionem. *Placeat* laudabiliter a sacerdote ab altari recedente secreto dicitur.

Etiam in Missis defunctorum datur benedictio et fit dimissio formula consueta, *Ite, missa est,* nisi immediate sequatur absolutio ; quo in casu, omissa benedictione et dicto *Benedicamus Domino,* proceditur ad absolutionem.

IV. *De quibusdam circumstantiis particularibus*

17. In Missis ((Pro sponsis » orationes *Propitiare* et *Deus, qui potestate* non dicuntur inter orationem dominicam et eius embolismum, sed post fractionem et immixtionem, immediate ante *Agnus Dei.*

Si autem Missa celebratur ad altare versus populum, celebrans, post immixtionem, pro opportunitate, facta genuflexione, accedit ad sponsos et dicit praedictas orationes. Quibus expletis, redit ad altare, genuflectit, et Missam de more prosequitur.

18. Missa celebrata a sacerdote caecutiente vel infirmo, qui ex indulto Missam votivam dicit, ita ordinari potest :

a) sacerdos orationes et praefationem dicat e Missa votiva ;

b) alius sacerdos vel diaconus vel lector, vel ministrans proferat lectiones e Missa diei vel e lectionario per ferias disposito. Si lector vel ministrans tantum habetur, huic facultas fit legendi etiam Evangelium, omissis tamen *Munda cor meum, lube domne, benedicere* et *Dominus sit in corde meo.* Celebrans autem lectioni evangelicae praemittit *Dominus vobiscum,* et in fine librum osculatur;

c) Schola vel populus aut etiam ipse lector proferre possunt antiphonas ad introitum, ad offertorium et ad communionem necnon cantus inter lectiones occurrentes.

V. *De quibusdam variationibus in Officio divino*

19. Diebus I et II classis, qui Matutinum habent cum tribus Nocturnis, donec instauratio Officii divini perficiatur, unicus tantum Nocturnus cum tribus psalmis et tribus lectionibus dici potest. Hymnus *Te Deum* dicitur, iuxta rubricas, post tertiam lectionem. In Triduo sacro serventur rubricae propriae Breviarii romani.

20. In recitatione a solo, omittuntur absolutio et benedictiones ante lectiones, et conclusio *Tu autem* in fine earum.

21. In persolvendis Laudibus et Vesperis cum populo, loco capituli lectio longior e sacra Scriptura fieri potest, textum sumendo, v. gr. e Matutino aut e Missa diei, aut e lectionario feriali, addita, pro opportunitate, brevi homilia. Ante orationem vero, nisi Missa immediate sequatur, fieri potest etiam oratio fidelium.

Quoties haec elementa inseruntur, tres tantum psalmi dici possunt, hac ratione : ad Laudes sumitur unus e tribus prioribus, canticum et ultimus psalmorum; ad Vesperas vero, tres e quinque psalmis seligi possunt.

22. Quando Completorium eum populi participatione persolvitur, semper psalmi de dominica adhiberi possunt.

VI. ***De quibusdam variationibus in Officiis defunctorum***

23. In Officiis et Missis defunctorum color violaceus adhiberi potest. Attamen Conferentiarum Episcopalium erit etiam alium colorem liturgicum statuere, qui aptus sit ingenio populorum, quique et dolorem humanum non offendat et spem christianam ostendat mysterio paschali illuminatam.

24. In absolutione super feretrum vel super tumulum, responsorium *Libera me, Domine,* substitui potest per alia responsoria sumpta e Matutino defunctorum, nempe *Credo quod Redemptor meus vivit; Qui Lazarum resuscitasti; Memento mei, Deus; Libera me, Domine, de viis inferni.*

VII. ***De sacris vestibus***

25. Manipulus semper omitti potest.

26. Aspersio aquae ante Missam dominicae, benedictio et impositio cinerum in capite Quadragesimae, et absolutio super feretrum vel super tumulum fieri possunt cum planeta.

27. Omnes concelebrantes sacras vestes induere debent, quas sumere tenentur cum Missam soli celebrant *(Ritus servandus in Concelebratione Missae,* n. 12).

Accedente tamen gravi causa, v. gr. frequentiore concelebrantium numero et deficientia sacrorum paramentorum, concelebrantes, excepto semper celebrante principali, omittere possunt casulam, numquam vero albam cum stola.

VIII. *De lingua vernacula adhibenda*

28. Conferentia Episcopalis statuere potest, servatis iis quae in n. 36 §§ 3 et 4 Constitutionis de sacra Liturgia habentur, ut lingua vernacula adhiberi valeat, in actionibus liturgicis cum populo celebratis, etiam :

a) in Canone Missae;

b) in universo ritu sacrarum Ordinationum;

c) in lectionibus divini Ofiicii, etiam in recitatione chorali.

Ss.mus Dominus noster Paulus PP. VI, referente infrascripto Arcadio Maria Card. Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, in audientia, die 13 aprilis 1967 eidem concessa, praesentem Instructionem in omnibus et singulis approbavit et auctoritate Sua confirmavit, atque publici iuris fieri iussit, ab omnibus ad quos spectat inde a die 29 iunii 1967 sedulo servandam.

Romae, die 4 maii 1967, in festo Ascensionis **D.** N. I. O.

IACOBUS Card. LERCARO
Archiepiscopus Bononiensis
Praeses Consilii ad exsequendam
Constitutionem de sacra Liturgia

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S. R. C. Praefectus

© Ferdinandus Antonelli
Archiep. tit. Idicren.
S. R. C. a Secretis

II

ANTIOCHENA MARONITARUM

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Nimatullah Kassab Al-Hardini, sacerdotis, monachi professi Ordinis Libanensis Maronitarum.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sollemnis beatificationis Servi Dei Sarbelii Makhlouf, Confessoris, Ordinis Libanensis Maronitarum, in Basilica Vaticana die 5 Decembris anno praeterito celebratae, gaudio adhuc perdurante, ex eiusdem Ordinis viridario alter sanctitatis flos vernat, Servus Dei nempe Nimatullah Kassab Al-Hardini, sacerdos, qui libanensem terram novo splendore decorat.

Humili in pago Hardin e Georgio Kassab et Maria Raad coniugibus, honestate et religione praeclaris, anno 1808 natus est, qui in Baptismo Iosephi nomen recepit. Duos habuit germanos fratres : sacerdotem et parochum unum, eremitam alterum, duasque sorores, quarum una vitam religiosam est amplexata.

In coenobio loci Houb prima aetate scholas frequentavit, in quo pium, humilem docilemque sese praebuit, a puerilibus ludis alienum.

Adulescens, agrorum laboribus vacavit, et cum armenta pascebat, animalia alteri vigilanda committebat, ipse vero sese abscondebat ad diuturnas preces fundendas. Viginti annos natus, conventum S. Antonii, loci v. Koshaga, Ordinis Libanensis S. Antonii Maronitarum adivit, ibique vitam religiosam iniit. Tempore probationis expleto, anno 1830 habitum religiosum induit, et post novitiatum ad scholasticatum S. Cypriani missus, studiis alacrem dedit operam. Anno 1833 presbyteratus ordine est insignitus.

Studium perfectionis religiosae et virtutum exercitium in dies ingeminavit, et, acri ingenio praeditus atque in theologia morali optime versatus, docentis munere in scholasticatu monasterii de Kfifane fideliter functus est, magno cum discipulorum fructu.

Humillimus et fidelis regularum observantissimus, spiritu orationis et sui abnegatione enituit : nonnisi ex obedientia Assistentis generalis

Ordinis officium suscepit, quod prudentissime obivit. Manualibus laboribus ad ligandos libros sese libenter dabat.

Quinquagenarius, die 14 Decembris anno 1858 in monasterio S. Cypriani de Kfifane pia morte innocentem sanctamque vitam conclusit.

Sanctitatis fama, qua adhuc Vivens gaudebat, post mortem magis aucta est et constanter perseverat ; super qua in Curia Antiochena Maronitarum, variis de causis sexaginta et octo annos post obitum Servi Dei, ordinaria auctoritate processus canonici instructi sunt et Romam, ad S. Rituum Congregationem, transmissi. Interim plures litterae postulatoriae ad Apostolicam Sedem quorundam Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum ac Moderatorum generalium Ordinum et Congregationum religiosarum pervenerunt, introductionem Causae Servi Dei ilagitantium.

Servatis omnibus de iure servandis, die 12 Martii 1930 decretum prodiit super scriptis Servi Dei undique collectis et revisis, ut ad ulteriora inoffenso pede procedi posset.

Instante postea Revmo P. Abdelahad Shahin, eiusdem Ordinis Postulatore generali, die 17 Maii anni huius in Aedibus S. Rituum Congregationis habita fuit Congregatio Ordinaria Particularis, in qua Emus ac Revmus Dominus Henricus Cardinalis Dante, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, re diligenti studio perpensa, auditis quoque Praelatorum Officialium suffragiis, rescribere censuerunt : *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de praefatis Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum Cardinalem S. Rituum Congregationis Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua Purpuratorum Patrum sententiam probare et propria manu *Commissionem introductionis Causae Servi Dei Nimatullah Kassab Al-Hardini, sacerdotis, monachi professi Ordinis Libanensis Maronitarum, signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 13 Iunii 1966.

ARCADIUS M. Card. **LARRAONA,** *Praefectus*

L. & S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

III
SHERBROOKENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Leoniae Paradis, fundatricis Instituti Parvarum Sororum a S. Familia.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Iustorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem » *(Prov.* 4, 18).

Haec Scripturarum sententia totam Servae Dei Mariae Leoniae Paradis vitam informat, quippe quae aetate crevit in sanctitatis splendoribus, atque aulenti flore Ecclesiae viridarium decoravit.

In pago Sanctae Margaritae « de Bairfindie », intra fines dioeceseos Sancti Ioannis Quebecensis, die 12 maii anno 1840 nata, eodem die baptismi undis est renata, Alodiae Virginiae nominibus ei impositis. Parentes habuit honestos quidem et pios, agrorum culturis deditos. A devotissima matre primam recepit institutionem : postea vero sororum Congregationis Nostrae Dominae in collegio civitatis v. Laprairie curis fuit concredita, ibique profunda pietate et orationis spiritu enituit.

Anno 1852 ad sacram Synaxim primum accessit. Quatuordecim annos nata, Congregationem Sororum Marianitarum a S. Cruce ingressa, novitiatum iniit, sororis Mariae a Sancta Leonia nomine sumpto. Die 22 augusti 1857 prima vota emisit. In Congregatione multa et gravia negotia ei commissa fuere, ac domesticam curam gessit in domibus presbyterorum variis in Canadiae locis et Neo-Eboraci, in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis.

Anno vero 1867 Congregatio Sororum Marianitarum a Sancta Cruce servitium in domibus presbyterorum reliquit; anno tandem 1869 ex ea, apostolica auctoritate, orta est Congregatio Sororum Sanctae Crucis, quae munus illud retinuit. Post varias vicissitudines, angustias et difficultates haud parvas forti animo superatas, Serva Dei ad novam Congregationem transivit, et, auctoritate Superioris generalis, peculiarem curam sumpsit quarundam puellarum in loco v. *Côte des Neiges,* ac ita die 26 augusti anni 1877 initia posuit novae Con-

gregationis religiosae, quae anno 1880 in civitate v. Memramcook dioeceseos S. Ioannis inchoata, uti familia religiosa a Congregatione Sororum S. Crucis disiuncta, sub nomine Parvarum Sororum a S. Familia, exclusive servitio domestico presbyterorum addictarum, constituta est.

Anno 1895 domus princeps in urbem Sherbrooke translata fuit, et die 26 ianuarii anno insequenti approbationis decretum obtinuit.

Anno 1905 ab Apostolica Sede quovis dependentiae vinculo a Congregatione Sororum S. Crucis liberata, sui Instituti incremento alacriter vacare potuit. In civitate Sherbrookensi die 3 maii anno 1912 animam Deo reddidit.

Quam bene, quam pie, quam sancte se gesserit, quam fideliter caelestis Sponsi vocem audierit, quanta alacritate arduum perfectionis fastigium conscenderit, quanta filiabus suis spiritualium virtutum praebuerit exempla, quanta erga sacerdotes devotione enituerit, difficile dictu est.

Super sanctitatis fama, qua adhuc vivens honestabatur, et quae post mortem late diffusa est, ordinariae inquisitiones iuridicae anno 1952 in Curia episcopali Sherbrookensi fuerunt adornatae, rogatoriales vero in Curiis Monctonensi et Marianopolitana, Romam ad S. Rituum Congregationem transmissae.

Servatis tandem omnibus de iure servandis, die 8 octobris 1956 decretum prodiit super scriptis undique collectis et rite perpensis.

Interim ad Apostolicam Sedem plures pervenerunt postulatoriae litterae quorundam Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Moderatorum Ordinum et Congregationum religiosarum Causae introductionem Servae Dei flagitantes.

Instante vero Rev.mo P. Angelo Mitri, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, Causae Servae Dei sollertissimo Postulatore, infrascriptus Cardinalis S. Rituum Congregationis Praefectus, et Causae Ponens seu Relator, in Ordinaria Particulari S. Rituum Congregatione die 17 praeteriti mensis maii habita, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Em.mi ac Rev.mi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, votis quoque inspectis Praelatorum Officialium, re diligenti studio perpensa, rescribere censuerunt : *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de praefatis Sanctissimo Domino nostro Paulo Pa-

pae VI, per eundem subscriptum Cardinalem fideli relatione, Sanctitas Sua Purpuratorum Patrum sententiam probare et propria manu *Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae Leoniae Paradis, fundatricis Congregationis Parvarum Sororum a S. Familia, signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 13 Iunii 1966.

ARCADIUS M. Card. **LARRAONA,** *Praefectus*

L. *B* s .

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

IV

CRACOVIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Angelae Truszkowska, fundatricis Congregationis Sororum a S. Felice a Cantalicio.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

In nobilissimae Polonorum gentis terra, saeculo decimo nono recurrente, in durissima condicione politica et sociali posita, plures Congregationes religiosae exortae sunt, quae in excruciatum populum caritatis et misericordiae dona mirabiliter effuderunt. Quas inter sane adnumeranda est Congregatio Sororum a S. Felice a Cantalicio, Dei Famulae Mariae Añgelae Truszkowska operositate fundata.

Die 16 mensis maii anni 1825 in oppido vulgo Kalisz, Vladislaviensis dioeceseos, Serva Dei Maria Angela Truszkowska parentibus Iosepho et Iosepha Rudzinska nata, die vero 1 ianuarii anni sequentis sacri baptismi undis renata, Sophiae Camillae nomina accepit.

Sedula parentum cura christianae vitae praecepta didicit, atque litterarum studiis usque ad duodecimum aetatis annum domi vacavit, Varsaviae postea, quo tota cum familia migraverat, scholam privatam frequentavit. Mox, SS. Eucharistiae et Confirmationis Sacramentis refecta, in pietate excolenda multum profecit, frequentibus pietatis exercitiis et orationi vacare, quotidie sacrificio Missae adstare consueverat.

Usque ad trigesimum aetatis annum patrem ex gravi morbo laborantem amanter sedulo curavit, matrem in domesticis negotiis et in fratribus sororibusque natu minoribus educandis sedulo adiuvit : pariter eximiam caritatem erga pauperes atque inopes exercuit. Misericordia maxime in pueros ac derelictos mota, anno 1854 parvam domum conduxit, ut eos exciperet et rudimenta fidei edoceret, adiuvante consobrina Clotilde Ciechanowska. Puellarum numero aucto, anno insequenti ampliorem locum invenit, ubi etiam quaedam vétülae receptae fuerunt. Ibidem, parentum obstaculis fortiter superatis, Serva Dei una cum Clotilde die 21 novembris anni 1855 ante imaginem Beatae Mariae Virginis de Claro Monte incepto operi se totam consecravit.

Patri Honorato de Biala, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, in directione spirituali semper oboediens, mense maio anno 1855 ingressa est in Tertium Ordinem saecularem S. Francisci Assisiensis, nomen Angelae suscipiens. Aliae interim piae mulieres, Tertii Ordinis consodales, sese operibus a Famula Dei inceptis adiunxerint; itaque die 10 aprilis anno 1857 Serva Dei una cum novem sociis habitum religiosum induit, die vero 9 iulii eodem anno Mater Angela promisso de consiliis evangelicis observandis ac de vita in communi agenda semetipsam obstrinxit. Mox numerus in Congregationem aspirantium ita auctus est, ut ampliorem domum, vulgo Bibliothecam familiae Zaluski nuncupatam, Congregatio sibi acquisiverit, ubi commodiorem quoque habitationem et puellae et vetulae in venerunt.

Interim sorores quaedam vitam contemplativam agere desiderabant ac propterea anno 1860 clausura condita est, quo convenerunt duodecim sorores, omnium suffragiis electae, inter quas et Famula Dei adfuit. Quae quidem in clausura commorantes chorum priorem constituerunt, alterum vero quae Christo in proximis serviebant. Serva Dei, Congregationis Superiorissa Generalis electa, utriusque chori sorores dirigebat, munita quoque facultate e clausura egrediendi quotiescumque necessitas id postularet. Congregatio itaque in duos choros distributa est, activum videlicet et contemplativum. At huiusmodi distinctio unitatem religiosarum quodammodo destruebat, necnon difficultates haud parvas in moderanda Congregatione producebat, ita ut Famula Dei, triennio nondum expleto, R. P. Honorati, Congregationis Directoris, rogatu, ad sorores vitam activam peragentes redierit, quas directe et efficacius nunc regebat, operibus caritatis promovendis maxime studens. Sorores enim a S. Felice nuncupatae, exemplo Servae Dei ductae, in simplicitate et paupertate operantes, magnos fructus ex intensa opero-

sitate tulerunt, quos anno 1864 gubernium Russicum, sub cuius potestate magna pars Poloniae tunc temporis subiecta erat, plane destruxit. Nam sub praetextu quod sorores, durante civili insurréctione anno praecedenti suborta, at sine successu, concivibus vulneratis auxilium praebuerint et contra gubernium etiam clam molitae sint, Congregatio haec suppressa fuit. Sorores quidem vitam activam peragentes dispersae fuerunt cum prohibitione religiosum habitum ferendi, sorores vero clausura obstrictae ad monasterium monialium Bernardinarum in oppidum Lowicz translatae sunt, quibus R. P. Honorati iussu Famula Dei adiuncta fuit.

Divina autem Providentia accidit, ut quaedam sorores, de quibus supra; scilicet quae dispersae erant, Cracoviam se conferrent, tunc Austriae dicioni subiectam, ubi adiutorio Excmi Episcopi Ordinarii^ mense augusto anni 1865 gubernium eis facultatem se congregandi atque monasterium condendi praebuit. Sicque sorores dispersae illuc convenerunt, ibique etiam novitiatus erectus est. Cracoviae itaque sedes Congregationis statuta est sub regimine Servae Dei, quae mox illuc se contulit. Cui munus Superiorissae Generalis iterum concreditum fuit et Congregatio reflorescere coepit, egenis, infirmis, pueris multa bona cum spiritualia tum temporalia praestando.

Sorores autem clausura constrictae, Cracoviam pergere impeditae, decursu temporis independentes evaserunt, et nomen Sororum Capuccinarum a S. Clara sumendo, in novum monasterium, in oppido vulgo Przasnysz, translatae sunt.

Serva Dei vota perpetua die 21 novembris anno 1868 emisit, anno veri sequenti ob infirmam valetudinem Superiorissae Generalis munus dimisit. A mundo externo ob surditatem separata, per triginta annos Deo fideliter famulata est, orationi et contemplationi, necnon manualibus laboribus semper intenta.

Tandem canceroso morbo correpta, Congregationis suae approbatione a Sede Apostolica, adhuc vivens, impetrata, Cracoviae die 10 octobris anni 1899 supremum diem obiit.

De eius sanctitatis fama, qua iam vivens fruebatur, quaeque post mortem late diffusa est, in Curia episcopali Cracoviensi ordinaria auctoritate processus instructi sunt annis 1949-1951 et Romam ad S. Rituum Congregationem transmissi.

Servatis postea omnibus de iure servandis, die 11 augusti anni 1958 decretum prodiit super scriptis Servae Dei, undique collectis diligenterque perpensis, ut ad ulteriora procederetur.

Interim ad Apostolicam Sedem plures postulatoriae litterae quorundam Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Moderatorum et Antistitarum Congregationum religiosarum pervenerunt, Servae Dei introductionem Causae deposcentium.

Instante vero Revmo P. Bernardino a Senis, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, eiusdem Causae Postulatore legitime constituto, Emus ac Revmus Dominus Michael Cardinalis Browne, Causae Ponens seu Relator, in Ordinaria particulari Sacrorum Rituum Congregatione die 5 mensis huius habita, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Causae Servae Dei, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, votis quoque inspectis Praelatorum Officialium, re diligenti studio perpensa, edixerunt: *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de praefatis Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum S. Rituum Congregationis Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua propria manu *Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae Angelae Truszkowska, fundatricis Congregationis Sororum a S. Felice a Cantalicio, signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 12 Iulii a. 1966.

ARCADIUS M. Card. **LARRAONA**, *Praefectus*

L. $ S.

© **FERDINANDUS ANTONELLI**, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

DUBLINENSIS

Nullitatis matrimonii (Curtin - O'Donovan)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Anastasiae O'Donovan, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram S. Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 31 iulii 1967, hora meridiana, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 8 octobris 1966 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Anastasiae O'Donovan, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Emmanuel Bonet, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 3 mensis maii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Anastasie O'Donovan, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 31 juillet 1967, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

La sentence du Tribunal de la Bote en date 8 octobre 1966 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Anastasie O'Donovan devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 1 aprile 1967, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **JULES RAVONY**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica del Madagascar.

Venerdì, 7 aprile 1967, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto S. E. FOn. U. **THANT**, Segretario Generale della Organizzazione delle Nazioni Unite.

Venerdì, 28 aprile 1967, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Maestà **OLAV** V, Re di Norvegia.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 marzo 1967, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati per intercessione della Venerabile Serva di Dio Maria Fortunata Viti, monaca conversa dell'Ordine di S. Benedetto.

Martedì, 4 aprile 1967, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati per intercessione del Beato Benildo, Confessore, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

Martedì, 25 aprile 1967, nel palazzo delle Congregazioni si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali e i Revñii Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione delle Cause di Beatificazione delle Serve di Dio :

1. Maria Teresa González Quevedo Cadarso di Gesù, suora professa della Congregazione delle Carmelitane della Carità;

2. Giuseppina Bakhita, dell'Istituto delle Figlie della Carità (Canossiane).

Hanno inoltre esaminato le relazioni dei Censori teologi su gli scritti dei Servi di Dio : *

1. Emanuele Maurizio D'Alzon, sacerdote, fondatore degli Agostiniani dell'Assunzione;

2. Gaetana Sterni, fondatrice delle Suore della Divina Volontà;

3¿ Maria Candida dell'Eucaristia, monaca professa dell'Ordine delle Carmelitane Scalze.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

17 marzo 1967. Il Revmo Don Czapla Antonio, delia Congregazione delia Missione, ***Prelato Uditore del Tribunale d'ella Sacra Romana Rota.***

7 aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Villot Giovanni, Arcivescovo di Lione, ***Prefetto della Saera Congregazione del Concilio.***

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ferretto Giuseppe Antonio, ***Penitenziere Maggiore.***

» » » S. E. Revma Monsig. Carpino Francesco, Arcivescovo tit. di Sardica, ***Pro-Prefetto della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.***

» » » S. E. Revma Monsig. Staffa Dino, Arcivescovo tit. di Cesarea di Palestina, ***Pro-Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

31 marzo 1967. Il Revmo Padre Zalba Marcellino, della Compagnia di Gesù, ***Perito della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.***

5 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ferretto Giuseppe, ***Membro della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico.***

» » » Il Revmo Padre Feuillet Andrea, dei Sulpiziani, ***Consultore della Pontificia Commissione per gli Studi Biblici.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di Sua Santità:

21 dicembre 1966. Monsig. Fischer Baldassare (Trier).
9 gennaio 1967. Monsig. Daelemans Alfredo (Malines-Bruxelles).
24 » » Monsig. Alessandro Giuseppe (Palermo).
» » » Monsig. Augello Giuseppe (Palermo).
7 febbraio » Monsig. Lux Roberto (Wien).
14 » » Monsig. Edelhauser Giuseppe (Sankt Pölten).
» » » Monsig. Wodka Giuseppe (Sankt Pölten).
16 » » Monsig. Planner Francesco (Praha).

21 febbraio 1967. Monsig. Frossard Roberto (Paris).
» » » Monsig. Pezeril Daniele (Paris)
23 » » Monsig. Zoric Kresmir (Roma).
8 marzo » Monsig. Magnoni Antonio (Modena).
» » » Monsig. Farano Vincenzo (Trani).
» » » Monsig. Locatelli Vittorio (Vigevano).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità

11 novembre 1966. Monsig. Robic Paolo (Ljubljana).
21 dicembre » Monsig. Mühlenbrock Pietro (Trier).
» » » Monsig. Müller Giovanni (Trier).
» » » Monsig. Ries Ermanno (Trier).
24 gennaio 1967. Monsig. Puleo Giovanni (Palermo).
30 » Monsig. Fiorini Settimio (Roma).
» Monsig. Meloni Giovanni Battista (Treia).
Monsig. Santalucia Federico (Treia).
7 febbraio Monsig. Hippchen Giovanni (Wien).
14 » Monsig. Bauer Giuseppe (Sankt Pölten).
» » Monsig. Schwendemann Giovanni (Sankt Pölten),
16 » Monsig. Medovy Giuseppe (Porto e S. Rufina).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

14 febbraio 1967. Monsig. Angerer Giovanni (Sankt Pölten).
» » » Monsig. Pichler Enrico (Sankt Pölten).
» » » Monsig. Sallinger Francesco (Sankt Pölten).
» » » Monsig. W'einberger Giovanni (Sankt Pölten).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

18 ottobre 1966. Al Colon. Andreazza Mario Davide *(Brasile),*
» » » Al sig. Montalto Francesco *(Italia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 febbraio 1965. Al sig. ludkins Giovanni (Westminster).
11 novembre » Al sig. Brophy Bernardo (Westminster).
» » » Al sig. Cassidy Francesco (Westminster).
17 dicembre » Al sig. Dwyer Giacomo Giovanni (Westminster).
3 febbraio 1966. Al sig. Grob Oscar* (Westminster).
21 » » Al sig. Martin Francesco (Dijon).
» » » Al sig. Paul Raimondo Stefano (Versailles).
22 marzo » Al sig. Dörper Guglielmo (Köln).
» » » Al sig. Panzer Carlo (Köln).
» » » Al sig. Reisinger Rodolfo (Köln).

30	marzo	1966.	Al	sig. Burr Vittorio (Köln).
15	aprile	»	Al	sig. Chin Antonio Pietro (Kuala Lumpur).
6	maggio	»	Al	sig. Wilcox Francesco (La Crosse).
2	luglio	»	Al	sig. Bader Walter (Münster).
13	»	»	Al	sig. Clouser Giovanni Enrico (Galveston-Houston).
»	»		Al	sig. Deevy Guglielmo Giuseppe (Galveston-Houston).
»	»	»	Al	sig. Hafernik Maurizio Raimondo (Galveston-Houston).
»	»	»	Al	sig. Llorens Leonardo Giuseppe (Galveston-Houston).
»	»	»	Al	sig. Rapp Raimondo R. (Galveston-Houston).
»		»	Al	sig. Stjepcevich Antonio Vincenzo (Galveston-Houston).
»	»	»	Al	sig. Taylor Federico (Galveston-Houston).
»	»	»	Al	sig. Young Francesco R. (Galveston-Houston).
1	agosto	»	Al	sig. Cass Edwin G. (Winnipeg).
»	»	»	Al	sig. Lindsay Giovanni (Winnipeg).
»		»	Al	sig. Mauro Arturo V. (Winnipeg).
9	»	»	Al	sig. Goblirsch Andrea Pietro (New Ulm).
21	»	»	Al	sig. Begley Giovanni (Omaha).
»			Al	sig. Cronin Giulio (Omaha).
»	»		Al	sig. Ficenec Giuseppe (Omaha).
»	»	»	Al	sig. Fitzsimmons Edoardo (Omaha).
»	»	»	Al	sig. Gross Giovanni (Omaha).
»	»	»	Al	sig. Knapp Arturo (Omaha).
	»	»	Al	sig. Kubitschek Adolfo (Omaha).
»		»	Al	sig. Norton Patrizio (Omaha).
»	»	»	Al	sig. Perion Leone (Omaha).
26	»	»	Al	sig. Wagner Guglielmo (Osnabrück).
29	»	»	Al	sig. Nicol Alberto (Sherbrooke).
15	settembre	»	Al	sig. Hurkmans Giovanni Baldassare A. (Breda).
23	»	»	Al	sig. Taittinger Pietro Cristiano (Paris).
»		»	Al	sig. Levrat Giacomo (Versailles).
27		»	Al	sig. Boekelman Guglielmo Antonio (Roermond).
29	»	»	Al	sig. Bell orini Giuseppe Vincenzo (Milano).
»	»	»	Al	sig. Bossi Sergio Luigi (Milano).
	»	»	Al	sig. Brasca Ernesto (Milano).
12	ottobre	»	Al	sig. Beagley Giorgio (Arundel-Brighton).
»			Al	sig. Carneiro Avito (Nagpur).
14	»	»	Al	sig. Petach Giovanni (Passaic dei Ruteni).
22	»	»	Al	sig. Cluzeau Marco (Paris).
26	»	»	Al	sig. Binay Carlo (Paris).
»		»	Al	sig. Jousselin Rolando Giorgio (Paris).
	»	»	Al	sig. Langlois Renato M. L. (Paris).
»	»		Al	sig. Cave Riccardo (Westminster).
»	»	»	Al	sig. MacDonnell Francesco (Westminster).
4	novembre	»	Al	sig. Van Cutsem Vittore (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al	sig. Van der Heijden Raniero Giuseppe T. ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al	sig. De Galzain Michele (Vannes).
12	»		Al	sig. Schölvinck Giuseppe Edoardo M. (Haarlem).

12 novembre 1966. Al sig. Bijl Enrico Giovanni L. (Haarlem).
» » » Al sig. Hyams Luigi G. (Lusaka).
25 » » Al sig. Panzarino Mario (Bari).
30 » » Al sig. Mazzoni Sirio (Pistoia).
» » » Al sig. Monticone Emilio (Roma).
3 dicembre » Al sig. Tromp Francesco Giuseppe (Groningen),
» » Al sig. Della Terza Ettore (Mondovi).
10 » » Al sig. D'Alessandro Marcello (Roma).
» Al sig. Pescini Alfonso (Roma).
12 » » Al sig. Kolkman Giovanni Antonio (Utrecht).
21 » » AÍ sig. Miani Emilio (Modena).
9 gennaio 1967. Al sig. Lenormand Maurizio (Autun).
12 » » Al sig. Calleja Urray Oscar (Malta).
30 » » Al sig. Beaufrère Abele (Saint-Flour).
io febbraio » Al sig. Peloso Giulio Eugenio (Tortona).
» » Al sig. Sozze Antonio (Tortona).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

13 giugno 1966. Al sig. Staff ord Carlo (Cape Town).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 giugno 1966. Al sig. Albegger Massimiliano (Graz-Seckau).
21 luglio » Al sig. Pammer Giovanni Ludovico (Wien).
22 agosto » Al sig. Nordenfalk Carlo *(Svezia).*
14 ottobre » Al sig. Neugebauer Massimiliano (Wien).
9 dicembre » Al sig. Heckelmann Edgardo (München und Freising).
13 » » Al sig. De Kallay Cristoforo *(S. M. O. M.).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

12 novembre 1966. Al sig. Giannini Pietro (Forlì).
17 » » Al sig. Buitoni Marco (Sansepolcro).
16 dicembre » Al sig. Sittner Giovanni (Wien).
2 gennaio 1967. Al sig. Di Giorgio Salvatore (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 marzo 1966. Al sig. Dahm Paolo (Köln).
22 giugno » Al sig. Baumann Enrico (Köln).
2 luglio » Al sig. Peral Sáez Ludovico (Palencia).
14 » » Al sig. González Del Valle Martino (Madrid).
21 » » Al sig. Holenia Rodolfo (Wien).
» » » Al sig. Holzinger Antonio (Wien).
10 agosto » Al sig. Fralassi Giulio (Siena).
» » Al sig. Neri Ezio (Siena).
21 » » Al sig. Viti Nicola (Nepi e Sutri).
15 settembre » Al sig. Schneider Alfredo (Paderborn).
» Al sig. Gargano Nicola (Taranto).
» Al sig. Piangiolino Pietro (Taranto).

15	settembre	1966.	sig.	Muner Renato (Udine).
23	»	»	sig.	Guadagnini Secondo (Faenza).
»		»	sig.	Rutelli Nicola (Genova).
29		»	sig.	Bersani Pietro (Milano).
»		»	sig.	Ratti Enrico (Milano).
»		»	sig.	Tomasina Marino (Milano).
»			sig.	Reccagni Aldo (Tortona).
6	ottobre	»	sig.	Di Meglio Giuseppe (Teramo).
12		»	sig.	Eidenmüller Gunther (Bamberg).
»		»	sig.	Volpino Alberto (Roma).
14		»	sig.	Alimurung Mariano (Manila).
17		»	sig.	Camurati Enrico (Milano).
»		»	sig.	Rosi Carlo (Nocera e Gualdo Tadino).
»			sig.	Dragoni Ettore (Roma).
22		»	sig.	Agostini Giovanni (Padova).
		»	sig.	Fachard Claudio (Paris).
		»	sig.	Lavandier Giovanni (Paris).
»		»	sig.	Pasquariello Michele (Roma).
27		»	sig.	Russo Cirillo (Napoli).
28		»	sig.	Stacchiotti Tommaso (Roma).
4	novembre	»	sig.	Waucquez Michele (Malines-Bruxelles).
o		»	sig.	Videla Lira Carlo ***(Cile).***
7		»	sig.	Santellocco Antonio (Roma).
12		»	sig.	Deiters Bernardo Varnerio A. (Haarlem).
»		»	sig.	De Vilder Cornelio Francesco (Haarlem).
»		»	sig.	Dall'Armellina Ernesto (Terracina).
17		»	sig.	Guarnaschelli Ezio (Piacenza).
25		»	sig.	Piva Mario (Padova).
»		»	sig.	Carraro-Moda Antonio (Roma).
30		»	sig.	Angelelli Alfredo (Roma).
		»	sig.	D'Andria Ernesto (Roma).
		»	sig.	De Luca Pasquale (Roma).
		»	sig.	Tadros Mikhail Tadros *(Repubblica Araba Unita).*
3	dicembre	»	sig.	Nachtergaele Maurizio (Malines-Bruxelles).
o	»	»	sig.	Serafini Umberto (Civitacastellana).
»		»	sig.	Caliento Attilio (Orte).
9	»	»	sig.	Vona Armando (Veroli).
13	»	»	sig.	Allinger-Csollich Teofrido (Innsbruck).
»		»	sig.	Urbani Urbano (Massa Marittimaì.
»			sig.	Bachi Vittore (Milano).
16		»	sig.	Pavan Luigi (Venezia).
»	»	»	sig.	Kraus Norberto (Wien).
		»	sig.	Meithner Ernesto (Wien).
			sig.	Musil Luigi (Wien).
»			sig.	Ullmann Carlo (Wien).
21		»	sig.	Chiarii Giorgio (Modena).
2	gennaio	1967.	Ten	Colon. Aguiar Hernani *(Brasile).*
»	»		sig.	Cantuaria Guimarâes Antonio Sabino *(Brasile).*
		Al	Cap.	Guimarâes Murillo Betameo *(Brasile).*

11 gennaio 1967. Al sig. Quartin Bastos Luigi *(Portogallo).*
12 » » Al sig. Bonvicini Elio (Modena).
» » Al sig. Pititto Cesare (Parma).
18 » Al sig. Rabaiotti Frank (Piacenza).
27 » Al sig. Mantegazza Vittorio (Boma).
3 febbraio » Al sig. Porfìri Giovanni (Rieti).
» Al sig. Moskovits Stefano (Roma).
10 Al sig. Lentini Vincenzo (Alessandria).
Al sig. Barberis Silvio (Tortona).
Al sig. Marenghi Francesco Agostino (Tortona).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 novembre 1965. Al sig. Kawano Hidetsuku Pietro (Oita).
21 dicembre » Al sig. Quiñonez Meza Alfonso (San Salvador).
18 gennaio 1966. Al sig. Missing Giuseppe (Aachen).
26 maggio » Al sig. Abdul-Razzak Hamadeh *(Libano).*
6 giugno Al sig. Regner Giovanni (Graz-Seckau).
13 » Al sig. Wewel Erico (Freiburg im Breisgau).
14 luglio Al sig. Arcangeli Gianfranco (Rimini).
21 Al sig. Brauchhar.dt Othmar (Wien).
» Al sig. Feilerer Leopoldo (Wien).
» Al sig. Freistetter Francesco (Wien).
» Al sig. Golja Gustavo (Wien).
Al sig. Mathes Erico (Wien).
» Al sig. Stelzner Giorgio (Wien).
27 Al sig. Dugast Luigi (Nantes).
» Al sig. Grelier Michele (Nantes).
» Al sig. Le Rudulier Ivo (Nantes).
» Al sig. Seiller Maurizio (Nantes).
» Al sig. Valton Michele (Nantes).

NECROLOGIO

1 aprile 1967. Monsig. Blanchet Emile Arsenius, Arcivescovo tit. di Filippopoli di Tracia.
7 » » Monsig. Defebvre Andrew John F., Vescovo di Ning Po.
8 » » Monsig. de Souza Dantas Marcolino Esmeraldo, Arcivescovo di Natal.
16 » » Monsig. Grafiin René, Arcivescovo tit. di Mistia.
24 » » L'Emo Signor Card. Dante Enrico, del titolo di Sant'4gata de' Goti.
» » » Monsig. Le Huu Tu Thaddeus, Vescovo tit. di Dafnusia.
28 » » Monsig. Bresson Edoardo, Vescovo di Cestro.
8 maggio » Monsig. Puchol Montis Vicente, Vescovo di Santander.
12 » » Monsig. Berry Joseph Gerald, Arcivescovo di Halifax,

An* et vol. LIX 28 lumi 1967 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad universos Episcopos pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: de Beata Virgine Maria, Matre Ecclesiae omniumque virtutum exemplari, veneranda atque imitanda.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

SIGNUM MAGNUM, quod sanctus Ioannes Apostolus in caelo suspexit, *Mulierem* videlicet *amictam sole,*[1] non immerito de beatissima Maria Virgine, gratia Christi Redemptoris, omnium hominum Matre, sacra catholicae Ecclesiae liturgia interpretatur.[2]

Viva adhuc memoria, Venerabiles Fratres, repetimus quanta animi concitatione affecti simus cum, tertiam Concilii Oecumenici Vaticani II sessionem claudentes, post Constitutionem dogmaticam, cuius est index *Lumen gentium*[3] sollemni more promulgatam, augustam Dei Matrem pronuntiavimus spiritualem Ecclesiae Matrem, id est omnium christifidelium omniumque sacrorum Pastorum. Quam ob causam eo die sive permultos Patres Conciliares, sive fideles, qui sacro ritui in Petriana basilica aderant, sive christianorum multitudinem per terrarum orbem disseminatam laetitia exsultavisse novimus. Tum namque ipsa multo-

[1] Cfr. *Apoc.* 12, 1.

[2] Cfr. Epist. Missae in festo Apparii. B. M. V. Immaculatae, die 11 mensis Februarii. Cfr. *A. A. 8.* 57 (1965) pp. 1-67.

rum memoria ad primum illum amplissimumque humilis *ancillae Domini*[4] triumphum revocata est, cum, anno ccccxxxi, Orientalium et Occidentalium regionum Episcopi, Ephesi in Concilio Oecumenico congregati, Mariam ©sotóxov,, hoc est Dei Genetricem consalutaverunt. Iamvero id temporis cum laetantibus Patribus se quadam fidei inflammatione actos clari illius oppidi cives christianam doctrinam profitentes coniunxerunt, qui ardentes faces manu praeferentes eos ad domos suas comitati sunt. Oh, oh quanta materni animi voluptate, hora illa in Ecclesiae annalibus praeclarissima, Maria Virgo ex aetherio solio suo eos Pastores et fideles respexit, quippe cum carmina et praeconia praecipue ad Filii sui, atque adeo ad honorem suum, condita, canticum illud propheticum viderentur resonare, quod ipsa, Sancto Spiritu instincta, summo Deo f uderat : *Magnificat anima mea Dominum... Quia respexit humilitatem ancillae suae : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est ...*[5]

Porro adhortationis Nostrae initium a caeremoniis et religionibus ducentes, quae ad honorem Deiparae Virginis Fatimensis, hisce diebus in Lusitania fiunt, ubi a frequentibus fidelium turmis ea ob *maternum et ad misericordiam propensum*[6] animum colitur, omnes Ecclesiae filios iterum iterumque de maxima continuatione admonere cupimus, qua inter se et spiritualis Mariae maternitas, tam copiose in Constitutione dogmatica, a verbis *Lumen gentium*[7] incipiente, illustrata, et hominum redemptorum erga ipsam, uti Ecclesiae matrem, officia nectuntur. Si enim ex plurimis cum divinarum Litterarum tum sanctorum Patrum testimoniis, in commemorata Constitutione simul cum recentiorum Summorum Pontificum enuntiationibus allatis, accipimus, Mariam, *Matrem Dei ac Redemptoris*[8] cum eo fuisse *arcto et indissolubili vinculo unitam*[9] eidemque singularissimum delatum esse *munus ... in mysterio incarnati Verbi et Corporis Mystici,*[10] hoc est *in salutis oeconomia,*[11] exinde elucet Deiparam Virginem non modo uti *sanctissimam Dei*

[4] Cfr. *Luc.* 1, 38.

[5] Ibid. 1, 46 et 48-49.

[6] Nuntius Radiophonicus a Pio XII, die 13 mensis Maii anno 1946, Lusitaniae christifidelibus datus, sollemnia celebrantibus ad templum B. Mariae Fatimensis, aurea corona nomine Summi Pontificis redimitae : *A. A. S.* 38 (1946) p. 264.

[7] Cfr. Cap. VIII, par. III, *De Beata Virgine et Ecclesia : A. A. S.* 57 (1965) pp. 62-65

[8] Cfr. ibid. n. 53, p. 58.

[9] Cfr. ibid.

[10] Ibid. n. 54, p. 59.

[11] Ibid. n. 55, p. 59.

Matrem, quae mysteriis Christi interfuit,[12] sed etiam uti *Ecclesiae matrem,*[13] *speciali cultu ab Ecclesia merito honorandam esse,*[14]" idque *cultu praesertim liturgico.*[15]

Nec verendum est, ne reformatio liturgica — modo ad eam formulam efficiatur, quae hisce exprimitur verbis : *lex credendi legem statuat supplicandi* [16] — detrimentum cultui *singulari omnino* [17] iniungat, qui Mariae Virgini sanctissimae, ob praecipua eius privilegia, debetur, in quibus Matris Dei dignitas eminet. Neque ex contrario metuendum est, ne auctus vel liturgicus vel privatus Dei Parentis cultus possit cultum *adorationis, qui Yerbo incarnato aeque ac Patri et Spiritui Sancto exhibetur,*[1&] aut obscurare aut imminuere.

Quapropter, cum mens Nobis non sit hoc loco, Venerabiles Fratres, summam translaticiae doctrinae iterum proponere pertinentis sive ad munus Deiparae in aeternae salutis ordine, sive ad eius cum Ecclesia rationes, rem Nos censemus christifidelium animis perutilem esse facturos, si duo magni ponderis fidei capita presserimus, christianae vitae renovationem contigentia.

I.

Haec primo veritas occurrit : Mariam esse Matrem Ecclesiae, non solum propterea quod sit Mater Iesu Christi eique coniunctissima Socia *in nova ... Oeconomia, quando Filius Dei humanam naturam ex ea assumpsit, ut mysteriis carnis suae hominem a peccato Uberaret,*[19] sed etiam quod *toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulgeat.*[20] Ut enim quaevis mater humana nequit munus suum ad novi hominis procreationem tantum redigere, sed ad officia nutritionis educationisque debet dilatare, ita profecto agit beata Virgo Maria. Postquam Filii sacrificium, nostrae Redemptionis causam, participavit, idque ratione tam arta, ut ab eo mater non unius Ioannis discipuli, sed

[12] Ibid. n. 66, p. 65.

[13] Allocutio in Vaticana Basilica ad Patres Conciliares habita, die festo Praesentationis B. M. V., tertia exacta Oecumenicae Synodi sessione: *A. A. 8.* 56 (1964) p. 1016.

[14] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 66 : *A. A. 8.* 57 (1965) p. 65.

[15] Cfr. ibid. n. 67, p. 65.

[16] Pii XII Litt. Encycl. *Mediator Dei : A. A. 8.* 39 (1947) p. 541.

[17] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 66: *A. A. S.* 57 (1965) p. 65.

[18] Ibid. n. 66, p. 65.

[19] Ibid. n. 55, p. 60.

[20] Ibid. n. 65, p. 64; cfr. etiam n. 63.

etiam — hoc dicere liceat — humani generis, cuius ille quodammodo gessit personam,[21] meruerit designari, ea caelitus nunc materno pergit munere fungi, quo ad gignendam augendamque vitam divinam in singulis hominum redemptorum animis operam confert. Haec veritas et maximi solacii materiam praebet et, e libera voluntate Dei sapientissimi, pars est expletiva mysterii salutis humanae; quam ob rem ab omnibus christianis debet fide teneri.

Sed quomodo alma Dei Parens ad afferenda incrementa membris Ecclesiae in vita, quae ad gratiam pertinet, adiuvat? Imprimis precatione sua numquam intermissa, quam ardentissima caritas excitat. Nam eadem Virgo, licet in contemplanda augusta Trinitate laetetur, tamen filiorum, qui, ut ipsamet olim, *in peregrinatione fidei*[22] sunt constituti, non obliviscitur; quin immo, intuens eos in Deo eorumque necessitates persentiens, Iesu Christo sociata, qui est *semper vivens ad interpellandum pro nobis*,[23] iisdem *Advocatam, Auxiliatricem, Adiutricem, Mediatricem*[24] se praestat. De hac, quae numquam defuit, deprecatione apud Filium pro populo Dei, Ecclesiae a prioribus saeculis numquam non fuit persuasum; cuius rei argumentum est haec vetustissima antiphona, quae, paucis tantum mutatis, pars est precationis liturgicae sive in Oriente sive in Occidente usitatae: *Sub praesidium misericordiarum tuarum confugimus, o Deigenitrix: nostras deprecationes ne despidas in necessitatibus, sed a perditione salva nos, o (tu) quae sola (es) benedicta.*[25]

Tantum vero abest ut materna Mariae deprecatio quidquam de Christi Salvatoris nostri efficacitate, quae praeponderat, pro qua nihil potest substitui, delibet, ut potius ex ea vim sibi propriam hauriat eiusque sit argumentum egregium.[26] Matris autem Ecclesiae auxiliatrix opera non tota posita est in deprecatione apud Filium suum, ad vitae divinae incrementa in animis fovenda pertinente; siquidem illa hominibus redemptis alio etiam prodest modo, id est exemplo, cuius vis summi momenti est, secundum illam tritam sententiam: *Verba movent, exempla*

[21] Cfr. ibid. n. 58, p. 61; Leonis XIII Litt. Encycl. *Adiutricem populi: Acta Leonis XIII,* 15 (1896) p. 302.

[22] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 58: *A. A. S.* 57 (1965) p. 61.

[23] *Hebr.* 7, 25.

[24] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 62: *A. A. S.* 57 (1965) p. 63.

[25] Cfr. Dom. F. Mercenier, *L'Antienne Mariale grecque la plus ancienne,* in *Le Muséon,* 52 (1939) pp. 229-233.

[26] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 62: *A. A. S.* 57 (1965) p. 63.

trahunt. Quemadmodum enim parentum documenta multo efficaciora sunt, si exemplis innituntur vitae cum prudentia humana ac divina congruentis, ita suavitas ac venustas e praecelsis virtutibus Immaculatae Dei Genetricis manantes mirum in modum animos illiciunt ad imitandum divinum exemplar, Iesum Christum, cuius ipsa fuit quam accuratissime expressa imago. Hac de causa Concilium haec asseverat : *Ecclesia de ea pie recogitans eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum incarnationis mysterium venerabunda penitius intrat, Sponsoque suo magis magisque conformatur.*[27]

Expedit insuper prae nobis ferre, excellentem sanctitatem beatae Mariae Virginis non fuisse tantum munus singulare divinae largitatis, sed etiam fructum illius rationis, ex qua libera eius voluntas continenter ardenterque obsecuta est interioribus impulsionibus Spiritus Sancti. Quare, propter perfectum illum veluti concentum atque consensum inter gratiam divinam et operam suae naturae humanae, summum honorem tribuit sanctissimae Trinitati estque ipsa effecta praeclarum decus Ecclesiae, a qua ita in liturgia compellatur : *Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri.*[26]

Admiremur igitur, quae Evangelii paginis continentur, testimonia tam eximii consensus concentusque : Maria enim, ut primum Gabrielis Archangeli voce certior facta est, se a Deo Matrem electam esse intaminatam Filii eius Unigeniti, sine mora de opere, quod omnes vires fragilis naturae suae esset exacturum, est hisce verbis assensa : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*[20] Ex quo tempore totam se ministerio devovit non solum Patris caelestis et Verbi incarnati, quod Filius ipsius factum est, sed etiam universi hominum generis, utpote cum haberet perspectum, Iesum et a peccati servitute populum suum esse liberaturum, et Eegem fore Regni messianici, universalis, interituri numquam.[30]

Vita ergo castissimae sancti Ioseph Sponsae, quae et in partu et post partum virgo permansit, quemadmodum catholica Ecclesia nullo non tempore credidit atque professa est[31] — idque ceteroqui illam

[27] Ibid. n. 65, p. 64.

[28] Antiph. 2 ad Laudes, in festo Concept. Immae. B. M. V.

[29] *Luc.* 1, 38.

[30] Cfr. *Matth.* 1, 21; *Luc.* 1, 33.

[31] Cfr. S. Leo M., Epist. *Lectis dilectionis tuae* ad Flavianum: *PL* 54, 759; idem, Ep. *Licet per nostros* ad Iulian. Ep. Coënsem : *PL* 54, 803 ; S. Hormisda, Ep. *Inter ea quae* ad Iustinum imper. : *PL* 63, 514; Pelagius I, Ep. *Humani generis* ad Childebertum I : *PL* 69, 407; Conc. Later., oct. 649 sub Martino I, can. 3: Caspar. ZKG, 51, 1932, p. SS;

decuit mulierem, quae ad praecellentem divinae maternitatis honorem fuerat provecta [32] — tam expleta sui cum Filio communione eminuit, ut sive gaudia, sive dolores, sive denique triumphos cum eodem participaret. Tum etiam, postquam Iesus ad dexteram Patris ascendit, flagrantissimo ea continenter amore cum Filio suo coniuncta est, atque fida ac firma novo illo est perfuncta munere, ut et dilectissimo discípulo et Ecclesiae nascenti spiritualis Mater adesset. Recto igitur iure tota humilis ancillae Domini vita, ex quo tempore ab Angelo est salutata ad tempus usque, quo ex hisce terris ad caelestem gloriam anima et corpore est evecta, amantis ministerii vita fuisse dicenda est.

Itaque nos, cum Evangelii scriptoribus Ecclesiaeque sive Patribus sive Doctoribus consentientes, quorum Oecumenicum meminit Concilium in Constitutione dogmatica *Lumen gentium* (cap. VIII), Mariam mirantibus oculis contemplantur, in fide sua stabilem, promptam ad oboediendum, in humilitate simplicem, exsultantem in Domino celebrando, in caritate ardentem, in proprio obeundo munere adeo fortem atque constantem, ut se ipsa devoveret, omnibus animi sensibus cum suo cohaerens Filio, qui ideo in cruce mortuus est, ut homines nova vita donaret.

Nunc ergo, si tantus ex ea splendor virtutum refulget, primum sane eorum oflicium, qui in Christi Matre perfectam Ecclesiae formam agnoscunt, eiusmodi est, ut cum ea artius devinciantur in gratiis excelso Deo persolvendis, qui magna in ipsa fecerit ad bonum universo generi humano comparandum. Verum nullo prorsus modo satis id erit. Alterum enim cadit in omnes fideles oflicium, impenso scilicet laudis, gratulationis atque caritatis cultu eandem fidelissimam famulam Domini prosequendi, quandoquidem, ex prudenti suavique divina rerum dispensatione, libera eius voluntatis consensio atque etiam generose ab ea data opera consiliis divinis efficiendis valde contulerunt et adhuc conferunt ad salutem hominibus reddendam.[33] Quam ob rem quivis fidelis illa S. Anselmi imploratione uti potest : *Per te, Domina gloriosa, ad Iesum Filium tuum mereamur ascendere, qui per te ad nos dignatus est descenderet*

Conc. Tolet. XVI, *Symbol,* art. 22: J. Madoz, *EI Simbolo del Concilio XVI de Toledo,* in *Estudios Onienses,* ser. I, vol. 3, 1946; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 52, 55, 57, 59, 63 : *A. A. S.* 57 (1965) pp. 58-64.

[32] Cfr. S. Thomas, *Sum. Theol.,* P.I., q. 25, a. 6, ad 4.

[33] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 56: *A. A. S.* 57 (1965) p. 60.

[34] *Orat.* 54: *PL* 158, 961.

II,

Verumtamen neque Divini Redemptoris gratia, neque valens eius Genetricis nostrumque omnium spiritualis Matris deprecano, neque huius excelsa sanctitudo nos in salutis portum invehere omnino possint, nisi iis congruat perpetua nostra voluntas et Christum Iesum et Deiparam Virginem honorandi per religiosam virtutum imitationem, quibus uterque praestitit.

Omnes igitur reverenter imitemur oportet bonitatis exempla, quae caelestis Mater nobis reliquit : quod alterum sane est caput, ad quod considerandum simul vos, Venerabiles Fratres, simul fideles, pastorali vestrae sollertiae concreditos, invitare placet, ut hi hortantibus Concilii Oecumenici Vaticani II Patribus facile obtempèrent : *Meminerint porro fideles veram devotionem neque in sterili et transitorio affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genetricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum imitationem excitamur.*[55]

Iesu Christi imitatio certe regalis est via, quam insistamus oportet, ut vitae adipiscamur sanctitatem atque caelestis Patris perfectionem et absolutionem ipsi pro viribus in nos referamus. Quodsi catholica Ecclesia augustissimam hanc veritatem semper tenuit, pariter tamen affirmavit, Virginis Mariae imitationem non modo non abducere a studio fideliter sequendi Christum, verum etiam id amabilius faciliusque efficere, quandoquidem eadem sanctissima Virgo, ad Dei voluntatem semper se accommodans, meruit ut omnium prima illam laudem audiret, quam Filius suis asseclis tribuit, hisce verbis : *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.*[36]

Quam ob causam, etiam ad Christi imitationem quod attinet, generalis illa obtinet norma : *Per Mariam ad Iesum.* Neque tamen ea re fides nostra turbetur, quasi huiusmodi auxilium, ab ea adiunctum, quae nobis omnino, praeter peccatum, similis est, nostram laedat dignitatem, idemque impediat, quominus necessitudinis vincula, quibus Dei Filium adoramus et cum ipso amicitia coniungimur, artissima atque continuata

[55] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 67 : *A. A. 8.* 57 (1965) p. 66; cfr. S. Thomas, *Sum. Theol.,* P. II-II, q. 81, a. 1, ad 1; P. III, q. 25, aa. 1, 5.

[56] *Matth.* 12, 50.

sint. Immo potius agnoscamus *benignitatem et humanitatem salvatoris nostri Dei/* qui, nostrae indulgens inopiae, infinitae sanctitatis suae tam disparis atque dissimilis, nobis eiusdem sanctitudinis imitandae copiam dedit, Matris exemplar nobis proponendo. Ea enim, prae omnibus hominibus exemplum est fulgidissimum nobisque perquam accommodatum plenae illius oboedientiae, qua aeterni Patris decretis amantes libentesque subiciamur; Christusque ipse, ut bene novimus, hanc perfectam divinae voluntati obtemperationem veluti speciem ac formam constituit propriae humanae agendi rationis, cum diceret : *Ego, quae placita sunt ei, facio semper.*[38]

Si ergo humilem Nazarethanam Virginem spectamus, hoc genus proprietatum virtutumque luce renidentem, eam conspicimus veluti novam Evam,[39] veluti excelsam Filiam Sion, Veteris culmen Novique Foederis auroram, in qua illa facta est *plenitudo temporis,*[40] a Deo Patre praestituta, ut Unigenitum Filium suum in hunc mundum mitteret. Etenim Virgo Maria, magis quam omnes umquam patriarchae et prophetae, magis quam *iustus ille et timoratus* Simeon, *consolationem Israel ... Christum Domini*[41] rogavit ac praestolata est, eiusque adventum fuso hymno *Magnificat* celebravit, cum ipse, carnem suscepturus, in castissimam eius alvum descendit. Iure igitur merito Christi Ecclesia Mariam veluti exemplar ad imitandum proponit, quod secuti, ut dignissime poterit, Dei Verbum in nos recipiamus, quemadmodum sanctus Augustinus sapienter animadvertit : *Beatior ergo Maria percipiendo fidem Christi quam concipiendo carnem Christi ... Sic et materna propinquitas Mariae nihil profuisset, nisi felicius Christum corde quam carne g est asseta* Eam praeterea christifideles ut exemplum contueri possunt, quod amplectentes pariter demisso pariter magno animo partes impleant, unicuique a Deo in hac vita commissas, ad aeternam sive propriam sive aliorum comparandam salutem.

Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi : [43] hisce

[37] Cfr. *Tit.* 3, 4.

[38] *Io.* 8, 29.

[39] Cfr. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 22, 4: *PO* 7, 959; S. Epiphanius, *Haer.* 78, 18: *PO* 42, 728-729; *S. Ioannes Damaso.,* Homil. 1 *in Nativitate B. M. V.: PG* 96, 671 ss.; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 56: A. *A. S.* 57, 1965, pp. 60-61.

[40] *Gal.* 4, 4.

[41] *Luc. 2,* 25-26.

[42] *Serm.* 215, 1: *PL* 38, 1074.

[43] *1 Cor.* 4, 16.

verbis usa, maiore sane iure quam Apostolus Paulus ad Corinthios scribens, ipsa Ecclesiae Mater credentium multitudines hortari potest, qui, eodem atque praeteritarum aetatum homines fidei amorisque concentu, eam dicunt clamantque beatam.[44] Huic invitationi docilem praebeamus animum oportet.

Nuntius tamen maximae utilitatis hodie ad christifideles perferri videtur ab ea, quae est primaevae labis immunis atque sanctitate omnimoda praestantissima, quaeque Filii socia fuit in supernaturali animorum vita redintegrandae[45] Ab eiusdem enim pia contemplatione christifideles incitamentum capiunt ad fidentem precationem, ad paenitentiam agendam, atque ad sanctum Dei timorem excolendum. Ex quo pariter fiet, ut iidem saepius in memoriam suam redigant, Christum Iesum his verbis regnum Dei mox venturum annuntiasse : *Paenitemini et credite Evangelio*[46] itemque graviter monuisse : *Si paenitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.*[47] Amoris igitur et satisfactionis studio permoti ob iniurias sanctitati et iustitiae Dei reapse illatas, sed magna erecti fiducia in eius infinita misericordia, debemus animi corporisque afflictationes suscipere, ut nostra proximorumque nostrorum peccata expiemus, atque adeo duplicem vitemus poenam *damni* et *sensus,* quam dicunt : ne scilicet Deum summum Bonum amittamus, neve in ignem incidamus aeternum.[48]

Ex eo autem plus etiam christifideles excitandi sunt ad sanctissimae Virginis exempla sequenda, quod ipse Iesus, cum eam tamquam Matrem nobis donaret, eam pariter veluti exemplar proposuit, quod imitaremur. Consentaneum enim est, ut filii idem sentiant ac matres, earumque laudes et virtutes in suos referant mores. Proinde, quemadmodum quilibet homo illam S. Pauli sententiam usurpare potest : *Filius Dei dilexit me, et tradidit semetipsum pro me*[49] ita firma fide pro certo habere potest, sibi quoque a divino Servatore Matrem suam spirituali hereditate relictam esse, atque una simul omnes gratiae virtutumque thesauros, quibus eam cumulavit, ut potenti eius deprecatione nostraque studiosa imitatione in nos derivarentur. Optimo igitur iure S. Bernardus in haec

[44] Cfr. *Luc.* 1, 48.

[45] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 61: *A. A. 8.* 57 (1965) p. 63.

[46] *Marc.* 1, 15; cfr. *Matth.* 3, 2; 4, 17.

[47] *Luc.* 13, 5.

[48] Cfr. *Matth.* 25, 41; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 48: *A. A. 8.* 57 (1965) p. 54.

[49] *Gal. 2,* 20 ; cfr. *Eph.* 5, 2.

se profundit verba : *Adveniente Spiritu plena sibi, eodem Spiritu superveniente, nobis quoque superplena et supereffluens.*[50]

Ex iis quae hucusque ad considerandum proposuimus, sacro Evangelio et catholica traditione rem collustrantibus, perspicue patet, spiritualem Mariae Virginis maternitatem locorum temporumque fines transcendere et ad universam pertinere Ecclesiae historiam, cui propterea ipsa materno officio et auxilio semper affuit praesens. Hinc etiam clare constat, quid sibi velit sententia illa, quam saepenumero hodie efferri audimus : nostram scilicet aetatem *Marianam* nuncupari posse. Nam si profecto fatendum est, insigni Dei beneficio, nunc christianum populum praeclarius quam antea intellexisse providum munus, in historia salutis Mariae sanctissimae concreditum, id tamen non ita est accipiendum, quasi praeteritae aetates veritatem huiusmodi plane non perceperint aut futurae eam aliquando ignorare possint. Omnia enim Ecclesiae tempora materna Dei Genetricis praesentia fruita sunt ac fruentur, cum ipsa semper indissolubili vinculo coniuncta maneat cum Mystici Corporis mysterio, de cuius Capite haec sunt scripta : *Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula.*[51]

Cum autem persuasum habeamus, Venerabiles Fratres, hodiernam Ecclesiae doctrinam de cultu — animi laudantis, grati, amantis indicio — beatissimae Virgini tribuendo plane cum Evangelii doctrina convenire, quam definitius sive Orientis sive Occidentis traditio interpretata est et explicavit, animus Noster ad spem erigitur, fore ut pastoralis haec adhortatio Nostra ad ardentiorem usque actuosioremque erga Mariam pietatem fovendam generosa voluntate excipiatur, non modo a christifidelibus vigilantiae vestrae commissis, sed ab iis etiam qui, etsi plena cum Ecclesia catholica communione non fruuntur, nihilominus una nobiscum ancillam Domini, Mariam Virginem, uti Filii Dei Matrem, colunt ac venerantur.

Utinam Immaculatum Mariae Virginis Cor christianis universis affulgeat veluti perfectae erga Deum et proximos caritatis exemplar ; ad sacrosancta Ecclesiae Sacramenta participanda adducat, quibus fidelium animi a peccatis liberentur atque defendantur ; impellat ad innumeras expiandas iniurias divinae Maiestati illatas; sitque denique unitatis signum atque ad fraterna confirmanda vincula incitamentum inter omnes christianos in una Iesu Christi Ecclesia, quae, *a Spiritu*

[50] Homil. 2 super *Missus est,* n. *2: PL* 183, 64.

[51] *Hebr.* 13, 8.

Sancto edocta, filialis pietatis affectu (Mariam Virginem) *tamquam Matrem amantissimam prosequitur.*[52]

Quoniamqne hoc anno quinque volvuntur lustra ex quo Decessor Noster f. r. Pius XII, die xxxi mensis Octobris anno **MCMXLII**, per radiophonicum nuntium ad Lusitanum populum datum, Ecclesiam humanumque genus Deiparae Mariae eiusque Immaculato Cordi sollemniter consecravit[53] — quod Nosmetipsi die xxi mensis Novembris anno **MCMLXIV** iteravimus[54] — universos Ecclesiae filios hortamur, ut singuli se ipsos Immaculato Matris Ecclesiae Cordi rursus consecrent, utque clarissimam huiusmodi pietatis significationem in vitae actionem transferentes, magis atque magis divinae voluntati morigerentur,[55] et caelestis suae Reginae exempla pie secuti, ipsi filiorum more famulentur.

Postremo Nos hinc nihil dubitantes quin, vobis, Venerabiles Fratres, incedentibus, clerus populusque, vestris concrediti curis, sint hortationi huic Nostrae propensa voluntate obtemperaturi, atque adeo Deiparae Virgini ardentiorem posthac ostensuri pietatem, firmiorem fiduciam addituri, hinc pro certo habentes inditam Caeli Reginam Matremque nostram dulcissimam numquam esse intermissuram singulis filiis suis adesse, totam Christi Ecclesiam caelitus tutari, universoque hominum generi opem ferre salutarem, vobismetipsis gregibusque vestris, divinorum munerum auspicem ac Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam Benedictionem perlibenter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xin mensis Maii, anno **MCMLXVII,** Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

[52] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 53: *A. A. 8.* 57, 1965, p. 59.

[53] Cfr. *Discorsi e Radiomessaggi di 8. S. Pio XII,* vol. IV, pp. 260-262; cfr. *A. A. 8.* 34 (1942) pp. 345-346.

[54] Cfr. *A. A. 8.* 56 (1964) p. 1017.

[55] Cfr. Oratio in festo Immaculati Cordis B. M. V., die 22 Augusti.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI PAULI IN BRASILIA - CAMPINENSIS (IUNDIAIENSIS)

Quibusdam detractis territoriis archidioecesim S. Pauli in Brasilia et Campinensis, nova conditur dioecesis, nomine « lundiaiensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quantum conferant utilitatis Ecclesiarum nimis territorio patentium divisiones novarumque dioecesium constitutiones nemo est quin videat; cum dioecesibus enim sacri etiam multiplicantur populorum Episcopi, qui divino mandato salutiferam Apostolorum operam in aevum producunt. Perlibenter igitur, post auditam sententiam sive S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, sive venerabilis Fratris Sebastiani Baggio, Archiepiscopi titulo Ephesini et in Brasiliana Republica Apostolici Nuntii, precibus accedendum esse putavimus venerabilium Fratrum Agnelli S. R. E. Cardinalis Rossi, Archiepiscopi S. Pauli in Brasilia, atque Pauli Tarsensis Campos, Archiepiscopi Campinensis, qui, de animorum bono solliciti, a Nobis petierunt ut quibusdam territoriis suarum Ecclesiarum novam conderemus dioecesim. Suppleto ideo consensu eorum omnium qui hoc super negotio ius aliquod vel habeant vel se putent habere, sequentia decernimus. Ab archidioecesi S. Pauli in Brasilia integrum territorium, sic ut in praesens civili lege terminatur, municipiorum separamus, quae vulgo appellantur Cabreúva, Cajamar, Campo Limpo, Itu, Itupeva, Jundiai, Pirapora do Bom Jesus, Santana do Parnaíba, Salto, Varzea Paulista; ab archidioecesi autem Campinensi, integrum territorium municipii, quod nuncupant Louveira, ex iisque dioecesim constituimus *Iundiaiensem*, iisdem circumscribendam finibus ac territoriorum, quae descripsimus. Novae dioecesis sedes episcopalis erit in urbe vulgo Jundiai, episcopalis vero magisterii cathedra in curiali templo, eadem in urbe exstante, quod Deo dicatum est in honorem B. M. V. vulgo nuncupatae Nossa Senhora do Desterro, cui omnia iura sacrarum cathedralium aedium concedimus. Episcopo scilicet, praeterquam quod congrua iura damus, obligationes imponimus, residentium Antistitum propria. lundiaiensis dioecesis suffraganea erit metropolitanae Sedi S. Pauli in

Brasilia, eiusque sacer Praesul Praesuli eiusdem archidioecesis ad normas iuris canonici obnoxius. Statuimus praeterea ut, usque dum Canonicorum collegium per alias sub plumbo Litteras non condatur. Consultores dioecesani eligantur, qui consilio et ope Episcopo assint ; ut gravi obligatione Seminarium condatur, iis pueris accipiendis qui ad sacerdotium Dei instinctu vocentur, quorum qui pietate atque ingenio eminuerint Romam mittantur in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophia ac sacra theologia erudiendi; ut, post has Litteras ad effectum adductas, sacerdotes et Seminarii alumni Ecclesiae illi ascripti censeantur, in cuius territorio officium vel beneficium habeant, vel legitimum domicilium ; ut mensa episcopalis, quae dicitur, fiat Curiae emolumentis, fidelium sponte oblata pecunia, bonis dioecesi Iundiaiensi obvenientibus ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici ; ut acta et documenta novam dioecesim respicientia a Curiis S. Pauli in Brasilia et Campinensi ad Iundiaiensem transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae prescripsimus ut ad effectum adducat curet venerabilis Frater Sebastianus Baggio, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui autem negotium perfecerit congrua documenta exaret ad Sacramque Congregationem Consistorialem mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. **COPBLLO**
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
8. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

%i Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Sylvius Romani, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXII, n. 28.

II

TUGUEGARAOANAE (BAYOMBONGENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Tuguegaraoana, nova praelatura conditur, « Bayombongensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Patris instar, qui omni mente in ea cogitatione curaque versatur, ut liberi sui omnem commoditatem prosperitatemque vitae habeant, Nos etiam, Petri successor cunctaeque christianae plebis moderator, in hoc omnia Nostra studia, industriam, operam locamus ut sive dispositis quam aptissime Ecclesiarum finibus, sive prudentissimis delectis Praesulibus, christiana gens prospera, aequabili, perpetuaque fortuna uti possit. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Carolus Martini, Archiepiscopus titulo Albaritanus, idemque in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, postquam venerabilem Fratrem Theodulfum Domingo et Sabugal, Episcopum Tuguegaraoanum, sententiam rogavit, censuerit bene fieri si ibi loci nova e territorio huius dioecesis praelatura constitueretur, Nos consilio petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Consistoriali praepositis, haec quae sequuntur, apostolica potestate decernimus. A dioecesi Tuguegaraoana territorium separamus, quo civilis provincia Nueva Vizcaya constat, quodque terminatur : ad septemtrionem limitibus duarum provinciarum civilium Isabella et Mountain Province ; ad orientem, civilis provinciae finibus Quezon; ad occasum duarum civilium provinciarum Mountain Province et Pangasinan ; ad meridiem, denique, civilis provinciae Nueva Ecija. Hoc territorio novam praelaturam efficimus, ab urbe vulgo Bayombong, in provincia nempe Nueva Vizcaya sita, *Bayombongensem* appellandam. In eadem autem hac civitate Praelatus sedem statuet atque domicilium; cathedram vero suae potestatis in templo S. Dominici ponet, adhuc quidem paroeciali, in posterum praelaticio, factis scilicet iustis iuribus. Nova Ecclesia suffraganea erit Sedi metropolitanae Novae Segobiae, cuius sacro Praesuli Praelatus Bayombongensis obnoxius erit. Qui, praeterea, operam dabit assiduam ut quam primum Seminarium saltem minus condat ad clerum indigenam formandum, idque gravi

praecepto. Cum vero iuvenes eo pervenerint aetatis ut sacrae theologiae atque philosophiae incumbere debeant, ex iis qui fuerint meliores ingenio atque pietate Romam mittantur, in Collegium Seminarium Philippinum. Mensam efficient tum Curiae emolumenta, tum fidelium collationes, tum congrua pars bonorum, si qua sunt, ad normam canonis 1500 C. I. C. De clero statuimus ut, his Litteris ad exitum adductis, Sacerdotes Ecclesiae illi adscribantur in cuius territorio vel beneficium vel officium habeant; ceteri sacerdotes, clerici Seminariique tirones, ei in qua legitimo domicilio degant. Censemus postremo ut acta et documenta sive fideles sive res novae Sedis respicientia, ut primum fieri potest, ad eiusdem Curiam praelaturam mittantur, religiose custodienda. Ceterum, venerabilem Fratrem Carolum Martini legamus ut haec quae mandavimus exsequatur, vel per se ipse, vel per alium, quem voluerit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. **COPELLO**
£. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONPALONIERI**
8. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco **6B** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXII, n. Jf.

III

NOVAE GUINEAE ORIENTALIS ET INSULARUM ADIACENTIUM

In Nova Guinea Orientali et Insulis adiacentibus sacra Hierarchia constituitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Laeta incrementa considerantes et solacii plenum christianae religionis progressum in amplis Oceaniae oris, non solum, in ea re, prophetarum fata impleri deprehendimus de regno Dei, quod est Ecclesia (cf. *Ps.* 71,10; *Tob.* 13, 13), verum etiam in magnam spem ingredimur fore ut christiani fines imperii ita brevi prorogentur, ut nulla sit in ea nobilissima terra aut gens, aut populus, aut natio, in qua Christus, adorandus Dei Filius hominumque Redemptor, non piis cultibus honoretur, non altaria habeat, non salutis aeternae causa ab omnibus ducatur. Quam ob rem, cum venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi, audito quidem venerabili Fratre Domenico Enrici, Archiepiscopo titulo Ancusensi atque in Australia, Nova Zelandia atque Oceania Apostolico Delegato, in hac sententia fuissent ut in Nova Guinea Orientali et Insulis adiacentibus sacra Hierarchia constitueretur, Nos, re bene reputata, consilia Purpuratorum Patrum probantes, haec quae sequuntur statuimus atque decernimus. In tota Nova Guinea Orientali et Insulis adiacentibus, seu in territorio civili Papuasiae-Novae Guineae et Protectoratu, quem hodie dicunt, Insularum Salomonicarum, ita sacram Hierarchiam condimus ut tres omnino provinciae ecclesiasticae habeantur, itaque constitutae ut continuo describuntur : *Provincia ecclesiastica Portus Moresbiensis,* quae constabit : metropolitana Sede Portus Moresbiensis, hactenus Vicariatu apostolico eodem nomine, cuius cathedrale templum Sanctae Mariae sacrum erit ; atque suffraganeis dioecesibus : Bereinitana, adhuc Vicariatu apostolico Insulae Yule, cuius cathedrale templum erit Dominae Nostrae a S. Corde dicatum ; Sideiana, adhuc Vicariatu apostolico Samaraiensi, cuius templum cathedrale erit item Dominae Nostrae a S. Corde sacrum; Mendiensi, ante hoc tempus apostolico Vicariatu, cuius templum cathedrale erit Beatae Mariae Virgini Matri Divini Pastoris sacrum; Daruensi, antea Praefectura apostolica,

cuius templum cathedrale erit Sancto Ludovico M. de Grignion Montfort sacrum. *Provincia ecclesiastica Madangana,* quae constabit : metropolitana ipsa Sede Madangana, quae fuit antehac Vicariatus apostolicus Portus Alexii, cuiusque templum cathedrale erit Sancto Spiritui dicatum ; atque suffraganeis dioecesibus : XJeuakensi, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit D, N. Iesu Christo Regi dicatum; Aitapensi, antehac Vicariatu apostolico, cuius templum cathedrale erit Sanctae Annae, B. M. V. Matri, dicatum; Montis Hagensis, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit SS. Trinitati dicatum; Gorokana, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit B. M. V. Auxilio Christianorum dicatum; Uanimitana, antehac Praefectura apostolica, cuius erit cathedrale templum SS. Cruci dicatum ; tandem dioecesi Laênsi, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit Immaculatae Conceptioni B. M. V. dicatum. *Provincia ecclesiastica Rabaülensis,* quae constabit : metropolitana Sede eiusdem nominis, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus, cuiusque cathedrale templum Sancto Francisco Xaverio consecrantur ; atque suffraganeis dioecesibus : Kaviengensi, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus, cuiusque templum cathedrale Dominae Nostrae a S. Corde consecrabitur ; Buganvillensi, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus Insularum Salomonicarum Septemtrionalium, cuiusque templum cathedrale erit Sancto Michaeli Archangelo consecratum; Ghizotana, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus Insularum Salomonicarum Occidentalium, cuiusque cathedrale templum Sancto Petro apostolo consecrabitur; Honiarana, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus Insularum Salomonicarum Meridionalium, cuiusque templum cathedrale SS. Cruci consecrabitur. Omnes dioeceses, quas numeravimus, Sacrae Congregationi Fidei Propagandae obnoxiae esse pergent, easque gubernandas concredimus venerabilibus Fratribus qui sequuntur, quos nempe a Sedibus titularibus ad residentes transferimus, secundum ordinem gradus et vetustatis, scilicet : Adolf um Alexandrum Noser, ab Ecclesia titulo Hierpinianensi ad metropolitanam Sedem Madanganam; Vergilium Copas, ab Ecclesia titulo Bennefensi, ad Sedem metropolitanam Portus Moresbiensis ; Ioannem Hoehne, ab Ecclesia titulo Urimensi, ad Sedem metropolitanam Rabaulensem; Leonem Arkfeld, ab Ecclesia Bucellensi, ad Sedem Ueuakensem; Ioannem Doyle, ab Ecclesia titulo Onuphitana, ad Sedem Sideianam ; Ioannem Doggett, ab Ecclesia titulo Mundinitzensi, ad Sedem Aitapensem; Alfredum Matthaeum Stemper, ab Ecclesia titulo Eleutheropolitana in Palaestina, ad Sedem Kavien-

gensein ; Danielem Villelmum Stuyvenberg, ab Ecclesia titulo Dionysiensi, ad Sedem Honiaranam ; Georgium Elmer Bernarding, ab Ecclesia titulo Belabitenensi, ad Sedem Montis Hagensis ; Ioannem Crawford, ab Ecclesia titulo Caffena, ad Sedem Ghizotanam; Leonem Lemay, ab Ecclesia titulo Agbiensi, ad Sedem Buganvillensem ; Eugenium Klein, ab Ecclesia titulo Echinensi, ad Sedem Bereinitanam ; Firminum Schmidt, ab Ecclesia titulo Conanensi, ad Sedem Mendiensem. Ad Canonicorum autem collegium quod attinet, quod in unaquaque dioecesi condi debet, ad Seminaria, ad mensam episcopalem, quae dicitur, ad iura cleri et populi, ea serventur ad amussim, quae Codex Iuris Canonici statuit. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Dominicus Enrici, quem diximus, exsequi curet, vel quem ipse delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quinto mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPBLLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

93 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. CXXII, n. 12.

IV

MERAUKENSIS

In territoriis quae vulgo Irian Occidentalis appellantur nova provincia ecclesiastica conditur, « Meraukensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro suscepto universae regendae Ecclesiae munere, ad id assidue mentem intendimus Nostram ut ea omnia capiamus consilia, incepta ineamus, quae opportuniora suppeditent latius inter homines Christi legi proferendae subsidia. Censentibus ideo viris qui Sacrae Congregationi de Propaganda Fide sunt propositi, novam posse in Irian, quae dicitur, Occidentali, condi provinciam ecclesiasticam idque ut fieret petentibus laeto animo accedere statuimus, siquidem catholicas res et ibi locorum optima iam incrementa cepisse cognovimus et spes est ut maiora etiam in posterum tempus capiant. Hac scilicet in laeta exspectatione sumus sive ob sacrorum Pastorum atque missionalium sedulitatem sive ob crescentem in dies annosque eiusdem ipsius regionis sacerdotum cohortem. Quapropter, sententia hoc super negotio audita venerabilis Fratris Salvatoris Pappalardo, Archiepiscopi titulo Milesiensis et in Indonesia Apostolici Pro-Nuntii, suprema Nostra potestate sequentia decernimus. *Provinciam ecclesiasticam Meraukensem* ita constituimus, ut Sede ipsa Meraukensi, antea vicariatu apostolico, tamquam metropolitana constet, cuius cathedrale templum erit sacra aedes S. Francisco Xaverio sacra; atque Sedibus suffraganeis Sukarnapuraënsi, antea vicariatu apostolico, cuius templum cathedrale erit sacra aedes Christo Regi dicata, atque Manokuariensi, antea praefectura apostolica, cuius templum cathedrale illud erit, quod est S. Augustino dicatum. Novae conditae Ecclesiae, quas diximus, iurisdictioni Sacrae Congregationis de Propaganda Fide obnoxiae esse pergent, de quarum sacris Praesulibus statuimus ut venerabiles Fratres : Hermannus Tillemans, ab Sede titulo Berissena ad metropolitanam Meraukensem transferatur ; Rudolfus Iosephus Staverman, ab Ecclesia titulo Mosynopolitana ad cathedralem Sukarnapuraënsem ; Petrus Malachias van Diepen, hactenus Praefectus Apostolicus Manokuariensis, fiat Episcopus eiusdem Sedis, post peculiares nempe a Nobis datas Litteras. Ad novas has Ecclesias quod attinet, omnino normae serventur quae iuxta Iuris Canonici praescripta earundem sunt propria. Denique quae praescripsimus

ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Salvator Pappalardo, suetoque more confecta documenta ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide ille mittat, signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quintodecimo mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. **COPËLLO**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco Q Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXII, n. 11.

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Iosephum titulo S. Priscae S. R. E. Presb. Cardinalem da Costa Nunes, quem Legatum a latere renuntiat, ut agendis Fatimae in honorem Beatissimae Virginis Deiparae celebritatibus praesideat.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Gloriosa dicta sunt de te, Convallis Iriensis; nomenque Fatimae, tuis in finibus sitae, antea obscurum et paucis cognitum, illustri fama divulga-

tum, per universas orbis terrarum partes in hominum ore et sermone multum iam tempus versatur.

Nimirum id contigit benefacto et magnificentia Beatissimae Virginis Deiparae, ut exsultaret solitudo, et floreret quasi lilium ; provide id evenit, ut in terra invia et inaquosa, limpida copiosaque vena, thesaurus optimus, fons aquae vivae, spargens fundensque longe lateque maternae largitates gratiae erumperet.

Haec Lusitanae gentis decora, quae saepenumero cum animo Nostro cogitamus, amantius et attentius Nobis licuit recolere, cum a Dilecto Filio Nostro Cardinali Emmanuele Gonçalves Cerejeira, Lisbonensi Patriarcha, ceterisque Venerabilibus Fratribus Lusitaniae Antistitibus nuntium accepimus, quo edocebamur proximo mense Maio sollemnia Fatimae actum iri, cum quinquagesimus conderetur annus, ex quo illic singularis Deiparae Virginis cultus est ortus.

Id autem Nostra adprobatione perquam dignum esse putamus, quin etiam a tam laetabili eventu, certe immortali prodendo memoriae, abesse non patimur. Quare, libenter exhibitis concedentes votis, te, Dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum a latere renuntiamus, eligimus, constituimus, qui Fatimae proximo mense Maio agendis celebritatibus et coetibus Nostram gerens personam praesideas.

Quoniam autem pro explorato habemus te, praeter ceteras animi laudes, insigni et perspecta exornari in Dei hominumque Matrem religione, et hanc amplificandi egregium studium a te semper foveri, minime dubitamus, quin praegrave tibi commissum munus egregie, decore atque haud cum parvo pietatis fructu persoluturus sis : hoc vero in praecipuo tuo honore habebitur, ac suave tibi erit in posterum meminisse.

In cuius muneris perfunctione profecto oportebit, diserto, ut soles, ore et infiammata vi animi Mariam, Christi Genetricem, splendidissimam auroram, ex qua ortus est sol iustitiae, humani generis invictam fiduciae rationem et causam perpetuae laetitiae, rerum naturae et gratiae miraculum pulchritudinis inenarrabilis, Sanctorum coronam, Reginam mundi, orthodoxae fidei columnam, Matrem Ecclesiae, populo Dei semper salutarem et opiferam, amplis et iucundis extollas praeconiis.

Si in suscipiendo onere titubes, prorsus oblectandum tibi erit, quod tantae celsitati et magnitudini numerosum melos, gratiarum actiones, canticum laudis imparia sint.

Ad exsultantium agendum vocum liquidum concentum, piam adstantis multitudinis frequentiam ita compellabis : Magnificate Sanctam Verbi

Incarnati Genetricem et Dominam nostram mecum : *Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israël, tu honorificentia populi nostri.*[1]

Nonne ipsa Deipara Virgo arcana futurarum rerum praesensione vaticinata est : *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes?*[2] Cuius prophetiae veritas eventibus perspicua claruit. Manifestum enim est ipsam ubique terrarum singulari omnino cultu celebrari eandemque aemula certatione coli templis, sacellis, festis, supplicationibus, votis, praeclaris liberalium artium operibus et modis musicis : et nunc quoque huiusmodi vaticinatio magnifico eventu comprobatur.

Intersería canoro saeculorum consensui, optamus et cupimus, ut purior et valentior in Fatimae agendo sollemni vox resonet dulcis laudis, praecelsae caelitum hominumque Reginae tribuendae.

Manebit utique tuum nomen, o Maria, manebit tua gloria, tuum decus, quamdiu vivent homines et angeli, quamdiu vivet Christus, quamdiu Deus erit, cuncta per aeva et per infinitas aeternitates manebit. Praecinat autem ipsa et praemonstret chorum, ut cum ea et in ea Divinae Maiestati grata hymni praeconia fundantur : *Sit in singulis Mariae anima; sit in singulis spiritus Mariae, ut exsultet in Deo.*[3]

Congruenter rei fiet, si materno obtemperatum fuerit mandato, ut sacra paenitentia luantur peccata. Paene insuetum paenitentiae nomen huic saeculo, quod quidem insolens peccat et abhorret remedia peccatorum. At tamen haud parum opportuna erit, immo perquam necessaria ad pianda admissa ardens et vehemens adhortatio, ut e periculorum barathro idem eruatur neve procidat in eas, quae instant, pernicies et ruinas. Siquidem ad hoc precibus et lacrimis peragendum illud Evangelicum magnopere sollicitat : *Nisi paenitentiam habueritis, omnes ... peribitis.*[4]

Ad eum igitur qui in Christo paratus est thronus gratiae[5] cum fletu et fiducia celerrime confugiendum est, ut, deprecante Matre misericordiae, sontibus impetretur clementia, culpis venia, ac vertatur demum in pacis laetitiam quod iustum gignit terrorem.

Nec volumus id omittere, quod valde intererit ad spiritualem profectum et ad augendum robur catholicae fidei, ut nempe Ecclesia sancta,

[1] *Iudith* **15, io.**
[2] *Luc.* **1,** 48.
[3] S. Ambrosius, *Expositio Evang. sec. Luc.* II, **26:** *PL* **15, 1042.**
[4] *Luc.* **13, 3.**
[5] Cfr. *Hebr.* **4, 16.**

usa potestate a Christo data calcandi supra serpentes et scorpiones et supra omnem virtutem inimici,[6] integra et victrix exsistat. Enimvero ea tot inter res operosas et magni laboris, in quibus nunc temporis versatur, si umquam alias ante, nunc o quantopere indiga est auxilii eius, quae virgineo pede trivit teretque semper caput serpentis antiqui, conciliatrix pacis, intemeratae victoriae sequestra, ministra triumphi!

Quapropter omnes tantis rerum adiunctis diligant, venerentur, colant Immaculatum Beatae Virginis Cor, cunctarum virtutum sacrarium, penetrale mysticarum altitudinum, numquam defuturam scaturiginem bonitatis, misericordiae et gratiae; indeque ad deproperandum certum eius triumphum referant, ad eiusdem imaginem configuratum, cor purum et firmum, quod gestitantes sciant pro Evangelii causa optima decertare, se impendere, servire atque adeo potiori imperiis famulatui studere : *O Domine, quia ego servus tuus, ego servus tuus et filius ancillae tuae.*[7]

Haec aliaque his similia nomine Nostro loquere iis qui Fatimae, in honorem et praedicationem Beatae Virginis Mariae, conventum facient, nuntius et interpres votorum Nostrorum, quae cum multis precibus Deo admovemus id supplicantes, ut inde Nostrae exspectationi et spei pares subsequantur exitus, et in emolumentum et gaudium fidei opimi fructus maturescant.

Horum autem caelestium donorum auspicem tibi, Dilecte Fili Noster, Venerabilibus Fratribus Cardinali Lisbonensi Patriarchae, sollertissimo Ioanni Pereira Venancio, Episcopo Leiriensi, ceterisque, qui Fatimae celebritatibus intererunt, Antistitibus, itemque magistratibus, sacerdotibus, christifidelibus incolis et advenis, qui eo una convenient confertim et certatim ad exhibenda Deiparae Virgini filiorum pietatis obsequia, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Aprilis, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

[6] Cfr. *Luc.* 10, 19.

[7] *Ps.* 115, 16.

II

Ad E.mum P. D. Paulum S. R. E. Cardinalem Zoungrana, Archiepiscopum Uagaduguensem, quinque implentem lustra, ex quo sacerdotali dignitate auctus est.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ad Nos nuper nuntium allatum est, propediem Tibi fausti eventus obventuram esse memoriam : quinque enim feliciter complebis lustra, ex quo sacerdotalem dignitatem suscepisti.

Pro impensa qua Te complectimur caritate, hunc diem praeterlabi minime patimur, quin ad eius sanctae laetitiae auctum Nostrae benevolentiae Nostraeque existimationis publicum Tibi exhibeamus testimonium.

Accipe igitur vota Nostra, accipe salutares adprecationes, Dilecte Fili Noster, quae supplicibus ad Deum admotis precibus libentissime confirmare cupimus, et quibus id enixe poscimus, ut sacerdotium Tuum, quod per diuturnum hoc emensum annorum spatium egregiis factis et copiosis religionis fructibus collustrasti, seros in annos novis uberioribusque promeritis locupletetur.

Magno etiam cum solacio didicimus, Tibi in animo esse sacerdotii Tui natalem singulari quodam ritu commemorare : id enim cepisti consilium, ut eo die ad eandem aram Eucharisticum Sacrificium concelebres cum iis sacerdotibus, qui una Tecum primum sacra Hostia litarunt ac primum in regione ista autochthonum sacerdotum constituerunt agmen. Quod quidem aspectabile erit indicium et signum illius animorum coniunctionis, quae inter Episcopum et providos ordinis episcopalis cooperatores intercedere debet,[1] et quam Tu, Dilecte Fili Noster, officii pastoralis conscientia ductus, omni ope fovere contenais. Fatemur nihil Nobis iucundius et nihil animarum saluti magis frugiferum contingere posse quam actuosam huiusmodi unitatem inter sacerdotes universos, qui sub Tua potestate variis officiis mancipati sunt, sive pertinent ad dioecesanum clerum, sive ad religiosos Ordines, sive denique ad exteros missionales, qui tam bene de christiani nominis incremento apud vos meriti sunt et quorum opera etiamnunc vobis magno est adiumento.

Haec paterni animi Nostri hortamenta et vota non modo Tibi solacio

[1] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 28 : *A. A. S.* 57 (1965) p. 35.

sint, sed etiam incitamenta praebeant ad apostolatus incepta cotidie magis provehenda; sintque quasi auspicium illius praemii, quod Pastorum Princeps iis datur us est in Caelo, qui ad suum Regnum aedificandum augendumque generose vires impendunt.

Quo interea eventus commemoratio utilior gregi Tuo evadat, Tibi ultro facultatem facimus, ut, statuta die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicat plenariam Indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Denique superni praesidii auspicem Tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero ac populo Tuae curae commissis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxvm mensis Aprilis, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

III

E.mo P. D. Gustavo S. R. E. Cardinali Testa, S. Congregationis pro Ecclesia Orientali Pro-Praefecto, quinquagesimo volvente anno, ex quo Sacrum illud Consilium a Benedicto Pp. XV sui iuris factum est.

Signor Cardinale,

Cinquantanni or sono, il primo maggio dell'anno 1917, il Nostro Predecessore di immortale e pia memoria Benedetto XV dava vita, con il Motu Proprio *Dei Providentis/* a cotesta S. Congregazione per la Chiesa Orientale, che, distaccandosi così dalla S. Congregazione *de Propaganda Fide,* di cui aveva formato fino allora come un settpre complementare, doveva iniziare la sua attività autonoma e benemerita, tanto cara ai Pontefici Romani, i quali sempre vollero riservarsene la Prefettura.

Non Ci è sfuggita la ricorrenza così significativa, Signor Cardinale ; e sebbene, come stabiliva il Motu Proprio, cotesto Dicastero abbia cominciato a operare soltanto il primo dicembre di quello stesso anno, desideriamo esprimere a Lei ed ai suoi Collaboratori la compiacenza dell'animo Nostro per la circostanza singolare.

[1] *A. A. 8.* IX (1917) pp. 529-531.

Amiamo anzitutto rivolgere la Nostra effusa gratitudine al Signore per aver guidato con la sua mano il cammino della Congregazione : in questi anni, infatti, essa ha validamente contribuito con l'aiuto divino all'incremento delle Chiese Orientali cattoliche, con l'erezione di diverse Eparchie, con l'invio di Rappresentanti Pontifici nei paesi orientali, con la costruzione di numerose cattedrali e chiese, seminari, scuole e dispensari, con il rifiorimento degli studi giuridici per l'iniziata codificazione canonica orientale, con la presenza discreta e operante di un'efficace azione caritativa. La Congregazione, inoltre, ha avuto un posto di primo piano nello sviluppo dei rapporti con le Comunità dei Fratelli tuttora da noi separati, portando anch'essa, come frutto evidente, alla formazione di quello spirito ecumenico, di cui il recente Concilio Vaticano II ha dato al mondo la testimonianza più eloquente.

Il Nostro pensiero, commosso e grato, va poi a quanti sono stati gli artefici e gli strumenti di un lavoro così nobile ed alto : ai Nostri venerati Predecessori, che hanno sempre seguito con particolarissime premure la diletta Congregazione, come pure a coloro che li hanno fedelmente coadiuvati, rispondendo pienamente alla fiducia in essi riposta.

Un fremito di attesa, che si fa preghiera incessante, pervade oggi la Chiesa, ed essa sente come non mai l'urgenza dell'estrema invocazione del suo Divino Fondatore: *Ut omnes unum sint!*[2] e questo palpito, come si rivolge con eguale intensità a tutte le Comunità che non si trovano ancora nella pienezza dell'unità, così abbraccia con particolare sollecitudine le gloriose Chiese d'Oriente, le quali, come sottolineava il menzionato Motu Proprio, *in vetustiore suorum temporum memoria lumina offerunt sanctitatis doctrinaeque tam clara, ut eorum splendore iam nunc, tanto intervallo, reliquas christianorum regiones collustrari videamus.*[3] Voglia il Signore che tanti e si nobili tesori di santità e di sapienza, per intercessione delia gloriosa Regina del Cielo, la Παναγία Madre di Dio, siano nuovamente patrimonio comune e indiviso, per la gloria della Santissima Trinità, e l'onore della Santa Chiesa !

Sono questi i Nostri voti, che formiamo con immensa speranza in questa data, mentre salutiamo con paterno affetto le Gerarchie cattoliche, il clero zelante, i fedeli tutti delle Chiese Orientali, che vivono e pregano e lavorano nelle loro regioni di antichissima cristianità, o soffrono persecuzione o limitazioni alla loro professione cristiana, o, esuli

[2] *Io.* 17, 21.

[3] Cfr. *A. A. S.* IX (1917) p. 529.

per le vie del mondo, tengono ovunque alta la fiamma dell'avita unità. A tutti Ci raccomandiamo, affinché, davanti ai loro santi altari fulgenti di ori e di sante icone, sostengano efficacemente con le loro orazioni le Nostre universali intenzioni ; e, in doveroso ricambio, tutti li ricordiamo nella Nostra preghiera.

E il Signore tutti benedica, nel Cui Nome santissimo impartiamo la Nostra particolare propiziatrice Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, il primo maggio dell'anno 1967, quarto del Nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Iosephum Elmerum S. R. E. Cardinalem Ritter, Archiepiscopum Sancti Ludovici, decem condentem lustra, ex quo sacerdotio auctus fuit. *

Allatum est ad Nos, plenum annum quinquagesimum, postquam sacerdotio auctus es, a te proxime celebratum iri. Quam sollemnem anniversariam memoriam pro arcta, qua tecum devincimur caritate, nolumus praeterlabi, quin ea, quae multa pietatis officia, faustam nancti occasionem, tibi sacerdotes ac fideles archidioecesis S. Ludovici praestituit sunt, gratulationis Nostrae accessione cumulemus.

Accipe igitur omina et vota, quibus, sacris precationibus confirmatis, a benignissimo Deo caelestis gratiae praesidium, securam tutelam, virium auctum, nitidiorem veritatis et sapientiae claritatem tibi oramus et poscimus, ut ipse utili pastoralis muneris perfunctione rite coram Ipso magis laeteris, indeque uberiores fructus metas, quibus superna remuneratio premia attribuat.

Quae spirituali profectui tuo conducibilia tibi eveniant, scito Nostris congruere et respondere optatis, cum pro certo habeas nihil Nobis auditu tam gratum iucundumque esse, quam, ut catholicae fidei illibata tuitione, magnanimitate operae, recti iudicandi constantia de Ecclesia egregie merearis ac laetus sedulusque in honorem, quem geris, incumbas.

Haec et potiora etiam dona e caelo invocantes, libenter id tibi facultatis facimus, ut, postquam sollemni ritu divinis operatus eris, Nostro nomine Nostraque auctoritate adstantibus christifidelibus benedicas, proposita plenaria Indulgentia, ad Ecclesiae legem lucranda.

hoc profecto nulla aptiore ratione obtineri posse censemus, quam per accommodam dioecesium dispositionem, pro locorum scilicet, aetatum, necessitatum populorum condicione. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iosephus Petrus Costa, sacer Caëtitensis Antistes, ab hac Apostolica Sede poposcerit ut e sua Ecclesia nova conderetur dioecesis, partito territorio, quo constat, Nos venerabili Fratre Sebastiano Baggio, Archiepiscopo titulo Ephesino eodemque in Brasilia Apostolico Nuntio, in consilium adhibito, atque venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Consistoriali praepositis sententia rogatis, haec quae sequuntur decernimus. A dioecesi Caëtitensi municipia separamus, ut sunt lege civili limitata, quae sequuntur : Abaira, Agua Quente, Barra da Estiva, Boninal, Contendas do Sincorá, Dom Basilio, Ibicoara, Ibitiara, Ibipitanga, Iramaia, Ituaçu, Jussiapé, Livramento de Nossa Senhora, Mucugê, Paramirim, Piata, Rio de Contas, Rio do Pires, Tanhaçu, quibus novam dioecesim fundamus, *Liberationis Marianae* appellandam. Cuius sane praecipuam urbem atque Episcopi domicilium eum locum statuimus, qui cognominatur Livramento de Nossa Senhora ; templum cathedrale, illud, quod B. M. V. dicatum est atque populari lingua Nossa Senhora do Livramento appellatur. Novam Ecclesiam suffraganeam facimus archidioecesi S. Salvatoris in Brasilia, cuius Metropolitae etiam Episcopus Liberationis Marianae obnoxius erit. Canonicorum collegium condatur. Interea tamen sacer Praesul Consultores dioecesanos eligat, qui sibi assint consilio, ope. Ad mensam episcopalem quod attinet, sic disponimus ut sive Curiae emolumentis efficiatur, sive christiani populi collationibus, sive bonis, si qua sunt, pro rata parte, quae adhuc ad dioecesim Caëtitensem pertinuerunt. Curet etiam Episcopus, cui dioecesis curanda committetur, ut Seminarium struat pueris excipiendis ad sacerdotium vocatis; regimen autem huius ad normas iuris communis temperetur iuxtaque leges peculiares Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, ratione habita decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius ». Cum vero iuvenes adoleverint, qui optimi fuerint Romam mittantur, ut ibi in Collegio Piano Brasiliano studiis sacrae Theologiae ac Philosophiae operam dent assiduam. Constituta nova dioecesi, sacerdotes atque ii omnes qui in eius finibus beneficium vel officium habeant, eidem addicantur tamquam proprius clerus ; ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei, in qua legitimo domicilio habitent. Acta denique et documenta quae modo conditam Ecclesiam respiciant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, religiose custodienda. Ceterum haec quae iussimus venerabilis Frater Sebastianus Baggio ad exitum adducet, vel quem ipse delegaverit; re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
© **HAMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. **CONPALONIERI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXIII, n. 3/f.

V

LUANDENSIS
(CARMONENSIS-SOTEROPOLITANAE)

Distractis quibusdam territoriis ex archidioecesi Luandensi, nova efficitur dioecesis, nomine « Carmonensis-Soteropolitana ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolico officio, quod Nobis divinitus commissum est, perquam diligenter fungi studentes, in id peculiari sedulitate incumbimus quandoque ut, ad aptius fidelium necessitatibus consulendum, novas in Ecclesia dioeceses constituamus. Qua de re, quoniam venerabilis Frater

Maximilianus de Furstenberg, Archiepiscopus titulo Paltenus et in Lusitania Apostolicus Nuntius, censuit posse in Angola provincia novam ecclesiasticam circumscriptionem condi idque, iuxta sollemnes conventiones inter Sanctam Sedem et Lusitanam Rempublicam die septimo mensis maii anno millesimo nongentesimo quadragesimo initas et die primo mensis iunii eiusdem anni ratas habitas, ut fieret ab Apostolica Sede enixe petiit, precibus Nos, post auditum hoc super negotio venerabilem Fratrem Emmanuelem Nunes Gabriel, Archiepiscopum Luandensem, cuius idem negotium intererat, accedendum esse putavimus atque suprema potestate Nostra sequentia decernimus. A territorio archidioecesis Luandensis integros districtus civiles distrahimus, qui vulgo Uije et Zaire appellantur, iisque novam dioecesim condimus, *Varmonensem-Soteropolitanam* appellandam iisdemque finibus circumscribendam ac districtus, quos diximus. Constitutae dioecesis sedes in urbe vulgo Carmoria erit, episcopalis autem magisterii cathedra, in templo eadem in urbe exstante, Deo dicato in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae, quod ad cathedralis gradum attollimus, congruis iuribus concessis. Episcopo autem, praeterquam quod iusta privilegia damus, officia etiam imponimus, legibus canonicis praescripta. Decernimus praeterea ut Ecclesia Carmonensis-Soteropolitana suffraganea sit Luandensi metropolitanae Sedi ; itemque ut eius dioecesis Episcopus Luandensi Metropolitae ad normam iuris canonici subdatur. Ad Canonicorum collegium quod attinet statuimus ut, quoadusque id condi non possit, Consultores dioecesani deligantur, a munere scilicet cessaturi Canonicis constitutis. Mensa episcopalis, quae dicitur, fiet dote a civili potestate danda, Curiae emolumentis, fidelium pecuniis sponte datis eorumque bonorum parte, quae novae Sedi obveniet iuxta canonem 1500 Codicis Iuris Canonici. Quod ad clerum attinet praecipimus ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes ei Ecclesiae addicantur in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri autem clerici Seminariique tirones ei, in qua legitimum domicilium habeant. De struendo insuper Seminario alumnorumque formatione et educatione serventur praescripta iuris communis, prae oculis etiam habitis normis decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » atque peculiaribus regulis Sacrae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus. Ad regimen denique dioecesis quod spectat, cleri et populi iura, electionem Vicarii Capitularis, sede vacante, aliaque huiusmodi adamussim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici. Acta et documenta, dioecesim Carmonensem-Soteropolitanam respicientia, ab archiepiscopali

Luandensi Curia ad novae Ecclesiae Curiam transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec omnia quae praescripsimus ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Maximilianus de Furstenberg, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit congrua documenta, de more signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem mittat quam primum potuerit.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quartodecimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
S* **HAMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIII, n. 82.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO RITUUM

INSTRUCTIO
DE CULTU MYSTERII EUCHARISTICI

PROOEMIUM

1. *Recentiora Ecclesiae documenta de mysterio eucharistico.*

Eucharisticum mysterium sacrae Liturgiae, immo totius christianae vitae, est vere centrum. Quare Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, studet in dies illud magis pervestigare atque impensius de eo vivere.

Nostris temporibus sacrosanctum Concilium Vaticanum II varias rationes non parvi momenti huius mysterii proposuit.

Per Constitutionem de sacra Liturgia, quibusdam rebus de natura et momento Eucharistiae in mentem revocans,[1] normas statuit de recognoscendis ritibus sacrosancti Missae sacrificii, ut huius mysterii celebratio actuosam ac plenam participationem foveret fidelium ;[2] insuper usum ampliavit concelebrationis et communionis sub utraque specie.[8]

In Constitutione de Ecclesia intimam necessitudinem exposuit quae inter Eucharistiam et mysterium Ecclesiae intercedit.[4] In aliis demum documentis pluries extulit momentum mysterii eucharistici in vita fidelium,[5] necnon eius vim ad illustrandum sensum operis humani totius-

[1] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 2, 41, 47 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 97-98, 111, .113.

[2] Cfr. ibid., nn. 48-54, 56: A. A. *S.* 56 (1964) pp. 113-115.

[3] Cfr. ibid., nn. 55, 57: *A.* A. *S.* 56 (1964) pp. 115-116.

[4] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* nn. 3, 7, 11, 26, 28, 50: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 6, 9-11, 15-16, 31-32, 33-36, 55-57.

[5] Cfr. Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio,* nn. 2, 15: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 91-92, 101-102; Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus,* nn. 15, 30 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 679-680, 688-689 ; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* nn. 2, 5-8, 13-14, 18 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993, 997-1005, 1011-1014, 1018-1019.

que naturae creatae quatenus in eo « naturae elementa, ab hominibus exculta, in Corpus et Sanguinem gloriosum convertuntur ».[6]

Ad has non paucas a sacrosancto Concilio edictas sententias viam paraverat Pius Pp. XII imprimis Litteris Encyclicis *Mediator Dei.*[7] Summus vero Pontifex Paulus Pp. VI, Litteris Encyclicis *Mysterium Fidei*[8] in memoriam revocavit momentum quarundam partium doctrinae de Eucharistia, praesertim de reali Christi praesentia et cultu etiam extra Missam huic Sacramento debito.

2. *Necessitas totam doctrinam horum documentorum simul prae oculis habendi.*

Propterea his ultimis temporibus nonnullae rationes traditae doctrinae de hoc mysterio impensius in Ecclesia passim considerantur et novo ardore pietati fidelium proponuntur, cooperantibus etiam varii generis studiis et inceptis, liturgicis praesertim et biblicis.

Necesse ergo est ut a tota doctrina horum documentorum normae practicae desumantur quibus ostendatur quomodo populus christianus erga hoc mysterium se gerere debeat ad illam cognitionem et sanctitatem assequendam quam Concilium Ecclesiae proposuit.

Interest enim ut mysterium eucharisticum illa qua par est claritate, sub diversis eiusdem rationibus plene consideratum, ob oculos fidelium resplendeat et rationes quae, secundum Ecclesiae doctrinam, inter huius mysterii aspectus obiective intercedere noscuntur, etiam in vita et mente fidelium foveantur.

3. *Praecipua capita doctrinae in his documentis notanda.*

Inter principia ad doctrinam spectantia, quae in praedictis documentis Ecclesiae de mysterio eucharistico dignoscuntur, sequentia notare iuvabit, utpote quae afficiant habitum populi christiani erga hoc mysterium, et ideo ad finem huius Instructionis directe spectent.

a) ((Dei Filius, in natura humana sibi unita, morte et resurrectione sua mortem superando, hominem redemit et in novam creaturam transformavit (cfr. *Oui.* 6, 15; *2 Cor.* 5, 17). Communicando enim Spiritum suum, fratres suos, ex omnibus gentibus convocatos, tamquam

[6] Cfr. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 38 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1055-1056.

[7] *A.A.S.* 39 (1947) pp. 547-572; cfr. Allocut. iis qui Conventui internationali de Liturgia Pastorali, Assisii habito, interfuerunt. 22 sept. 1956 : *A. A. S.* 48 (1956) pp. 715-724.

[8] *A. A. S.* 57 (1965) pp. 753-774.

corpus suum mystice constituit. In corpore illo vita Christi in credentes diffunditur, qui Christo passo atque glorificato, per sacramenta arcano ac reali modo uniuntur ».[9]

Ideo ((Salvator noster, in Cena novissima, qua nocte tradebatur, Sacrificium eucharisticum Corporis et Sanguinis sui instituit, quo Sacrificium Crucis in saecula, donec veniret, perpetuaret, atque adeo Ecclesiae dilectae Sponsae memoriale concrederet mortis et resurrectionis suae : sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis, convivium paschale, in quo Christus sumitur, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur ».[10]

Unde Missa, sive Cena dominica, est insimul et inseparabiliter :

— sacrificium, quo sacrificium Crucis perpetuatur;

— memoriale mortis et resurrectionis Domini dicentis : « hoc facite in meam commemorationem » *(Lc.* 22, 19) ;

— sacrum convivium in quo, per communionem corporis et sanguinis Domini, populus Dei bona sacrificii paschalis participat, renovat novum foedus semel in sanguine Christi a Deo cum hominibus factum, ac in fide et spe convivium eschatologicum in regno Patris praefigurat et praevenit, mortem Domini annuntians « donec veniat)).[1X]

ö) In Missa ergo sacrificium et sacrum convivium ita ad idem mysterium pertinent, ut arctissimo vinculo alterum cum altero cohaereat.

Nam Dominus in ipso sacrificio Missae immolatur cum « sacramentaliter incipit praesens adesse tamquam spiritualis fidelium alimonia sub speciebus panis et vini ».[12] Et eo fine Christus sacrificium hoc Ecclesiae concredidit ut fideles illud et spiritualiter, per fidem et caritatem, et sacramentaliter, per sacrae communionis convivium, participent. Participatio vero Cenae dominicae semper est communio cum Christo sese Patri pro nobis in sacrificium offerente.[13]

c) Celebratio eucharistica, quae fit in Missa, est actio non solum Christi, sed etiam Ecclesiae. In ea enim Christus, incruente per saecula

[9] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 7 : *A. A. S.* 57 (1965) p. 9.

[10] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 47: *A. A. S.* 56 (1964) p. 113.

[11] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 6, 10, 47, .106: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100-102, 113, 126; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 4: A. *A. S.* 58 (1966) pp. 995-997.

[12] Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei : A. A. S.* 57 (1965) p. 762.

[13] Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei* : A. A. *S.* 39 (1947) pp. 564-566.

perpetuans sacrificium in cruce peractum,[14] seipsum Patri in salutem mundi ministerio sacerdotum offert.[15] Ecclesia vero, sponsa et ministra Christi, una cum ipso munere fungens sacerdotis et hostiae, eum Patri offert et simul seipsam totam offert cum eo.[16]

Hoc modo Ecclesia, praesertim in magna prece eucharistica, una cum Christo, gratias agit Patri in Spiritu Sancto pro omnibus bonis quae in creatione et, praeclaro quidem modo, in mysterio paschali hominibus confert, illumque pro adventu regni sui obsecrat.

d) Unde nulla Missa, sicut et nulla actio liturgica, est actio mere privata, sed celebratio Ecclesiae, prout est societas diversis ordinibus et muneribus ordinata, in qua singuli secundum proprium ordinem et propria munera agunt.[17]

e) Celebratio Eucharistiae in Missae sacrificio vere est origo et finis cultus qui eidem extra Missam exhibetur. Non solum enim sacrae Species quae post Missam manent ex ipsa derivantur, sed insuper in eum praecipuum finem post Missam servantur, ut fideles, qui Missae interesse non possunt, per communionem sacramentalem, rectis dispositionibus susceptam, Christo eiusque sacrificio, quod in Missa celebratur, uniantur.[18]

Quare ipsum Sacrificium eucharisticum totius cultus Ecclesiae totiusque vitae christianae fons et culmen est.[19] Hoc Sacrificium gratiarum actionis, propitiationis, impetrationis et laudis fideles plenius participant quando non solum sacram Victimam atque in ea seipsos

[14] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 47: A. *A. S.* 56 (1964) p. 113.

[15] Cfr. Conc. Trid., Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. I : *Denz.* 938 (1741).

[18] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 11: A. *A. S.* 57 (1965) pp. 15-16; Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 47-48: **A.** *A. S.* 56 (1964) p. 113; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* nn. 2, 5: A. A. *S.* 58 (1966) pp. 991-993, 997-999; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei: A. A. S.* 39 (1947) p. 552; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei: A. A. S.* 57 (1965) p. 761.

[17] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 26-28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107; et infra n. 44.

[18] Cfr. infra n. 49.

[19] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 11: A. *A. S.* 57 (1965) pp. 15-16; Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 41: A. A. *S.* 56 (1964) p. 111; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* nn. 2, 5, 6 : A. A. S. 58 (1966) pp. 991-993, 997-999, 999-1001; Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio,* n. 15: A. *A.-S.* 57 (1965) pp. 101-102.

Patri ex toto corde cum sacerdote offerunt, sed etiam eandem Victimam in sacramento recipiunt.

/) Nemo dubitare debet « quin omnes Christi fideles pro more in catholica Ecclesia semper recepto latriae cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum ».[20] Etenim etiam in Sacramento quod reservatur ipse est adorandus[21] cum ibidem sit substantialiter praesens per illam conversionem panis et vini quae, iuxta Concilium Tridentinum,[22] aptissime transubstantiatio appellatur.

g) Mysterium ergo eucharisticum tota sua amplitudine considerandum est tam in ipsa celebratione Missae quam in cultu sacrarum Specierum, quae post Missam ad extensionem gratiae Sacrificii asservantur.[23]

Ex his principiis normae desumi debent de practica ordinatione cultus huic Sacramento etiam post Missam debiti deque eiusdem compositione cum recta ordinatione sacrificii Missae ad mentem praescriptionum Concilii Vaticani II et aliorum hac de re Apostolicae Sedis documentorum.[24]

i. Sensus generalis praesentis Instructionis.

Quare Summus Pontifex Paulus VI Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia delegato mandavit ut peculiarem Instructionem pararet, in qua practicae huiusmodi normae, praesentibus in rerum adiunctis utiliores, ederentur.

[20] Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 5: *Denz.* 878 (1643).

[21] Cfr. Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei : A. A. S.* 57 (1965) pp. 769-770; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei : A. A. S.* 39 (1947) p. 569.

[22] Cfr. Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 4: *Dem.* 877 (1642); can. 2: *Dem.* 884 (1652).

[23] Cfr. praedicta documenta quatenus omnia de sacrificio Missae agunt; de utroque vero aspectu mysterii tractant Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 5, 18: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 997-999, 1018-1019; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei : A. A. S.* 57 (1965) p. 754 ; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei: A. A. S.* 39 (1947) pp. 547-572; Allocut. iis qui Conventui internationali de Liturgia Pastorali, Assisii habito, interfuerunt, 22 sept. 1956: A. *A. S.* 48 (1956) pp. 715-723.

[24] Cfr. Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei: A. A. S.* 57 (1965) pp. 769-772; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei : A. A. S.* 39 (1947) pp. 547-572; S. Congr. Rituum, Instructio *De Musica sacra,* 3 sept. 1958: A. A. *S.* 50 (1958) pp. 630-663; Instructio *Inter Oecumenici,* 26 sept. 1964 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 877-900.

Oportet autem ut hae normae eo praesertim spectent, ut non solum prae oculis habeantur generaliora principia in catechesi de mysterio eucharistico populo tradenda, verum etiam ut magis intellegibilia fiant signa quibus Eucharistia, ut memoriale Domini, celebratur et prouti sacramentum permanens in Ecclesia colitur.

Quamvis enim in hoc mysterio illud excellens et singulare reperiatur quod ipse sanctitatis auctor in eo praesens est, tamen commune ei est cum ceteris sacramentis symbolum esse rei sacrae et invisibilis gratiae formam visibilem.[25] Unde eo securius et efficacius in mentem et vitam fidelium penetrabit quo aptiora et clariora erunt signa quibus celebratur et colitur.[26]

PARS I

De quibusdam generalioribus principiis praesertim attendendis in catechesi de mysterio eucharistico populo tradenda

5. *Requisita in pastoribus qui catechesim de hoc mysterio tradere debent.*

Ut mysterium eucharisticum mentem et vitam fidelium paulatim imbuat necessaria est apta catechesis.

Pastores vero, ut hanc debite tradere valeant, debent imprimis non solum integram doctrinam fidei, quae in documentis magisterii continetur, prae oculis habere, verum etiam in spiritum Ecclesiae hac in re corde et vita altius penetrare.[27] Tunc demum ea quae ex omnibus rationibus huius mysterii singulis in casibus fidelibus magis convenient facile decernent.

Prae oculis vero habitis iis quae in n. 3 dicta sunt, ad sequentia, praeter alia, peculiari modo attendendum erit.

6. *Mysterium eucharisticum centrum totius vitae Ecclesiae.*

Catechesis de mysterio eucharistico eo tendat oportet ut fidelibus inculcet celebrationem Eucharistiae vere centrum esse totius christia-

[25] Cfr. Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 3: *Denz.* 876 (1639). Cfr. etiam S. Thomas Aq., *Summa Theol.* III, q. 60, a. 1.

[26] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 33, 59 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 108-109, 116.

[27] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 14, 17-18: *A.A.S.* 56 (1964) pp. 104, 105.

nae vitae cum pro universa Ecclesia tum pro eiusdem Ecclesiae congregationibus localibus. Nam « cetera sacramenta, sicut et omnia ecclesiastica ministeria, et opera apostolatus, cum sacra Eucharistia cohaerent et ad eam ordinantur. In sanctissima enim Eucharistia totum bonum spirituale Ecclesiae continetur, ipse scilicet Christus, Pascha nostrum panisque vivus per carnem suam Spiritu Sancto vivificatam et vivificantem vitam praestans hominibus, qui ita invitantur et adducuntur ad seipsos, suos labores cunctasque res creatas una cum ipso offerendos ».[28]

Communio vitae divinae et unitas populi Dei, quibus Ecclesia subsistit, Eucharistia apte significatur et mirabiliter efficitur.[29] In ea culmen habetur et actionis qua Deus in Christo mundum sanctificat et cultus quem homines Christo et per ipsum Patri in Spiritu Sancto exhibent ;[30] eiusque celebratio « summe eo confert ut fideles vivendo exprimant et aliis manifestent mysterium Christi et genuinam verae Ecclesiae naturam ».[31]

7. *Mysterium eucharisticum centrum Ecclesiae localis.*

Per Eucharistiam « continuo vivit et crescit Ecclesia. Haec Christi Ecclesia vere adest in omnibus legitimis fidelium congregationibus localibus, quae pastoribus suis adhaerentes, et ipsae in Novo Testamento ecclesiae vocantur. Hae sunt enim loco suo Populus novus a Deo vocatus, in Spiritu Sancto et in plenitudine multa (cfr. / *Thess.* 1, 5). In eis praedicatione Evangelii Christi congregantur fideles et celebratur mysterium Cenae Domini, "ut per escam et sanguinem Domini corporis fraternitas cuncta copuletur ",[32] In quavis altaris communitate, sub Episcopi sacro ministerio x>,[33] vel sacerdotis qui Episcopi vices gerit[34] ((exibetur symbolum illius caritatis et " unitatis

[28] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 5 : *A. A. S.* 58 (1966) p. 997.

[29] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 11: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 15-16; Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio,* nn. 2, 15: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 91-92, .101-102.

[30] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 10: *A. A. S.* 56 (1964) p. 102.

[31] Ibid., n. 2 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 97-98; cfr. etiam n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111.

[32] Oratio mozarabica : *PL* 96. 759 B.

[33] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 26: *A. A. S.* 57 (1965) p. 31.

[34] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 42: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 111-112.

Corporis mystici, sine qua non potest esse salus ",[35] In his communitatibus, licet saepe exiguis et pauperibus, vel in dispersione degentibus, praesens est Christus, cuius virtute consociatur una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia. Etenim " non aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transeamus "[36] ».[37]

8. *Mysterium eucharisticum et unitas christianorum.*

Praeter ea quae communitatem ecclesialem singulosque fideles respiciunt, pastores ad eam etiam doctrinae partem sedulo attendant, qua Ecclesia docet per memoriale Domini, secundum ipsius voluntatem celebratum, unitatem omnium in ipsum credentium significari et effici.[38]

Ad normam Decreti de Oecumenismo[39] Concilii Vaticani II, fideles adducantur ad rectam aestimationem bonorum quae servantur in traditione eucharistica qua fratres aliarum confessionum christianarum Cenam dominicam celebrare consueverunt. Dum enim « in sancta Cena mortis et resurrectionis Domini memoriam faciunt, vitam in Christi communione significari profitentur atque gloriosum eius adventum expectant ».[40] Qui autem sacramentum Ordinis servaverunt, in celebratione Eucharistiae « cum Episcopo uniti accessum ad Deum Patrem habentes per Filium Verbum incarnatum, passum et glorificatum, in effusione Sancti Spiritus, communionem cum Sanctissima Trinitate consequuntur, "divinae consortes naturae " *(2 Pt.* **1,** 4) effecti. Proinde per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis ecclesiis, Ecclesia Dei aedificatur et crescit, et per concelebrationem communio earum manifestatur ».[41]

Maxime in celebratione mysterii unitatis decet omnes christianos dolore affici de divisionibus quibus invicem separantur. Orationes itaque apud Deum fundant, ut universi Christi discipuli altius in dies Eucharistiae mysterium ad veram ipsius mentem percipiant illudque ita celebrent ut, Christi corporis participes effecti, unum corpus

[35] Cfr. S. Thomas Aq., *Summa Theol.* III, q. 73, a. 3.

[36] S. Leo M., *Serm.* 63, 7: *PL* 54, 357 C.

[37] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium, n.* 26: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 31-32.

[38] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* nn. 3, 7, 11, 26: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 6, 9-11, 15-16, 31-32; Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio, n. 2: A. A. S.* 57 (1965) pp. 91-92.

[39] Cfr. ibid., nn. 15 et 22: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 101-102, 105-106.

[40] Ibid., n. 22: *A. A. S.* 57 (1965) p. 106.

[41] Ibid., n. 15 : *A. A. S.* 57 (1965) p. 102.

efficiant (cfr. *1 Cor.* 10, 17) « eisdem nexibus compactum quibus ipse illud constitutum voluit)).[42] .

9. *Diversi modi praesentiae Christi.*

Ad penitiorem intellegentiam eucharistici mysterii assequendam instruantur fideles etiam circa modos praecipuos quibus ipse Dominus Ecclesiae suae, in celebrationibus liturgicis, praesens adest.[43]

Praesens semper adest in coetu fidelium in suo nomine congregato (cfr. *Mt.* 18,20). Praesens etiam adest in verbo suo, siquidem ipse loquitur dum sacrae Scripturae in Ecclesia leguntur.

In eucharistico vero Sacrificio praesens est cum in ministri persona « idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in Cruce obtulit)),[44] tum, ac quidem maxime, sub speciebus eucharisticis.[45] In illo enim Sacramento, modo singulari, adest totus et integer Christus, Deus et homo, substantialiter et continenter. Haec praesentia Christi sub Speciebus ((realis dicitur non per exclusionem, quasi aliae reales non sint, sed per excellentiam ».[46]

10. *De nexu inter liturgiam verbi et liturgiam eucharisticam.*

Pastores igitur « fideles sedulo doceant de integra Missa participanda », intimam rationem illustrando quae inter liturgiam verbi et celebrationem Cenae Domini intercedit, ita ut clare percipiant ex his unum actum cultus effici.[47] Nam « verbi praedicatio requiritur ad ipsum ministerium sacramentorum, quippe quae sint sacramenta fidei, quae de verbo nascitur et nutritur ».[48] Hoc praecipue dicendum est de Missarum celebratione in qua liturgiae verbi propositum est intimum nexum inter annuntiationem auditionemque verbi Dei et mysterium eucharisticum peculiari modo fovere.[49]

[42] Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei : A. A. S.* 57 (1965) p. 773.

[43] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 7 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100-101.

[44] Conc. Trid., Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. 2 : *Dens.* 940 (1743).

[45] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 7: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100-101.

[46] Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei: A. A. S.* 57 (1965) p. 764,

[47] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 56 : *A. A. S.* 56 (1964) p. 115.

[48] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 4 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 995-997.

[49] Cfr. ibid., n. 4 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 995-997; cfr. etiam n. 3 huius Instructionis

Fideles igitur verbum Dei audientes agnoscant eius mirabilia, quae annuntiantur, fastigium in mysterio paschali attingere, cuius memoriale in Missa sacramentaliter celebratur. Hoc modo, verbum Dei suscipientes, eoque nutriti, fideles in gratiarum actione ad fructuosam participationem mysteriorum salutis inducuntur. Ita pane vitae e mensa tum verbi Dei tum corporis Christi Ecclesia nutritur.[50]

11. *De sacerdotio communi et de sacerdotio ministeriali in celebratione Eucharistiae.*

Illa vero actuosa et communitatis propria participatio eo magis conscia ac fructuosior erit, quo fideles locum qui ad ipsos spectat in coetu liturgico atque partes ab ipsis in actione eucharistica agendas clarius agnoscant.[51]

In catechesi proinde explanetur doctrina de regali sacerdotio, quo fideles per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrati sunt.[52]

Exinde ulterius illustrentur sive munus sacerdotii ministerialis in celebratione Eucharistiae, quod a sacerdotio communi fidelium essentia et non solum gradu differt,[53] sive partes quae ab aliis ministerium aliquod implentibus aguntur.[54]

12. *In quo consistat actuosa participatio Missae.*

Explanetur igitur, omnes qui ad Eucharistiam congregantur esse illam plebem sanctam, quae una cum ministris in sacra actione partem habet. Solus quidem sacerdos, prout Christi personam gerit, panem et vinum consecrat. Actio tamen fidelium in Eucharistia in eo est posita ut memores passionis, resurrectionis et gloriae Domini, gratias Deo agant, et immaculatam hostiam non tantum per sacerdotis manus, sed

[50] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione, *Dei verbum,* n. 21: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 827-828.

[51] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 14, 26, 30, 38: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 104, 107, 108, 110.

[82] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 10: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 14-15; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 2: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei: A. A. S.* 57 (1965) p. 761.

[53] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 10: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 14-15; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* nn. 2, 5 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993, 997-999.

[Si] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 28-29: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107-108.

etiam una cum ipso offerant; et, per susceptionem corporis Domini, communio illorum cum Deo, et inter se, ad quam participatio sacrificii Missae ducere debet, perficiatur.[55] Nam perfectior Missae participatio habetur cum ipsi, rite dispositi, in ipsa Missa sacramentaliter corpus Domini sumunt, obtemperantes verbis ipsius dicentis : ((Accipite et manducate)).[56]

Hoc autem Sacrificium, sicut ipsa passio Christi, etsi pro omnibus offertur, tamen « effectum non habet nisi in illis qui passioni Christi coniunguntur per fidem et caritatem ... Illis tamen prodest plus vel minus, secundum modum devotionis eorum)).[57]

Quae omnia ita fidelibus illustrentur, ut exinde ipsam Missam tum intimis animi sensibus, tum ritibus externis actuose participent ad normam principiorum statutorum a Constitutione de sacra Liturgia,[58] quae amplius definita sunt per Instructionem *Inter Oecumenici* diei 26 septembris 1964, per Instructionem *Musicam sacram* diei 5 martii 1967,[59] et per Instructionem *Tres abhinc annos* diei 4 maii 1967.

13. *De consectariis celebrationis Eucharistiae in vita cotidiana fidelium.*

Fideles moribus et vita tenere debent quod in celebratione Eucharistiae fide et sacramento perceperunt. Studeant ergo universam suam vitam in fortitudine cibi caelestis gratanter peragere participantes mortem et resurrectionem Domini. Itaque postquam Missam participaverit, unusquisque sit « sollicitus facere bona opera et placere Deo et conversari recte, studiosus Ecclesiae, faciens quod didicit et proficiens in pietate)),[60] mundum spiritu christiano imbuere sibi proponens, et etiam « in omnibus, in media quidem humana consortione », Christi testis effici.[61]

[55] Cfr. ibid., nn. 48, 106: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 113, 126.

[56] Cfr. ibid., n. 55: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115.

[57] S. Thomas Aq., *Summa Theol.* III, q. 79, a. 7, ad 2.

[58] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 26-32: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107-108.

[59] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram,* 5 martii 1967: *A. A. S.* 59 (1967) pp. 300-320.

[60] Hippolytus, *Traditio Apostolica,* 21 : ed. B. Botte, 1963, pp. 58-59; Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 9,10: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 101-102; Decr. de apostolatu laicorum, *Apostolicam actuositatem,* n. 3: *A. A. S.,* 58 (1966) pp. 839-840; Decr. de activitate missionali Ecclesiae, *Ad Gentes divinitus,* n. 39: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 986-987 ; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 5 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 997-999.

[61] Cfr. Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes,* n. 43 : *A. A. S.* 58 (1966) p. 1063.

Nulla etenim «communitas christiana aedificatur nisi radicem cardinemque habeat in sanctissimae Eucharistiae celebratione, a qua ergo omnis educatio ad spiritum communitatis incipienda est ».[62]

1-1. *De catechesi Missae pueris tradenda.*

Ii qui puerorum institutionem religiosam curant, praesertim vero parentes, parochus et magistri, dum eos in cognitionem mysterii salutis gradatim introducunt,[63] curent ut debitum tribuant momentum catechesi de Missa. Catechesis circa Eucharistiam puerorum aetati et ingenio sane accommodata eo tendere debet, ut per praecipuos ritus et preces tradatur Missae significatio, etiam ad vitae Ecclesiae participationem quod attinet.

Haec omnia prae oculis habeantur cum agitur peculiari ratione de pueris ad primam communionem praeparandis, ita ut prima communio revera appareat tamquam plena corpori Christi insertio.[64]

15. *Catechesis de Missa initium sumat a ritibus et precibus.*

Oecumenica Tridentina Synodus praescribit pastoribus, ut frequenter, « vel per se vel per alios, ex his quae in Missa leguntur aliquid exponant, atque inter cetera, sanctissimi huius Sacrificii mysterium aliquod declarent ».[65]

Pastores igitur fideles ad hoc mysterium fidei plene intellegendum idonea catechesi manu ducant, quae a mysteriis anni liturgici et a ritibus precibusque in celebratione occurrentibus initium capiat, ita ut eorum sensum, praesertim magnae precis eucharisticae, illustrent et ad mysterium quod significant et perficiunt intime percipiendum adducant.

[62] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* ii: 6: *A. A. S.* 58 (1966) p. 1000.

[63] Cfr. Conc. Vat. II, Decl. de educatione christiana. *Gravissimum educationis,* n. 2: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 730-731.

[64] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 5: A. *A. S.* 58 (1966) pp. 997-998.

[65] Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. 8: *Denz.* 946 (1749).

PARS II

De celebratione memorialia Domini

I. *Quaedam normae generales de ordinanda celebratione memorialis Domini in communitate fidelium.*

16. *Unitas communitatis in celebratione manifestanda.*

Quia propter baptismum « non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina)), sed omnes unum sunt in Christo Iesu (cfr. *Gal.* 3, 28), coetus qui Ecclesiae naturam in Eucharistia plenius manifestat, ille est quo fideles cuiusvis generis, aetatis et condicionis simul inter se coniunguntur.

Huius tamen communitatis unitas, quae ex uno pane oritur quem omnes participant (cfr. *1 Gor.* 10, 17), est hierarchico modo ordinata, eaque de causa exigit ut «quisque, sive minister, sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet)).[66]

Cuius unitatis praeclarum exstat exemplum « in plenaria et actuosa participatione totius plebis sanctae Dei ... in eadem Eucharistia, in una oratione, ad unum altare cui praeest Episcopus a suo presbyterio et ministris circumdatus ».[67]

17. *Vitanda dispersio communitatis fidelium eiusque distractio ad diversa.*

In celebrationibus liturgicis vitanda est communitatis dispersio et distractio ad diversa. Quare cavendum est, ne in eadem ecclesia duae celebrationes liturgicae simul habeantur, quae attentionem populi ad diversa trahant.

Haec imprimis dicenda sunt de celebratione Eucharistiae. Quare illa dispersio, quae celebrationibus Missarum eodem tempore in eadem ecclesia fieri solet, sedulo vitetur diebus dominicis et festis de praecepto, cum Missa pro populo celebratur.

[66] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107.

[67] Ibid., n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111; cfr. Const. dogm. de Ecclesia, Jörnen *gentium,* n. 26: A. *A. S.* 57 (1965) pp. 31-32

Quod quidem etiam aliis diebus, quantum fieri potest, servetur. Optima ratio ad hoc assequendum est, ad normam iuris, concelebratio sacerdotum qui eodem tempore Missam celebrare desiderant.[68]

Cavendum est etiam ne in eadem ecclesia eodemque tempore habeatur celebratio divini Officii in choro vel in communi aut sacra contio aut administratio baptismatis aut celebratio matrimonii, et Missa secundum horarium publicum alicuius ecclesiae pro populo celebrata.

18. *Sensus communitatis universalis et localis fovendus.*

In celebratione Eucharistiae sensus communitatis ita foveatur ut unusquisque uniri se sentiat cum fratribus in communione Ecclesiae tam localis quam universalis, immo quodammodo cum omnibus hominibus. Nam in sacrificio Missae Christus semetipsum offert pro totius mundi salute; et congregatio fidelium typus et signum est unitatis humani generis in Christo Capite.[69]

19. *Peregrini inserendi in celebrationem localem Eucharistiae.*

Fideles, qui Eucharistiae celebrationem extra suam paroeciam participant, sacrae actioni coniungantur ea forma qua communitas illius loci utitur.

Curae autem sit pastoribus, ut fideles ex aliis regionibus advenientes opportunis rationibus iuvent, ut coetui locali valeant se coniungere. Quod praesertim curandum est in ecclesiis magnarum urbium et in locis quo, feriarum causa, fideles plurimi conveniunt.

Ubi vero peregrini alius linguae vel exsules maiore numero versantur, curent pastores ut illis saltem interdum occasio praebeatur Missam participandi, quae iuxta eorum consuetudines celebretur. « Provideatur tamen, ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae quae ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare ».[70]

20. *Attente curandus modus quo celebrant ministri.*

Ad fovendam rectam ordinationem sacrae celebrationis atque actuosam fidelium participationem, ministri non tantum munus suum recte

[68] Cfr. n. 47 huius Instructionis.

[69] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 3 : *A. A. S.* 57 (1965) p. 6.

[70] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 54: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115.

expleant, ad normam legum liturgicarum, sed ita se gerant ut eo ipso sensum rerum sacrarum insinuent.

Populus ius habet in Missa nutriri verbi Dei annuntiatione et explicatione. Proinde sacerdotes non solum homiliam quoties praescribitur aut expedit habeant, sed etiam curent ut ea quae tum ipsi quam ministri pro suo munere proferunt ita distincte dicant vel cantent, ut fideles illa clare percipiant et sensum eorum intellegant, immo ad responsionem et participationem sponte adducantur.[71] Ad hoc congruis exercitationibus praeparentur ministri, praesertim in seminario et in domibus religiosis.

21. *Canon Missae.*

a) In Missis cum populo etiam non concelebratis, licet sacerdoti celebranti, pro opportunitate, Canonem intellegibili voce proferre. In Missis autem in cantu licet ei illas partes Canonis cantare, quae iuxta « Ritum servandum in concelebratione Missae » cantari possunt, ad normam Instructionis *Tres abhinc annos* diei 4 maii 1967, n. 10.

b) In exscribendis verbis consecrationis servetur usus traditus illa imprimendi typis diversis ab universo textu, ut evidentius appareant.

22. *Transmissio Missae ope instrumenti radiophonici et televisifici.*

Ubi, ad mentem n. 20 Constitutionis de sacra Liturgia, Missa ope instrumenti radiophonici et televisifici tansmittitur, curent Ordinarii locorum ne oratio et participatio fidelium praesentium exinde turbentur ; insuper celebratio tali prudentia et decore fiat, ut exemplar sit celebrationis sacri mysterii secundum leges instaurationis liturgicae.[72]

23. *De imaginibus photographicis in celebrationibus eucharisticis.*

Enixe curandum est ne ex more imprimendi imagines photographicas turbentur celebrationes liturgicae, praesertim Missarum. Ubi vero rationabilis causa exsistat, omnia magna cum discretione fiant et ad normas ab Ordinario loci statutas.

[71] Cfr. ibid., n. 11 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 102-103.

[72] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram*, 5 martii 1967, nn. 6, 8 et 11 : *A. A. S.* 59 (1967) pp. 302-303.

24. *Momentum dispositionis ecclesiae ad celebrationem recte ordinandam.*

«Domus orationis in qua sanctissima Eucharistia celebratur et servatur, fidelesque congregantur, et in qua praesentia Filii Dei Salvatoris nostri in ara sacrificali pro nobis oblati, in auxilium atque solatium fidelium colitur, nitida, orationi et sacris sollemnibus apta esse debet ».[73]

Sciant itaque pastores ipsam loci sacri congruam dispositionem ad rectam celebrationem atque actuosam fidelium participationem permultum conferre.

Qua de causa ad effectum deducantur regulae et normae per Instructionem *Inter Oecumenici* (nn. 90-99) constitutae : de ecclesiis aedificandis et ad liturgiam instauratam aptandis, de altaribus exstruendis et ornandis, de sedibus pro celebrante et ministris apte locandis, de loco proprio ad sacras lectiones proferendas parando, de locis fidelium et scholae cantorum disponendis.

Imprimis altare maximum ita oportet collocari et exstrui, ut semper appareat signum ipsius Christi, locus in quo salutaria mysteria perficiuntur et congregationis fidelium veluti centrum, cui maxima debetur reverentia.

Cavendum est ne thesauri artis sacrae in aptandis ecclesiis dilapidentur. Si vero, ob instaurationem liturgicam, de iudicio Ordinarii loci, collatis consiliis peritorum et — si casus fert — de consensu eorum ad quos spectat, ii thesauri e locis in quibus nunc sunt removendi censeantur, id cum prudentia fiat, et ita ut etiam in novis locis modo operibus consentaneo et digno disponantur.

Meminerint quoque pastores materiam et formam vestium sacrarum, quae « potius nobilem intendant pulchritudinem quam meram sumptu osi tatem »,[74] ad dignitatem celebrationum liturgicarum valde conferre.

[73] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 5 : *A. A. S.* 58 (1966) p/ 998.

[74] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 124: *A. A. S.* 50 (1964) p. 131.

II. *Celebratio diebus dominicis et ferialibus*

25. *Celebratio Eucharistiae die dominica.*

Quotiescumque communitas ad Eucharistiam celebrandam congregatur, mortem et resurrectionem Domini, in spe eius adventus gloriosi, annuntiat. Hoc tamen maxime manifestat congregatio diei dominicae, ea scilicet hebdomadae dies qua Dominus a mortuis resurrexit, et qua, ex apostolica traditione, modo peculiari mysterium paschale in Eucharistia celebratur.[75]

Ut autem fideles praecepto de sanctificatione diei festi ex animo obtempèrent, et rationem intellegant ob quam Ecclesia eos ad Eucharistiam celebrandam qualibet dominica convocat, inde ab initio institutionis christianae ipsis proponatur et inculcetur dies dominica ut primordialis dies festus,[76] qua in unum congregati verbum Dei audiant et mysterium paschale participent.

Immo inceptis faveatur, quae eo contendunt ut dies dominica «etiam fiat dies laetitiae et vacationis ab opere ».[77]

26. *Celebratio dominicalis circa Episcopum et in paroecia.*

Sensum communitatis ecclesialis, qui speciali modo in communi celebratione Missae diei dominicae nutritur et exprimitur, foveri decet cum circa Episcopum, praesertim in ecclesia cathedrali, tum in coetu paroeciali, cuius pastor vices Episcopi gerit.[78]

Praestat autem ut in celebratione dominicali totius populi actuosa participatio, quae cantu exprimitur, sedulo promoveatur, immo praestat ut praeferatur, quantum fieri potest, forma Missae in cantu.[79]

Praesertim diebus dominicis et festis celebrationes quae in aliis ecclesiis et oratoriis fiunt, cum celebrationibus ecclesiae paroecialis componi debent, ita ut adiumento sint actioni pastorali. Immo praestat ut

[75] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 6 et 106 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100, 126.

[76] Cfr. ibid., n. 106: *A. A. S.* 56 (1964) p. 126.

[77] Ibidem.

[78] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 41-42: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 111-112; Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 28: A. A. S. 57 (1965) pp. 33-36; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 5 : A. A. *S.* 58 (1966) pp. 997-999.

[79] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram,* 5 martii 1967, nn. 16 et 27: A. A. *S.* 59 (1967) pp. 305 et 308.

parvae communitates religiosae non clericales aliaeque eiusdem generis, illae praesertim quae in paroecia operam praestant, illis diebus Missam participent in ecclesia paroeciali.

Circa horam et numerum Missarum celebrandarum in paroeciis, utilitas communitatis paroecialis prae oculis habenda est, nec numerus Missarum ita multiplicetur, ut in detrimentum cedat actionis pastoralis vere efficacis. Hoc fieret, exempli gratia, si ex multiplicato numero Missarum, ad singulas Missas solum parvae communitates fidelium convenirent in ecclesias quae multo plures capere possent ; aut si, eadem de causa, sacerdotes ita labore obruerentur, ut solum cum magna difficultate ministerium suum explere possent.

27. *Missae pro coetibus particularibus.*

Ut unitas communitatis paroecialis, diebus dominicis et festis, in Eucharistia floreat, Missae pro coetibus particularibus, cuius generis sunt coetus consociationum, diebus potius ferialibus si fieri potest, habeantur. Quodsi in dies infra hebdomadam transferri nequeant, curandum est ut unitas communitatis paroecialis servetur, eo quod particulares coetus celebrationibus paroecialibus inseruntur.

28. *Missae diei dominicae et festi anticipatae ad vesperam diei antecedentis.*

Sicubi ex concessione Apostolicae Sedis permittitur ut vespere sabbati praecedentis satisfieri possit praecepto de Missa participanda die dominica, pastores sedulo doceant fideles de significatione huius concessionis, et curent ne sensus diei dominicae exinde aliquomodo obscuretur. Haec enim concessio eo tendit ut in hodiernis rerum adiunctis christifideles facilius diem resurrectionis Domini celebrare valeant.

Concessionibus aut consuetudinibus contrariis non obstantibus, haec Missa celebrari potest tantum vespere diei sabbati, horis ab Ordinario loci statuendis.

In his casibus celebretur Missa sicut in calendario pro die dominica assignatur, homilia et oratione fidelium minime exclusis.

Quae omnia dicenda sunt etiam de Missa quae, eadem de causa, ad vesperam pridie diei festi de praecepto alicubi celebrari permittitur.

Missa vespertina pridie Dominicam Pentecostes est hodierna Missa de vigilia cum *Credo.* Pariter Missa vespertina pridie diem Nativitatis Domini est Missa de vigilia celebrata more festivo cum paramentis albis, cum *Alleluia* et praefatione Nativitatis. Missa vero vespertina pri-

die Dominicam Resurrectionis non licet inehoari ante crepusculum aut certe non ante solis occasum. Haec Missa est semper Missa Vigiliae paschalis, quae, ratione suae specialis significationis in anno liturgico necnon in tota vita christiana, celebrari debet cum ritibus liturgicis sanctae noctis iuxta ordinem eiusdem Vigiliae.

Fideles qui praedicto modo diem dominicam aut festum de praecepto celebrare incipiunt vespere diei antecedentis, possunt ad sacram communionem accedere etsi mane iam communicaverunt. Qui vero ((in Missa Vigiliae paschalis et in Missa in nocte Nativitatis Domini communicaverint, iterum ad communionem accedere possunt in secunda Missa Paschatis et in una ex Missis quae die Nativitatis Domini celebrantur)).[80] Item ((fideles qui feria V in Cena Domini, in Missa Chrismatis, sese communicaverint, iterum ad sacram communionem accedere possunt in Missa vespertina eiusdem diei », ad normam Instructionis *Tres abhinc annos* diei 4 maii 1967, n. 14.

29. *Missae diebus ferialibus celebratae.*

Fideles invitentur, ut diebus quoque ferialibus saepe, immo etiam cotidie, Missam participent.

Id praesertim commendatur quibusdam feriis quas speciali cura expedit celebrari, praesertim in Quadragesima et Adventu, item in festis minoribus Domini, in quibusdam festis beatae Mariae Virginis aut Sanctorum, quae praecipuo in honore sunt in Ecclesia universa aut particulari.

30. *Missae in conventibus ad vitam religiosam alendam.*

Valde congruit coetus seu conventus, qui ad fovendam vitam christianam vel apostolatum aut ad studia religiosa promovenda aguntur, itemque exercitia spiritualia varii generis, ita ordinentur, ut in celebratione eucharistica fastigium habeant.

III. *Communio fidelium*

31. *Communio fidelium in Missa.*

Fideles sacramentali communione Eucharistiae celebrationem perfectius participant. Valde commendatur ut eam de more sumant in ipsa

[80] S. Congr. Rituum, Instructio *Inter Oecumenici,* 26 sept. 1964, n. 60: *A. A. S.* 56 (1964) p. 891.

Missa et eo puncto temporis ab ipso ritu celebrationis praescripto, id est proxime post communionem sacerdotis celebrantis.[81]

Ut autem, etiam per signa, communio melius appareat participatio Sacrificii quod actu celebratur, curandum est ut fideles possint eam recipere hostiis in ipsa Missa consecratis.[82]

Est imprimis sacerdotis celebrantis communionem ministrare; neque debet Missam prosequi, nisi fidelium communione expleta. Alii vero sacerdotes vel diaconi, pro opportunitate, sacerdotem celebrantem adiuvent.[83]

32. *Communio sud utraque specie.*

Formam ratione signi pleniorem habet sacra communio cum fit sub utraque specie. In ea enim forma (firmis principiis a Concilio Tridentino statutis,[84] secundum quae totus et integer Christus ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumitur) signum eucharistici convivii perfectius elucet, et clarius exprimitur voluntas qua novum et aeternum Testamentum in sanguine Domini ratum habetur, necnon ratio inter convivium eucharisticum et convivium eschatologicum in regno Patris (cfr. *Mt.* 26, 27-29).

Quare deinceps, de iudicio Episcoporum, et debita catechesi praemissa, communio calicis permittitur in sequentibus casibus, qui sive iam a iure anteriori[85] sive vi huius Instructionis conceduntur :

1) neophytis adultis in Missa quae baptismum subsequitur; confirmatis adultis in Missa suae confirmationis; baptizatis qui in Ecclesiae communionem recipiuntur ;

2) sponsis in Missa sui matrimonii ;

3) ordinatis in Missa suae ordinationis ;

4) abbatissae in Missa suae benedictionis ; virginibus in Missa suae consecrationis; professis in Missa suae primae aut renovatae re-

[81] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 55: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115.

[82] Cfr. ibid., n. 55: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115; *Missale Romanum,* Ritus servandus in celebratione Missae, 27 ian. 1965, n. 7.

[83] Cfr. S. Congr. Rituum, Rubricae Breviarii et Missalis Romani, 26 iul. 1960, n. 502 : *A. A. S.* 52 (1960) p. 680.

[84] Cfr. Sess. XXI, Decr. de communione eucharistica, cap. 1-3: *Dem.* 930-932 (1726-1729).

[85] Cfr. Ritus servandus in distribuenda communione sub utraque specie, 7 martii 1965, n. 1.

ligiosae professionis, dummodo vota intra Missam emittant aut renovent;

5) coadiutoribus missionariis laicis, in Missa qua modo publico mittuntur; necnon aliis, in Missa in qua missionem ecclesiasticam accipiunt;

6) in administratione Viatici, infirmo et omnibus astantibus, cum Missa ad normam iuris in domo infirmi celebratur ;

7) diacono, subdiacono et ministrantibus, oflicium suum in Missa pontificali vel sollemni implentibus ;

8) cum concelebratio fit :

a) omnibus qui in eadem concelebratione vero ministerio liturgico funguntur, etiam laicis, necnon omnibus seminariorum alumnis qui ei intersunt ;

b) in eorum autem ecclesiis, etiam omnibus membris institutorum consilia evangelica profitentium atque aliarum societatum in quibus per religiosa vota aut oblationem aut promissionem Deo se devovent, praeterea omnibus qui in domo sodalium illorum institutorum et societatum die noctuque commorantur ;

9) sacerdotibus qui magnis celebrationibus intersunt et celebrare vel concelebrare non possunt ;

10) omnibus qui exercitiis spiritualibus vacant, in Missa quae, durantibus his exercitiis, specialiter pro eiusmodi coetu actuose participante celebratur ; iis omnibus qui participant conventum alicuius commissionis pastoralis, in Missa quam in communi celebrant;

11) iis qui sub numeris 2 et 4 recensentur, in Missa suorum iubilaeorum ;

12) patrino, matrinae, parentibus et coniugi necnon catechistis laicis baptizati adulti in Missa initiationis ipsius ;

13) parentibus, familiaribus, necnon insignibus benefactoribus qui Missam neosacerdotis participant.

33. *Communio extra Missam.*

a) Fideles adducendi sunt ut in ipsa celebratione eucharistica communicent. Sacerdotes, vero, id petentibus iusta de causa [86] sacram communionem etiam extra Missam distribuere ne renuant : quod etiam horis

Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei* : ***A. A.*** *S.* 39 (1947) pp. 565-566.

postmeridianis fieri poterit de licentia Episcopi loci, ad normam litterarum Motu Proprio editarum *Pastorale Munus,* n. 4, vel de licentia Supremi Moderatoris Religionis, ad normam Rescripti *Cum admotae,* art. 1, n. I.[87]

b) Cum communio horis praescriptis extra Missam distribuitur pro opportunitate praemitti potest brevis celebratio verbi Dei ad normam Instructionis *Inter Oecumenici* (nn. 37, 39).

c) Cum, deficiente copia sacerdotum, Missa celebrari nequit et sacra communio distribuitur etiam a ministro, qui ex indulto Apostolicae Sedis hanc facultatem habeat, servetur ritus a competente auctoritate praescriptus.

34. *De modo ad communionem accedendi.*

a) Secundum Ecclesiae consuetudinem, communio dari potest fidelibus vel genuflexis vel stantibus. Unus alterve modus seligatur secundum normas a Conferentia Episcopali statutas, prae oculis habitis variis adiunctis, imprimis dispositione locorum et numero communicantium. Fideles libenter sequantur modum a pastoribus indicatum, ut communio vere sit signum fraternae unitatis inter omnes convivas eiusdem mensae Domini.

b) Cum fideles communicant genuflexi, non exigitur ab eis aliud signum reverentiae erga sanctissimum Sacramentum, quia ipsa genuflexio adorationem exprimit.

Cum autem communicant stantes, enixe commendatur ut, processionaliter accedentes, debitam reverentiam faciant ante susceptionem Sacramenti, loco et tempore opportuno, ne accessus et recessus fidelium perturbetur.

35. *Sacramentum paenitentiae et communio.*

Eucharistia fidelibus proponatur etiam « tamquam antidotum, quo liberemur a culpis cotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur »[88] eisque apta ratio ostendatur qua partibus paenitentialibus liturgiae Missae uti valeant.

[87] Cfr. *A. A. S.* 56 (1964) p. 7; *A. A. S.* 59 (1967) p. 374.

[88] Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 2: *Dens.* 875 (1638); cfr. etiam .Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. 1-2: *Denz.* 938 (1740), 940 (1743).

« Communicare volenti revocandum est in memoriam ... praeceptum : "Probet autem seipsum homo " *(1 Gor.* 11, 28). Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat ».[89] « Quod si urgeat necessitas ac copia confessarii illi desit, actum perfectae contritionis prius eliciat ».[90]

Fideles instanter ad eum usum adducantur ut extra Missae celebrationem, praesertim horis statutis, ad sacramentum paenitentiae accedant, ita ut eius administratio cum tranquillitate et ipsorum vera utilitate fiat, neve ipsi ab actuosa Missae participatione impediantur. Qui cotidie aut saepius communicare solent, instruantur ut aequis temporibus, pro singulorum condicione, ad sacramentum paenitentiae accedant.

36. *Communio in quibusdam rerum adiunctis sollemnioribus.*

Valde convenit ut fideles, quandocumque novo modo vel novo vitae statu in vinea Patris operari incipiunt, ad semetipsos Deo iterum devovendos et foedus cum eo renovandum, Sacrificium per communionem sacramentalem participent.

Hoc optime faciunt, exempli gratia : congregatio fidelium quando in nocte paschali vota baptismatis renovat; adulescentes quando pro sua aetate idem coram Ecclesia faciunt; sponsi quando sacramento matrimonii iunguntur; ii qui Deo se devovent quando religiosa vota nuncupant vel oblationem faciunt; fideles quando muneribus apostolatus se dedicant.

37. *Communio frequens et cotidiana.*

Cum « perspicuum sit ex frequenti seu cotidiana sanctissimae Eucharistiae sumptione unionem cum Christo augeri, spiritualem vitam uberius ali, animam virtutibus effusius instrui et aeternae felicitatis pignus vel firmius sumenti donari; idcirco parochi, confessarii et concionatores ... christianum populum ad hunc tam pium et tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio cohortentur ».[91]

[89] Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 7 : *Denz.* 880 (1646-1647).

[90] OIO, can. 856.

[91] S. Congr. Concilii, Decr. de quotidiana Ss. Eucharistiae sumptione, 20 dec. 1905, n. 6: A. *S. S.* 38 (1905-1906) pp. 401 s.; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei:* ***A. A.*** *S.* 39 (1947) p. 565.

38. *Oratio privata post communionem.*

Ex participatione corporis et sanguinis Domini, donum Spiritus tamquam aqua viva (cfr. *Io.* 7, 37-39) in singulos abundanter derivatur, dummodo et sacramentaliter et spiritualiter sumatur, scilicet fide viva quae per dilectionem operatur.[92]

Unio autem cum Christo, ad quem ipsum sacramentum ordinatur, non tantum tempore celebrationis eucharisticae procuranda est, sed ad totam vitam christianam protrahenda, ita ut christifideles, donum receptum continenter fide contemplantes, vitam cotidianam sub ductu Spiritus Sancti in gratiarum actione agant, et fructus uberiores caritatis afferant.

Quo autem facilius in hac gratiarum actione, quae in Missa modo praeclaro Deo exhibetur, permaneant, commendatur singulis qui sacra communione refecti sunt, ut per aliquod temporis spatium in oratione persistant.[93]

39. *Viaticum.*

Communio ad modum Viatici suscepta tamquam peculiare signum habenda est participationis mysterii, quod in sacrificio Missae celebratur, mortis scilicet Domini eiusque transitus ad Patrem. In ea, fidelis, in suo transitu ex hac vita, corpore Christi roboratus, pignore resurrectionis munitur.

Quare fideles, in periculo mortis, quavis ex causa illud oritur, sacrae communionis recipiendae praecepto tenentur;[94] pastores vero advigilare debent ne huius Sacramenti ministratio differatur, sed eo fideles adhuc plene sui compotes reficiantur.[95]

Etiamsi eadem die fideles sacra communione fuerint refecti, valde tamen suadendum est, ut in vitae discrimine adducti denuo communicent.

40. *Communio eorum qui in ecclesiam convenire non possunt.*

Decet eos qui impediuntur ne celebrationi eucharisticae communitatis intersint, Eucharistia sedulo refici, et hoc modo etiam eidem communitati unitos et fratrum caritate suffultos se sentiant.

[92] Cfr. Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 8: *Denn.* 881 (1648).
[93] Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei : A. A. S.* 39 (1947) p. 566.
[94] Cfr. CIC, can. 864, 1.
[95] Cfr. CIC, can. 865.

Animarum pastores curent ut infirmis et aetate provectis, licet graviter non aegrotent neque mortis periculum eis immineat, frequenter, immo pro posse cotidie, praesertim tempore paschali, praebeatur copia Eucharistiam sumendi : quod fieri potest qualibet hora.

41. *Communio suo specie vini tantum.*

In casu necessitatis, et de iudicio Episcopi, licet Eucharistiam sub specie tantum vini iis ministrare, qui eam sub specie panis sumere nequeunt.

In hoc casu licet, de iudicio Ordinarii loci, Missam celebrare ad infirmum.

Si vero Missa ad infirmum non celebratur, sanguis Domini in calice debite cooperto et in tabernaculo reposito post Missam servetur ; ad infirmum vero ne deferatur, nisi in vasculo ita clauso, ut periculum effusionis omnino vitetur. In administrando autem Sacramento, singulis in casibus, aptior modus eligatur ex iis qui in distribuenda communione sub utraque specie proponuntur. Si, communione data, aliquid pretiosissimi sanguinis remanserit, a ministro sumatur, qui etiam debitas ablutiones perficiendas curet.

IV. *Eucharistiae celebratio in vita et ministerio Episcopi et presbyteri*

42. *Celebratio Eucharistiae in vita et ministerio Episcopi.*

Eucharistiae celebratio modo peculiari exprimit naturam publicam et socialem actionum liturgicarum Ecclesiae « quae est unitatis sacramentum, scilicet plebs sancta sub Episcopis adunata et ordinata ».[96]

Quare ((Episcopus, plenitudine sacramenti Ordinis insignitus, est oeconomus gratiae supremi sacerdotii, praesertim in Eucharistia, quam ipse offert vel offerri curat... Omnis autem legitima Eucharistiae celebratio dirigitur ab Episcopo, cui officium commissum est cultum christianae religionis divinae Maiestati deferendi atque administrandi secundum praecepta Domini et Ecclesiae leges, eius particulari iudicio ulterius pro dioecesi determinatas ».[97] In celebratione Eucharistiae

[96] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 26: *A. A. S.* 56 (1964) p. **107.**

[97] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 26: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 31-32.

cui, actuose participante tota plebe sancta Dei, praeest Episcopus suo presbyterio et ministris circumdatus, habetur praecipua manifestatio Ecclesiae [98] hierarchice constitutae.

43. *Consentaneum est ut proprio munere fungentes presbyteri Eucharistiae celebrationem participent.*

In celebratione Eucharistiae etiam presbyteri ob speciale sacramentum, scilicet Ordinem, delegantur ad munus sibi proprium. Nam et ipsi ((ut sacrorum ministri, praesertim in sacrificio Missae... personam specialiter gerunt Christi)).[99] Unde consentaneum est, ratione signi, ut, munere suo secundum proprium ordinem fungentes,[100] id est Missam celebrantes aut concelebrantes nec tantum laicorum more communicantes, Eucharistiam participent.

44. *Celebratio cotidiana Missae.*

« In mysterio Sacrificii eucharistici, in quo munus suum praecipuum sacerdotes adimplent, opus nostrae redemptionis continue exercetur, et ideo enixe commendatur eius celebratio cotidiana, quae quidem etiam si praesentia fidelium haberi non possit, actus est Christi et Ecclesiae » [101] in quo sacerdos semper agit pro salute populi.

45. *Normae Ecclesiae fideliter observandae sunt in Missae celebratione.*

Praesertim in Eucharistiae celebratione, praeter supremam Ecclesiae auctoritatem et, ad normam iuris, Episcopum et Conferentias Episcopales, nemini licet, ne sacerdoti quidem, quidquam proprio marte in Liturgia addere, demere aut mutare.[102] Quare presbyteris cordi sit ita Eucharistiae celebrationi praesidere ut fideles sciant se participare

[98] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111.

[99] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 13: *A. A. S.* 58 (1966) p. 1011; cfr. Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 33-36.

[100] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107.

[101] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 13: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1011-1012; cfr. Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei: A. A. S.* 57 (1965) p. 762.

[102] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 2L, *§ 3: A. A. S.* 56 (1964) p. 106.

non ritum privata auctoritate statutum,[103] sed cultum publicum Ecclesiae cuius moderatio Apostolis eorumque successoribus ab ipso Christo mandata est.

46. *utilitas pastoralis praeferenda in seligendis variis formis celebrationis.*

« Advigilandum est ut in actione liturgica non solum observentur leges ad validam et licitam celebrationem, sed ut fideles scienter, actuose et fructuose eandem participent ».[104] Unde sacerdotes, inter celebrationis formas a iure permissas, eas in singulis casibus eligere satagant quae fidelium necessitati vel utilitati eorumque participationi magis consulere videantur.

47. *Concelebratio.*

Per Eucharistiae concelebrationem unitas sacrificii et sacerdotii opportune manifestatur, atque quoties fideles actuose participant, unitas populi Dei singulari modo apparet,[105] praesertim si praeest Episcopus.[106]

Concelebratio insuper fraterna presbyterorum vincula significat et firmat, quia « vi communis sacrae ordinationis et missionis presbyteri omnes inter se intima fraternitate nectuntur ».[107]

Quare, nisi utilitas fidelium (quae sedula pastorali sollicitudine semper consideranda est) hoc impediat, et integra manente cuique sacerdoti facultate Missam singularem celebrandi, praestat sacerdotes illo praeclaro modo Eucharistiam celebrare cum in communitatibus sacerdotum tum in coetibus qui statutis temporibus congregantur aliisque

[103] Cfr. S. Thomas Aq., *Summa Theol.* IIª-IIªᵉ, q. 93, a. 1.

[104] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 11 : *A. A. S.* 56 (1964) pp. 102-103; cfr. etiam n. 48, ibid., p. 113.

[105] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 57: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 115-116; S. Congr. Rituum, Decretum generale *Ecclesiae semper,* 7 martii 1965 : *A. A. S.* 57 (1965) pp. 410-412.

[106] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 41 : *A. A. S.* 56 (1964) p. 111; Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 33-36 : Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 7 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1001-1003.

[107] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) p. 35; cfr. Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 8 : *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1003-1005.

similibus adiunctis. Qui in communi vivunt vel eidem ecclesiae deserviunt, peregrinos sacerdotes ad concelebrationem suam libenti animo invitent.

Hinc superiores competentes faciliorem reddant, immo foveant concelebrationem, quoties necessitas pastoralis vel alia rationabilis causa aliud non exigit.

Facultas concelebrandi spectat etiam ad Missas principales in ecclesiis et oratoriis publicis ac semipublicis seminariorum, collegiorum et institutorum ecclesiasticorum, necnon religionum ac societatum clericorum in communi viventium sine votis. Ubi tamen magnus habetur numerus sacerdotum, superior competens concedere potest ut concelebratio etiam pluries eodem die fiat, sed temporibus successivis, vel in locis sacris diversis.

48. *Confectio panis ad concelebrationem.*

Si pro concelebratione, ad normam Ritus servandi in concelebratione Missae, n. 17, hostia maioris dimensionis conficitur, curandum est ut, iuxta morem traditum, tali sit forma et aspectu quae tantum mysterium maxime deceant.

PARS III

De cultu sanctissimae Eucharistiae prout est Sacramentum permanens

I. *Fines asservationis Eucharistiae et oratio coram sanctissimo Sacramento*

49. *Fines asservationis Eucharistiae extra Missam.*

« Abs re non erit in mentem revocare primarium ac primigenium finem asservandarum in ecclesia sanctarum Specierum extra Missam esse administrationem Viatici; secundarios vero fines esse communionem diribendam extra Missam atque adorationem Domini nostri Iesu Christi sub eisdem Speciebus delitescentis ».[108] Etenim « sacrarum Spe-

[108] S. Congr. de Sacramentis, Instructio *Quam plurimum,* 1 oct. 1949: *A. A. S.* 41 (1949) pp. 509-510; cfr. Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 6: *Denz.* 879 (1645); S. Pius X, Decr. *Sacra Tridentina Synodus,* 20 dec. 1905: *Denz.* 1981 (3375).

dierum conservatio pro infirmis laudabilem induxit morem adorandi caelestem hanc dapem quae in templis reponitur. Qui quidem adorationis cultus valida firmaque ratione nititur »,[109] maxime quia fides in praesentiam realem Domini connaturaliter ad eiusdem fidei externam et publicam manifestationem conducit.

50. *Oratio coram sanctissimo Sacramento.*

Fideles vero, cum Christum in Sacramento praesentem colunt, meminerint hanc praesentiam a Sacrificio derivari atque ad communionem sacramentalem simul et spiritualem tendere.

Pietas ergo quae fideles impellit ut ad sanctam Eucharistiam se conferant, eos allicit ut mysterium paschale penitus participent et grato animo respondeant dono ipsius, qui per humanitatem suam continenter vitam divinam in membra Corporis sui infundit.[110] Apud Christum Dominum commorantes intima fruuntur familiaritate eius, atque coram eo cor effundunt pro se suisque omnibus, pro pace ac salute mundi orant. Cum Christo totam suam vitam Patri in Spiritu Sancto offerentes ex illo admirabili commercio hauriunt fidei, spei et caritatis augmentum. Sic ergo illas rectas dispositiones aiunt quibus, qua par est devotione, memoriale Domini celebrare et panem illum nobis a Patre datum frequenter suscipere possint.

Studeant igitur fideles ut iuxta propriam vitae rationem Christum Dominum in Sacramento colant. Pastores vero in hoc eos exemplo ducant et verbis hortentur.[111]

51. *Accessus ad ecclesias facilis pateat fidelibus.*

Curent pastores ut omnes ecclesiae et oratoria publica, ubi sanctissima Eucharistia asservatur, saltem per plures horas tum mane tum sero pateant, ut facile coram sanctissimo Sacramento fideles precari valeant.

II. *De loco sanctissimae Eucharistiae asservandae*

52. *Tabernaculum.*

Ubi sanctissima Eucharistia ad normam iuris asservari potest, continenter seu habitualiter custodiri nequit nisi in uno tantum eiusdem

[109] Pius **XII**, Litt. Encycl. *Mediator Bei: A. A. S.* 39 (1947) p. 569.

[110] Cfr. Conc. Vat. **II**, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 5 : *A.* A. *S.* 58 (1966) pp. 997-999.

[111] Cfr. ibid., n. 18: A. A. *S.* 58 (1966) pp. 1018-1019.

ecclesiae altari seu loco.[112] Quare, de more, in singulis ecclesiis unicum tabernaculum habeatur. Illud vero solidum et inviolabile esse debet.[113]

53. *Sacellum pro asservatione sanctissimi Sacramenti.*

Locus ecclesiae vel oratorii quo Eucharistia in tabernaculo asservatur sit vere praecellens. Convenit ut sit simul idoneus precationi privatae, ita ut fideles facile et fructuose etiam privato cultu Dominum in Sacramento honorare non desinant.[114] Quare commendatur ut tabernaculum, quantum fieri potest, ponatur in sacello a media centrali aula ecclesiae seiuncto, praesertim in illis ecclesiis ubi matrimonia aut funera frequentius occurrunt, et in locis quae a multis ob thesauros artis et historiae invisuntur.

54. *Tabernaculum in medio altaris aut in alia ecclesiae parte.*

((Sanctissima Eucharistia asservetur in tabernaculo solido atque inviolabili in medio altaris maioris vel minoris, sed vere praecellentis, posito, aut, iuxta legitimas consuetudines et in casibus particularibus ab Ordinario loci probandis, etiam in alia ecclesiae parte vere pernobili et rite ornata.

Licet Missam versus populum celebrare etiam si in altari exstat tabernaculum, parvum quidem, sed aptum ».[115]

55. *Tabernaculum in altari ubi celebratur Missa cum frequentia populi.*

In celebratione Missae praecipui illi modi quibus Christus adest Ecclesiae suae[116] successive clarescunt, quatenus primo praesens apparet in ipso coetu fidelium, in suo nomine congregato; deinde vero in verbo suo, cum Scriptura legitur et explanatur; necnon in per-

[112] Cfr. CIC, can. 1268, § 1.

[113] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Inter Oecumenici,* 26 sept. 1964, n. 95: *A. A. S.* 56 (1964) p. 898 ; S. Congr. de Sacramentis, Instructio *Nullo umquam tempore,* 28 maii 1938, n. 4 : *A. A. S.* 30 (1938) pp. 199-200.

[114] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis,* n. 18: A. A. S. 58 (1966) pp. 1018-1019; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei:* A. A. *S.* 57 (1965), p. 771.

[115] S. Congr. Rituum, Instructio *Inter Oecumenici,* 26 sept. 1964, n. 95 : A. A. *S.* 56 (1964) p. 898.

[116] Cfr. supra n. 9.

sona ministri; demum modo singulari sub speciebus eucharisticis. Unde, ratione signi, magis congruit naturae sacrae celebrationis ut in altari ubi Missa celebratur praesentia eucharistica Christi, quae fructus est consecrationis et ut talis apparere debet, non adsit, quantum fieri potest, iam ab initio Missae per asservationem sanctarum Specierum in tabernaculo.

56. *Tabernaculum in aedificatione novarum ecclesiarum et in accommodatione ecclesiarum et altarium iam exstantium.*

Decet ut principia in numeris 52 et 54 statuta probe prae oculis habeantur in aedificatione ecclesiarum novarum.

Accommodationes vero ecclesiarum aut altarium iam exstantium fieri non debent nisi ad normam n. 24 huius Instructionis.

57. *Modus indicandi praesentiam sanctissimi Sacramenti in tabernaculo.*

Attendendum est ut praesentia sanctissimae Eucharistiae in tabernaculo significetur fidelibus conopaeo vel alio medio apto a competenti auctoritate definito.

Secundum traditam consuetudinem, ut signum honoris qui Domino adhibetur, lampas iuxta tabernaculum perenniter ardeat.[117]

III. *De piis sacrisque exercitiis eucharisticis*

58. Devotio tam privata quam publica erga altaris Sacramentum etiam extra Missam, secundum normas a legitima auctoritate et in praesenti Instructione statutas, enixe ab Ecclesia commendatur, cum Sacrificium eucharisticum totius vitae christianae fons et culmen sit.[118]

In huiusmodi piis sacrisque exercitiis ordinandis, attendendae sunt normae a Concilio Vaticano II statutae de ratione servanda inter Liturgiam et alias sacras actiones, quae ad eam non pertinent. Peculiari autem modo attendatur norma quae statuit : « ratione habita temporum liturgicorum, eadem exercitia ordinentur oportet, ut sacrae Liturgiae congruant, ab ea quodammodo deriventur et ad eam populum manuducant, utpote quae natura sua iisdem longe antecellat ».[119]

[117] Cfr. CIC, can. 1271.

[118] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 11: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 15-16.

[119] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 13: *A. A. S.* 56 (1964) p. 103.

IV. *De processionibus eucharisticis*

59. Populus christianus, in processionibus quibus Eucharistia per vias sollemni ritu cum cantu circumfertur, praesertim in festo Corporis Christi, publicum testimonium fidei et pietatis praebet erga hoc Sacramentum.

Ordinarii tamen loci est iudicare cum de opportunitate, in hodiernis rerum adiunctis, tum de loco et de ordinatione huiusmodi processionum, ut cum dignitate et sine damno reverentiae sanctissimo huic Sacramento debitae peragantur.

V. *De sanctissimae Eucharistiae expositione*

60. Expositio sanctissimae Eucharistiae, sive cum pyxide sive cum ostensorio, mentem fidelium ad agnoscendam in ea miram Christi praesentiam pertrahit, et ad cordis communionem cum illo invitat. Quare, cultum ipsi in spiritu et veritate debitum, optime fovet.

Attendendum est ut, in huiusmodi expositionibus, cultus sanctissimi Sacramenti in sua ratione, quae cum Missa intercedit, in signis eluceat. Expedit proinde, quando expositio sollemnior est et protrahitur, ut fiat in fine Missae in qua hostia adorationi exponenda consecretur. Ipsa Missa terminetur *Benedicamus Domino,* omissa benedictione. In apparatu expositionis [120] ea omnia sedulo vitentur, quae aliquo modo obscurare possint desiderium Christi, qui sanctissimam Eucharistiam praecipue instituit ut nobis praesto sit in cibum, remedium et levamen.[121]

61. *Celebratio Missae coram sanctissimo Sacramento exposito prohibetur.*

Celebratio Missae, perdurante expositione sanctissimi Sacramenti, in eadem aula ecclesiae prohibetur, concessionibus aut traditionibus contrariis hucusque vigentibus non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Nam, praeter rationes in n. 55 huius Instructionis allatas, celebratio mysterii eucharistici modo perfectiore includit illam communionem

[120] Cfr. infra n. 62.

[121] Cfr. S. Pius X, Decr. Sacra *Tridentina Synodus,* 20 dec. 1905: *Denz.* 1981 (8375).

internam ad quam expositio intendit fideles adducere, et ideo tali subsidio non indiget.

Si expositio sanctissimi Sacramenti per unum vel plures dies subsequentes protrahitur, ipsa intermittenda est durante Missae celebratione, nisi forte in sacello ab aula expositionis separato Missa celebretur et aliqui saltem fideles in adoratione remaneant.

Sicubi ex interruptione antiquae consuetudinis contrariae admiratio fidelium oriatur, Ordinarius loci congruum statuat tempus, attamen non nimis longum, quo fideles doceantur, antequam norma ad usum deducatur.

62. *Quomodo ordinandus sit ritus expositionis.*

Si expositio brevis est, pyxis vel ostensorium ponantur super mensam altaris ; si vero per longius tempus protrahitur, thronus adhiberi potest, in eminentiori loco positus ; at caveatur ne sit nimis elevatus ac distans.

Durante expositione, omnia componenda sunt ut fideles orationi intenti, Christo Domino vacent.

Ad intimam orationem alendam, admittuntur lectiones ex sacra Scriptura cum homilia, aut breves exhortationes, quae ad meliorem aestimationem mysterii eucharistici inducant. Decet etiam fideles verbo Dei respondere cantando. Expedit ut aptis momentis sacrum silentium habeatur.

In fine expositionis impertitur benedictio cum sanctissimo Sacramento.

Si lingua vulgaris adhibetur, loco hymni *Tantum ergo*, ante benedictionem cantandi, adhiberi potest, de iudicio Conferentiae Episcopalis, alius cantus eucharisticus.

63. *Expositio sollemnior quotannis facta.*

In ecclesiis, in quibus Eucharistia habitualiter asservatur, quotannis fieri potest sollemnis sanctissimi Sacramenti expositio per aliquod tempus protracta, etsi non stricte continua, ut communitas localis hoc mysterium impensius meditetur et adoret.

Huiusmodi tamen expositio fiat tantum si congruus praevidetur fidelium concursus, de consensu Ordinarii loci et iuxta normas statutas.

64. *Expositio protracta.*

Pro gravi autem et generali aliqua necessitate, ab Ordinario loci imperari potest supplicatio coram sanctissimo Sacramento exposito per longius tempus protracta (quae potest esse stricte continua), in iis ecclesiis facienda, ad quas fideles frequentiores concurrunt.

65. *Interruptio expositionis.*

Ubi, deficiente congrua copia adoratorum, expositio sine intermissione fieri nequit, sanctissimum Sacramentum in tabernaculo recondere licet, horis antea statutis et pervulgatis, non tamen saepius quam bis in die, exempli gratia circa meridiem et nocturno tempore.

Haec autem repositio simpliciori modo et sine cantu fieri potest : sacerdos nempe, superpelliceo et stola indutus, post brevem adorationem sanctissimum Sacramentum in tabernaculo reponit. Simili modo, tempore statuto, fit denuo expositio : qua peracta, sacerdos, post brevem adorationem, recedit.

66. *Expositiones breves.*

Etiam breves sanctissimi Sacramenti expositiones, iuxta normas iuris habendae, ita ordinandae sunt ut in eis, ante benedictionem cum sanctissimo Sacramento, pro opportunitate congruum tempus tribuatur lectionibus verbi Dei, canticis, precibus et orationi aliquamdiu in silentio protractae.

Curent Ordinarii locorum ut huiusmodi expositiones sanctissimi Sacramenti semper et ubique debita cum reverentia fiant.

Expositio, quae unice fiat ad benedictionem post Missam impertiendam, prohibetur.

VI. ***De congressibus eucharisticis***

67. In congressibus eucharisticis, christifideles hoc sacrosanctum mysterium variis eius rationibus prae oculis habitis (cfr. n. 3 huius Instructionis), animo penitius cognoscere studeant. Illud autem celebrent secundum normas Concilii Vaticani II, ac venerentur oratione privatim protracta et piis exercitiis, praesertim in sollemniori procès-

sione, ita tamen ut omnes pietatis formae in sollemni celebratione Missae fastigium consequantur.

Perdurante conventu eucharistico totius saltem regionis, convenit ut aliquae ecclesiae adorationi continuae reserventur.

Praesentem Instructionem Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in Audientia Emo Arcadio M. Card. Larraona, huius Sacrae Congregationis Praefecto, die 13 aprilis 1967 concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit, pariter statuens ut a die 15 augusti 1967, festo Assumptionis beatae Mariae Virginis, vigere incipiat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 25 maii 1967, in festo Ssrñi Corporis Christi.

IACOBUS Card. LERCARO
Archiepiscopus Bononiensis
Praeses Consilii ad exsequendam
Constitutionem de sacra Liturgia

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S. R. C. Praefectus

© Ferdinandus Antonelli
Archiep. tit. Idicren.
S. R. C. a Secretis

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIATUS
AD CHRISTIANORUM UNITATEM FOVENDAM

DIRECTORIUM
ad ea quae a Concilio Vaticano Secundo de re oecumenica promulgata sunt exsequenda

PARS PRIMA

PROOEMIUM

1. «Ad totam Ecclesiam sollicitudo unionis instaurandae spectat, tam ad fideles quam ad pastores et unumquemque secundum propriam virtutem afficit » (Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio,* n. 5). Ad hanc sollicitudinem promovendam et recte ordinandam, Directorium de re oecumenica editur, quo melius in tota Ecclesia catholica in praxim deduci possint ea quae in decretis Concilii Vaticani II hac de re promulgata sunt. Haec autem omnia in sensu Ecclesiae fideliter exsequenda sunt. « Actio enim oecumenica non potest esse nisi plene sincereque catholica, fidelis nempe veritati, quam ab Apostolis et Patribus accepimus, et consentanea fidei, quam Ecclesia catholica semper professa est, ac simul in eam plenitudinem tendens, qua Dominus decursu temporum Corpus Suum vult augeatur » *(ibidem,* n. 24).

2. Apostolicae igitur Sedis atque Episcoporum est, servatis Patriarcharum cum eorum synodis iuribus et consideratis omnibus rerum adiunctis, decernere de ipso modo agendi in rebus oecumenicis, ut in decreto *De Oecumenismo* passim affirmatur.[1] In his quidem rebus ser-

[1] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 4 ; n. 8; n. 9.

vanda est debita prudentia ne ipse motus oecumenicus damnum capiat neque fideles ob periculum falsi irenismi vel indifferentismi detrimentum patiantur. Quae pastoralis prudentia eo magis efficax redditur quo plenior et solidior institutio fidelium in doctrina et authentica traditione tum Ecclesiae catholicae tum Ecclesiarum Communitatumque ab ea seiunctarum evadit. Pericula enim et damna, quae oriri possunt, vitantur facilius per hanc rectam cognitionem doctrinarum et traditionum quam per quandam ignorantiam, saepe innixam falso timore earum accommodationum quae, ad mentem et secundum decreta Concilii Vaticani II, ad omnem veram renovationem Ecclesiae necessariae sunt.

Motus oecumenicus nempe ab illa renovatione incipit qua Ecclesia plenius et perfectius veritatem et sanctitatem a Christo Domino traditas exprimit. Hanc renovationem in veritate et caritate unusquisque fidelis ut membrum Ecclesiae participare debet ita ut fide, spe et caritate crescat ac per propriam vitam christianam in Ecclesia testimonium reddat Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Cum autem hic motus a Spiritu Sancto excitatus sit,[2] ea quae hic sequuntur eo fine eoque modo proponuntur, ut in decreto *De Oecumenismo* ad effectum deducendo Episcopis inserviant, neque ((Providentiae viis ullum ponatur obstaculum et futuris Spiritus Sancti impulsionibus praeiudicetur » *{ibidem,* n. 24).

I. De *Commissionibus Oecumenicis instituendis*

A) *De Commissione dioecesana*

3. Peropportunum esse videtur, ut in pluribus dioecesibus una simul sumptis, vel, si rerum adiunctis suadetur, etiam in unaquaque dioecesi, consilium seu commissio seu secretariatus instituatur qui de mandato Conferentiae Episcopalis vel Ordinarii loci rei oecumenicae provehendae operam navet. In iis autem dioecesibus, quae propriam commissionem habere non possunt, unus saltem adsit pro his negotiis ab Episcopo delegatus.

4. Huiusmodi commissio mutuae excolat necessitudinis rationes cum institutis operibusque oecumenicis vel iam existentibus vel erigendis eorumque auxilio pro opportunitate utatur necnon aliis in dioecesi ope-

[2] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 4.

ribus et inceptis singulorum sedulo inserviat, ita ut mutuo de rebus se certiores reddant et condocefaciant. Quae omnia ita agantur, ut cum rationibus et normis generalibus nunc bac in re vigentibus congruant.

5. Inter huius commissionis membra, praeter clerum dioecesanum, religiosi et religiosae necnon laici idonei utriusque sexus pro opportunitate asciscantur, ut sollicitudo unitatis instaurandae, quae ad totam Ecclesiam spectat, clarius demonstretur, foveaturque efficacius.

6. Huius commissionis, praeter alia munera ipsi mandata, est :

a) Decisiones Concilii Vaticani II de re oecumenica ad effectum deducere pro hominum rerumque adiunctis.

b) Oecumenismum spiritualem fovere secundum ea, quae in decreto *De Oecumenismo,* praesertim ad n. 8, continentur circa orationem publicam et privatam ad Christianorum unitatem impetrandam.

c) Mutuae benevolentiae ac necessitudinis rationes necnon caritatem inter Catholicos et Fratres ab eorum communione seiunctos promovere.

d) Colloquium seu dialogum cum illis instaurandum curare eique moderari, quatenus variis modis pro colloquentium inter se condicione instituatur oportet ad normam nn. 9 et 11 decreti *De Oecumenismo.*

e) Una cum Fratribus seiunctis promovere commune testimonium fidei christianae necnon mutuam operam, veluti in educatione, ratione morali, re sociali, cultu humano, doctrinis et artibus, ad normam n. 12 decreti *De Oecumenismo.*[3]

f) Constituere peritos ad consilia et consultationes cum Ecclesiis vel Communitatibus seiunctis, intra dioeceseos fines existentibus, ineunda.

g) Auxilia praebere vel suasiones proponere ad institutionem et educationem tam clericorum quam laicorum efficiendam et ad vitam oecumenico sensu degendam, quas inter res plurimum tribuendum est formationi Sacrorum alumnorum in seminariis, praedicationi verbi Dei, catechesi, aliisque institutionibus, de quibus agitur in decreto *De Oecumenismo* ad n. 10.

h) Curare rationes cum commissione oecumenica territoriali intercedentes, de qua infra sermo fiet, et cuius consilia et suggestiones ad

[3] Cfr. etiam Decretum de activitate missionali Ecclesiae, *Ad Gentes divinitus,* n. 15.

dioeceseos proprias condiciones applicentur. Insuper, si rerum adiuncta id suadeant, nuntia utilia Romam ad *Secretariatum ad Christianorum Unitatem Fovendam* mittantur, quibus hic in obeundis muneribus ad rem pertinentibus possit adiuvari.

B) *De territoriali Commissione*

7. Ab unoquoque Coetu seu Conferentia Episcoporum[4] unius vel — si rerum adiuncta id suadeant — etiam plurium nationum secundum propria statuta pro opportunitate instituatur commissio episcoporum de re oecumenica quae peritos assumat et quae, de mandato Coetus Episcoporum huiusmodi territorii, rebus oecumenicis curas impendat atque decernat de modo certo ac definito agendi, attentis omnibus adiunctis temporum, locorum et personarum, ad normam decreti *De Oecumenismo* et aliarum ordinationum legitimarumque consuetudinum, ratione habita boni Ecclesiae universalis. Huic commissioni pro opportunitate adiumento sit secretariatus stabilis.

8. Huius commissionis cura ea omnia complectitur, quae supra ad n. 6 indicata sunt, quatenus pertinent ad munera Coetus Episcoporum 'territorialis.

Praeterea curam habeat de aliis operibus, quorum hic nonnulla exempla afferuntur :

a) Exsecutio normarum et instructionum a Sede Apostolica de hac re editarum vel edendarum.

b) Consilia et adiumenta episcopis danda, qui in propria dioecesi commissioni de re oecumenica instituendae operam navant.

c) Adiutorium tam spirituale quam materiale, pro rerum adiunctis, praebendum sive institutis iam existentibus sive inceptis oecumenicis excitandis quae vel ad doctrinam excolendam studiaque exercenda spectant vel curae animarum vitaeque christianae provehendae dedita sunt, iuxta normas ad nn. 9, 10 et 11 decreti *De Oecumenismo* prolatas.

d) Dialogus et consultatio instituenda cum moderatoribus et consiliis oecumenicis Ecclesiarum vel Communitatum seiunctarum, quae extra singularum dioecesium fines sed intra terminos unius alicuius nationis vel territorii existunt.

[4] Quae dicuntur in hoc Directorio de Conferentiis episcopalibus pertinent etiam, servatis de iure servandis, ad Synodos patriarchales et Synodos Archiepiscoporum Maiorum in Ecclesiis catholicis orientalibus.

e) Designatio eorum peritorum, qui publico mandato ecclesiastico ad colloquia et consilia cum peritis illarum Communitatum deputantur, de quibus sub littera *d)* agitur.

/) Institutio specialis subcommissionis pro rebus oecumenicis quae ad Orientales spectant, si rerum adiuncta id postulent.

g) Rationes quae hierarchiae unius alicuius territorii cum Apo stolica Sede intercedunt.

II. ***De baptismi validitate a ministris Ecclesiarum et ecclesialium Communitatum a nobis seiunctorum collati***

9. Praxis Ecclesiae hac in re duobus regitur principiis, nempe baptismum ad salutem necessarium esse, eumque semel tantum conferri posse.

10. Momentum sacramenti baptismi in re oecumenica documentis Concilii Vaticani II illustratur : « Ipse (Iesus Christus) autem necessitatem fidei et baptismi expressis verbis inculcando (cfr. *Marc.* 16, 16 ; *Io.* 3, 5), necessitatem Ecclesiae, in quam homines per baptismum tamquam per ianuam intrant, simul confirmavit)) (Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium,* n. 14).

« Cum illis qui, baptizati, christiano nomine decorantur integram autem fidem non profitentur vel unitatem communionis sub Successore Petri non servant, Ecclesia semetipsam novit plures ob rationes coniunctam » *(ibidem,* n. 15).

« Hi enim qui in Christum credunt et baptismum rite receperunt, in quadam cum Ecclesia catholica communione, etsi non perfecta, constituuntur ... Iustificati ex fide in baptismate Christo incorporantur, ideoque christiano nomine iure decorantur et a filiis Ecclesiae catholicae ut fratres in Domino merito agnoscuntur » *(De Oecumenismo,* n. 3).

« Ex altera parte necessarium est Catholicos cum gaudio agnoscere et aestimare bona vere christiana, a communi patrimonio promanantia, quae apud fratres a nobis seiunctos inveniuntur » *(ibidem,* n. 4).

11. Consequens inde est baptismum esse vinculum unitatis sacramentale, immo et fundamentum communionis inter omnes Christianos. Quapropter et dignitas et modus conferendi eum res est summi momenti pro cunctis Christi discipulis. Tamen recta aestimatio huius sacramenti et mutua acceptio baptismi collati in Communitatibus quandoque impe-

diuntur propter prudens dubium circa baptismum in certo ac definito casu collatum. Ut vitentur difficultates cum Christianus aliquis a nobis seiunctus, Spiritus Sancti gratia et impulsione conscientiae suae inductus, plenam communionem cum Ecclesia catholica petit, quaedam normae proponuntur.

12. Baptismi apud Christianos orientales seiunctos collati validitas in dubium vocari nequit.[5] Sufficit ergo ut de eius facto constet. Cum in Ecclesiis Orientis sacramentum Confirmationis (Chrismatis) semper legitime a sacerdote simul administretur una cum baptismo, frequenter accidit ut nulla mentio de hoc sacramento fiat in canonico testimonio ipsius baptismi ; exinde non constat dubium de facto collationis exoriri.

13. Quod ad alios Christianos attinet, quandoque dubium oriri potest.

a) *Quoad materiam et formam.* Baptismus collatus ritu immersionis vel infusionis vel aspersionis cum formula trinitaria per se est validus.[6] Si ergo libri rituales et liturgici vel consuetudines alicuius Ecclesiae vel Communitatis religiosae unum ex his modis baptizandi imponunt, ratio dubitandi oriri potest tantum ex facto quo contingat ut minister normis propriae Communitatis non obsequatur. Requiritur igitur et sufficit testimonium de fidelitate ministri baptizantis erga normas propriae Communitatis vel Ecclesiae.

Ad illud exquirendum generatim oportet obtinere testimonium scriptum baptismale cum nomine baptizantis. Plerumque fieri poterit, ut cooperatio Communitatis seiunctae impetretur ad statuendum in genere vel in particulari, utrum minister reapse secundum libros approbatos baptismum contulisse putandus sit.

b) *Quoad fidem et intentionem.* Quia autem quidam censent insufficientem fidem vel intentionem ministri dubium de baptismo inicere posse, haec sunt animadvertenda :

— Fides insufficiens ministri numquam ex se ipsa invalidum reddit baptismum.

— Praesumenda est intentio sufficiens in ministro qui baptismum contulit, nisi de eius intentione faciendi quod faciunt Christiani seria ratio dubitandi adsit.[7]

[5] Relate ad omnes Christianos ratio habenda est de periculo invaliditatis baptismi collati per aspersionem, praesertim collectivam.

[6] Cfr. *C. I. C,* can. 758.

[7] Cfr. *Resp. S. Officii,* diei 30 ian. 1833: «Sufficit facere quod faciunt Christiani»; S. C. Conc. Decr. approb. a Pio V, die 19 iun. 1570, cit. a Conc. Prov. Ebroicen. 1576.

c) *Quoad applicationem materiae.* In casibus in quibus dubium de materiae applicatione oritur, reverentia erga sacramentum necnon observantia erga naturam ecclesialem Communitatum seiunctarum postulant ut inquisitio seria de praxi Communitatis et de adiunctis ipsius baptismi instituatur, antequam iudicium de invaliditate sacramenti propter modum collationis proferatur.[8]

14. Probari non potest usus indiscriminatim baptizandi sub condicione omnes qui plenam communionem cum Ecclesia catholica desiderant. Sacramentum enim baptismi iterari nequit[9] ideoque baptismum sub condicione iterum conferri non permittitur nisi adsit prudens dubium de facto vel de validitate baptismi iam collati.[10]

15. Quodsi, seria investigatione de collato baptismo rite peracta, ob prudens dubium necessarium est baptismum sub condicione iterum conferre, ut debita ratio doctrinae, ex qua baptismus unicus est, habeatur : *a)* minister opportune explicet et rationes propter quas baptismus, hoc in casu, sub condicione conferatur et significationem ipsius ritus baptismi sub condicione conferendi; *b)* et illum in forma privata[11] conferat.

16. Tota quaestio de baptismi theologia et praxi in dialogo inter Ecclesiam catholicam et Ecclesias seu Communitates seiunctas proponatur. Suadetur ut huiusmodi disputatio a commissionibus de re oecumenica cum Ecclesiis vel Consiliis Ecclesiarum variis in regionibus habeatur et, ubi fieri expedit, de modo in hac re agendi inter utrasque partes conveniat.

17. Pro reverentia erga sacramentum initiationis quod Dominus pro Novo Foedere instituit, et ut requisita ad illud rite conferendum melius in luce ponantur, maxime optandum est ne dialogus cum Fratribus seiunctis ad solam quaestionem de elementis ad validitatem baptismi absolute necessariis restringatur. Attendendum est insuper ad plenitudinem signi sacramentalis realitatisque significatae (seu « rei sacramenti »), prout ex Novo Testamento eruitur, quo facilius conventio inter Ecclesias ineatur circa agnitionem mutuam baptismi.

[8] Cfr. *C. I. C,* can. 737, § 1.
[9] Cfr. *C. I. C,* can. 732, § 1.
[10] Cfr. *Conc. Trid.,* s. VII, can. 4; *C. I. C,* can. 732, § 2.
[11] Cfr. *C. I. C,* can. 737, § 2.

18. Aequa aestimatio baptismi collati a ministris Ecclesiarum et Communitatum ecclesialium a nobis seiunctarum momentum oecumenicum secumfert; ex bac aestimatione baptismus vere manifestatur ut « vinculum unitatis sacramentale vigens inter omnes qui per illum regenerati sunt » *(De Oecumenismo,* n. 22).[12] Ideo sperandum est fore ut omnes Christiani maiore in dies cum reverentia et fidelitate erga Domini institutionem de illius celebratione curent.

19. Iuxta rationem decreti *De Oecumenismo* fratres extra communionem Ecclesiae catholicae visibilem nati et baptizati sedulo distingui debent ab iis qui, in Ecclesia catholica quidem baptizati, eius fidem scienter et publice eiuraverunt. Secundum decretum enim, « qui nunc in talibus Communitatibus (seiunctis) nascuntur et fide Christi imbuuntur, de separationis peccato argui nequeunt » *(ibidem,* n. 3) ; quamobrem, absente tali culpa, si fidem catholicam sua sponte suscipere volunt, a poena excommunicationis absolvi non indigent, sed professione fidei facta, secundum normas ab Ordinario loci statutas, in plenam communionem Ecclesiae catholicae admittantur. Praescriptiones vero can. 2314 ad eos solummodo pertinent, si casus ferat, qui postquam a fide vel communione catholica culpabiliter defecerunt, cum matre Ecclesia reconciliari contriti postulant.

20. Quod de absolutione a censuris modo dictum est, id etiam de abiuratione haereseos ob eandem rationem affirmandum esse patet.

III. *De Oecumenismo spirituali in Ecclesia Catholica promovendo*

21. «Cordis conversio vitaeque sanctitas, una cum privatis et publicis supplicationibus pro Christianorum unitate, tamquam anima totius motus oecumenici existimanda sunt et merito oecumenismus spiritualis nuncupari possunt » *(De Oecumenismo,* n. 8).

His paucis verbis, decretum *De Oecumenismo* oecumenismum spiritualem definit eiusque momento insistit, ita ut Christiani, tam in precibus fundendis quam in celebratione Eucharistiae, immo in tota vita quotidiana unitatis intentionem assidue prae oculis habeant.

[12] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* n. 15; cfr. etiam Relatio Commissionis mixtae inter Ecclesiam Catholicam Romanam et Consilium Oecumenicum Ecclesiarum *(L'Oss. Rom.,* 20 februarii 1966, p. 7); Relatio quarti Conventus Internationalis «Faith and Order», Montreal 1963, nn. 111, 113 et 154.

Unusquisque Christianus enim semper et ubique in hoc motu oecumenico partem iam habet, etsi inter Fratres seiunctos non vivit, instaurando totam vitam christianam secundum spiritum Evangelii a Concilio Vaticano Secundo inculcatum, nihil excludendo a communi christiano patrimonio.[13]

22. Supplicationes autem pro unitate decet iterari temporibus peculiaribus, veluti :

a) hebdomada a die 18 usque ad diem 25 ianuarii, hebdomada precum pro Christianorum unitate appellata, qua frequenter plurimae Ecclesiae et Communitates ecclesiales coniunctim pro unitate ad Deum preces fundunt ;

o) diebus ab Ascensione Domini usque ad Pentecosten, quibus memoria agitur Hierosolomytanae Communitatis adventum implorantis atque exspectantis Spiritus Sancti, qui ipsam in unitate et munere universali confirmet.

Insuper, exempli gratia :

a) diebus circa Epiphaniam quibus Christi in mundo manifestatio necnon connexio inter Ecclesiae munus eiusque unitatem commemorantur ;

o) feria quinta Hebdomadae Sanctae, qua commemorantur institutio Eucharistiae, sacramenti unitatis, et Iesu Christi Salvatoris pro Ecclesia eiusque unitate oratio in Cenáculo;

c) feria sexta Hebdomadae Sanctae, vel in festo Exaltationis Sanctae Crucis quo commemoratur mysterium crucis, qua filii Dei dispersi congregantur;

d) sollemnibus Festis Paschalibus, quibus omnes Christiani gaudio Resurrectionis Domini inter se consociantur;

e) occasione data conventuum vel aliorum maioris momenti eventuum quos oecumenismus forte suscitaverit, aut qui ad oecumenicas rationes vim peculiarem habere possint.

23. ((Sollemne est Catholicis frequenter ad illam orationem convenire pro Ecclesiae unitate, quam Salvator Ipse in pervigilio mortis a Patre flagranter precatus est : " Ut omnes unum sint " » *(De Oecumenismo,* n. 8).

[13] Cfr. Decr. de Oecumenismo, n. 6; Decr. *Ad Gentes divinitus,* n. 36.

Itaque congruenter illi orationi a Christo in ultima Cena prolatae oratio pro unitate ab omnibus fiat, ut Christiani omnes accedant « ad illam plenitudinem unitatis quam Iesus Christus vult)) *(ibidem,* n. 4).

24. Pastores curent, ut fidelium catholicorum coetus ad preces pro unitate fundendas secundum varia adiuncta locorum et personarum disponantur. Cum autem Sacra Eucharistia mirabile sacramentum sit ((quo unitas Ecclesiae et significatur et efficitur » *(De Oecumenismo,* n. 2), multum interest, fidelibus momentum eius in memoriam revocare et preces publicas pro unitate Christianorum intra Sacram Synaxim (e. g. in Oratione Fidelium vel in litaniis quae Exteniae vocantur), nec non celebrationem Missae votivae « pro Ecclesiae unitate » commendare. Insuper, in ritibus quibus peculiaria impetrationis officia liturgica, veluti supplicationes « Litia » et « Moleben » appellatae hisque similia continentur, haec etiam pro unitate Christianorum celebrari decet.

IV. *De communicatione in spiritualibus cum fratribus seiunctis*

A) *Prooemium*

25. Ad redintegrationem unitatis inter omnes Christianos fovendam non sufficit ut Christiani inter se fraternam caritatem exerceant in quotidiano vitae commercio. Decet quoque quandam communicationem in spiritualibus permitti seu Christianos communem partem habere illorum bonorum spiritualium quae ipsis communia sunt, idque eo modo et ratione quae in prasenti divisionis statu licita esse possunt. Ex elementis enim seu bonis, « quibus simul sumptis ipsa Ecclesia aedificatur et vivificatur, quaedam immo plurima et eximia exstare possunt extra visibilia Ecclesiae catholicae saepta » *(De Oecumenismo,* n. 3). Haec elementa, « quae a Christo proveniunt et ad Ipsum conducunt, ad unicam Christi Ecclesiam iure pertinent)) *(ibidem)* atque apte conferre possunt ad gratiam unitatis impetrandam et ad vincula quibus Catholici cum Fratribus seiunctis adhuc coniunguntur significanda et fovenda.

26. Cum autem haec bona spiritualia diversimode in variis Christianorum Coetibus inveniantur, communicatio in spiritualibus ex hac ipsa diversitate pendet et secundum personarum, Ecclesiarum et Communitatum condiciones de ea variis modis tractandum est. Ad eam igitur moderandam, ea quae sequuntur, pro praesenti statu rerum, proponuntur.

27. Attendenda est quaedam legitima ratio vicissim res praestandi (((reciprocitas »), ita ut, cum mutua benevolentia et caritate, communicatio in spiritualibus, etiamsi arctioribus finibus circumscripta, ad sanam progressionem concordiae inter Christianos conferat. Dialogi igitur et consultationes hac de re inter auctoritates catholicas, locales necnon territoriales, et auctoritates aliarum Communionum valde commendantur.

28. Ubi autem haec reciprocitas et mutua comprehensio difficiliores redduntur eo quod in aliquibus locis et circa quasdam Communitates, sectas et personas, motus oecumenicus et desiderium pacis cum Ecclesia catholica nondum invaluerint,[14] Ordinarius loci vel, si casus ferat, Conferentia episcopalis vias aptas indicet ut periculum indifferentismi vel proselytismi [15] inter fideles suos, his in rerum adiunctis, vitetur. Optandum tamen est ut, per gratiam Spiritus Sancti et prudentem curam pastoralem Ordinariorum, sensus oecumenicus et mutua aestimatio tum apud fideles catholicos tum apud fratres seiunctos ita crescant ut necessitas huiusmodi normarum peculiarium paulatim evanescat.

29. Nomine communicationis in spiritualibus intelleguntur omnes precationes communiter faciendae, usus communis rerum vel locorum sacrorum, et omnis communicatio in sacris quae proprie vereque dicitur.

30. Communicatio in sacris habetur cum quis quemlibet cultum liturgicum vel etiam sacramenta alicuius Ecclesiae vel Communitatis ecclesialis participat.

31. Voce « cultus liturgici)) intellegitur cultus ordinatus secundum libros, praescriptiones vel consuetudines alicuius Ecclesiae vel Communitatis, celebratus a ministro vel delegato eiusmodi Ecclesiae vel Communitatis, prout hic eiusmodi munere fungitur.

B) *De precationibus communiter faciendis*

32. « In quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, cuiusmodi sunt precationes quae "pro unitate " indicuntur, atque in oecumenicis conven-

[14] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 19.

[15] Hae voce «proselytismi», hic intelligitur modus agendi non conformis spiritui evangelico, in quantum utitur rationibus inhonestis ut homines ad Communitatem suam attrahat, abutendo v. g. illorum ignorantia vel paupertate etc. (cfr. Declaratio *De libertate religiosa,* n. 4).

tibus, licitum est immo et optandum, ut Catholici cum Fratribus seiunctis in oratione consocientur. Communes eiusmodi preces perefficax sane medium sunt gratiae unitatis impetrandae et genuina significatio vinculorum quibus Catholici cum Fratribus seiunctis adhuc coniunguntur » *(De Oecumenismo,* n. 8).

In decreto agitur de precationibus quas membra, etiam ministri, diversarum Communitatum « active » participant. Circa hunc participandi modum, qui, quatenus Catholicos respicit, Ordinariis locorum moderandus et fovendus committitur, haec quae sequuntur sunt animadvertenda.

33. Optandum est ut Catholici cum Fratribus seiunctis in oratione consocientur pro quavis communi sollicitudine in qua inter se cooperari possunt ac debent, v. g. : ut promoveatur pacis bonum, socialis iustitia, mutua hominum caritas, familiae dignitas hisque similia. His casibus aequiparantur occasiones in quibus aliqua Natio vel Communitas gratias Deo communiter agere vel adiutorium Eius pro rei opportunitate impetrare volunt, ut diebus festis alicuius Nationis, tempore calamitatis vel luctus communis, die ad memoriam pro patria mortuorum instituto. Haec communis oratio, quatenus fieri potest, commendatur etiam cum inter Christianos conventus habetur, studii vel actionis causa.

34. Precationes autem communiter faciendae respicere debent imprimis redintegrationem unitatis inter Christianos. Eiusmodi celebrationi propositum esse potest, v. g. : mysterium Ecclesiae eiusque unitatis, baptismus ut vinculum sacramentale unitatis licet imperfectae, renovatio vitae tum personalis tum socialis ut via necessaria ad unitatem assequendam, necnon alia argumenta de quibus in n. 22 agitur.

35. *De celebrationis forma.*

a) Communi consensione et opera omnium participantium, qui varias Ecclesias vel Communitates repraesentant, huiusmodi celebratio apparetur (quo v. g. pertinent, ut personae eligantur quae ei interesse debent, argumenta, hymni, lectiones S. Scripturae, preces hisque similia constituantur).

b) In hac celebratione locus esse potest cuivis lectioni, precationi et hymno qui aliquid circa fidem vel vitam spiritualem omnibus Christianis communem significet. Fas est insuper exhortationem vel allocutionem vel meditationem biblicam haberi quae secundum communem christia-

nae hereditatis consensum instituatur et quae ad mutuam benevolentiam conducat et unitatem inter Christianos promoveat.

c) Optandum est ut hae celebrationes tum inter Catholicos tum una cum Fratribus seiunctis agendae ita ordinentur ut « communitariae)) orationi iuxta motus liturgici incepta conformes sint.[16]

d) In precibus praeparandis, quae in templo alicuius Ecclesiae orientalis celebrantur, animadvertendum est formam liturgicam receptam apud Orientales considerari ut rei impetrandae peculiariter aptam. Rationem igitur ordinis liturgici huius Ecclesiae haberi oportet.

36. *De loco celebrationis.*

a) Locus seligendus est ad quem omnibus participantibus convenire placeat. Curetur, ut omnia ibi decentia sint et ad sensum religiosum fovendum apta.

b) Quamquam ecclesia vel templum sit locus in quo unaquaeque Communitas liturgiam sibi propriam e more celebrat, tamen per se nihil obstat, quominus, necessitate poscente et probante Ordinario loci, celebrationes communiter agendae (de quibus in nn. 32-35) etiam in templo huius illiusve Communitatis habeantur ; immo in debitis rerum adiunctis id opportunum esse poterit.

c) Cum precationes una cum Fratribus orientalibus seiunctis fiunt, animadvertendum est omnes fratres orientales ipsam ecclesiam ut locum quam maxime proprium ad orationem publicam habendam considerare.

37. *De vestimentis.*

Non excluditur, secundum adiuncta et cum communi consensu participantium, usus vestis choralis.

C) *De communicatione in sacris*

38. ((Communicationem in sacris considerare non licet velut medium indiscretim adhibendum ad Christianorum unitatem restaurandam. Quae communicatio a duobus principiis praecipue pendet : ab unitate Ecclesiae significanda, et a participatione in mediis gratiae. Significatio unitatis plerumque vetat communicationem. Gratia procuranda quandoque illam commendat)) *(De Oecumenismo,* n. 8).

[16] Cfr. Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* v. gr. nn. 30, 34, 35.

1. *De communicatione in sacris cum Fratribus Orientalibus a nobis seiunctis.*

39. « Cum autem illae Ecclesiae (orientales), quamvis seiunctae, vera sacramenta habeant, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam, quibus arctissima necessitudine adhuc nobiscum coniunguntur, quaedam communicatio in sacris, datis opportunis circumstantiis et approbante auctoritate ecclesiastica, non solum possibilis est sed etiam suadetur » *(De Oecumenismo,* n. 15).[17]

40. Inter Ecclesiam catholicam et Ecclesias orientales a nobis seiunctas communio satis arcta in rebus fidei exstat,[18] praeterea « per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis Ecclesiis, Ecclesia Dei aedificatur et crescit » et « illae Ecclesiae, quamvis seiunctae, vera sacramenta habent, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam ...» *(ibidem,* n. 15). Quapropter fundamentum praebetur, ecclesiologicum et sacramentale, ut quaedam communicatio in sacris cum his Ecclesiis, non excluso Eucharistiae sacramento, « datis opportunis circumstantiis et approbante auctoritate ecclesiastica)) *(ibidem)* non solum permittatur sed etiam quandoque suadeatur.

Ad hanc rem pastores sedulo instruant fideles, ut circa eiusmodi communicationem in sacris recta agendi ratio illis clare innotescat.

41. Huius communicationis normae, decreto *Orientalium Ecclesiarum* statutae,[19] cum illa prudentia observandae sunt, quae in ipso decreto commendatur. Normae, quae iuxta decretum fideles Ecclesiarum catholicarum orientalium respiciunt, etiam ad fideles cuiusvis ritus, latino non excepto, pertinent.

42. Quoad susceptionem vel administrationem sacramentorum Paenitentiae, Eucharistiae et Unctionis Infirmorum, peropportunum est, ut auctoritas catholica sive localis sive Synodus vel Coetus Episcoporum facultatem communicandi in sacramentis non concedant nisi post favorabilem exitum consultationis cum auctoritatibus orientalibus seiunctis competentibus, saltem localibus, habitae.

[17] Cfr. etiam Decretum de Ecclesiis orientalibus catholicis, *Orientalium Ecclesiarum,* n. 24 - n. 29.

[18] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 14.

[19] Cfr. Decretum *Orientalium Ecclesiarum,* n. 26 - n. 29.

43. In concedenda facultate in sacramentis communicandi quandam legitimam rationem id vicissim praestandi (((reciprocitatem ») quam maxime decet attendi.

44. Praeter casus necessitatis, iusta causa communicationis in sacramentis suadendae aestimari potest impossibilitas, materialis vel moralis, accipiendi sacramenta in propria Ecclesia per nimium tempus ob peculiaria rerum adiuncta, ne fidelis, sine legitima ratione, spirituali fructu sacramentorum privetur.

45. Cum apud Catholicos et Orientales seiunctos diversi sint usus quoad assiduitatem sumendae Eucharistiae necnon usus sacramentalis Confessionis ante Communionem simul cum ieiunio eucharistico, cavendum est ne, in praxi communicationis, si Catholici usus Orientalium seiunctorum non sequantur, admiratio vel suspiciones excitentur Fratrum seiunctorum. Propterea, Catholicus, qui ad Communionem apud Orientales seiunctos, in praedictis casibus, legitime accedit, disciplinam orientalem in hac re, pro viribus, servet.

46. Accessus ad confessarium catholicum pateat Orientalibus qui, deficiente copia confessariorum propriae Ecclesiae, id sponte cupiunt. In similibus rerum adiunctis, Catholicis licet confessarium Ecclesiae orientalis a Sede Apostolica romana seiunctae adire. Legitima ratio id vicissim praestandi (((reciprocitas ») etiam in hac re servetur. Utrimque tamen caveatur ne oriatur suspicio proselytismi.[20]

47. Catholicus qui occasionaliter, propter causas de quibus infra, n. 50, Sacrae Divinae Liturgiae (Missae) apud Fratres orientales seiunctos diebus dominicis vel festis de praecepto adest, Sanctae Missae audiendae praecepto in ecclesia catholica non amplius tenetur. Item, convenit ut, iisdem diebus, Catholici Sacrae Liturgiae apud Fratres orientales seiunctos, si fieri potest, adsint, cum iusta de causa impediuntur ne Sacrae Liturgiae in ecclesia catholica intersint.

48. Propter arctam communionem, in n. 40 expressam, inter Ecclesiam catholicam et Ecclesias orientales a nobis seiunctas, iusta de causa licet admittere fidelem orientalem ad munus patrini, simul cum patrino catholico (vel matrina catholica), in baptismate catholici infantis vel

Cfr. supra annot. 15.

adulti, dummodo de educatione catholica baptizati satis provisum sit et de idoneitate patrini constet. Catholicus munere patrini ad baptisma in ecclesia orientali collatum non prohibeatur, si ad id invitatus est. His in casibus educationi christianae vigilandi obligatio pertinet imprimis ad patrinum (vel matrinam) fidelem Ecclesiae in qua infans baptizatus est.

49. In matrimonio in ecclesia catholica celebrando, a munere paranymphi vel testis non arceantur Fratres a nobis seiuncti. Catholico vero paranymphum vel testem esse licet in matrimonio quod inter Fratres a nobis seiunctos rite celebratur.

50. Fidelium catholicorum praesentia in cultu liturgico Fratrum orientalium seiunctorum admitti potest iusta de causa, videlicet ob publicum oflicium vel munus quod exercet, cognationem, amicitiam vel desiderium maioris cognitionis etc. His in casibus non vetantur aliquam partem habere in communibus responsis, hymnis, gestibus illius Ecclesiae cuius veluti hospites sunt. Quod tamen ad susceptionem Eucharistiae attinet, serventur normae sub numeris 42 et 44 positae. Propter arctam communionem de qua supra (n. 40), Ordinarius loci permittere potest ut Catholicus munus lectoris intra cultum liturgicum, si ad id invitetur, obeat. Quod, versa vice, de modo praesentiae Fratrum seiunctorum in celebrationibus in ecclesiis catholicis habendis dicatur.

51. Ad participationem quod attinet caerimoniarum quae communicationem sacramentalem non postulant, haec quae sequuntur sunt servanda :

a) in caerimoniis apud Catholicos agendis, minister alicuius ecclesiae orientalis qui Ecclesiam suam ibi repraesentat, illum locum et honores liturgicos accipere debet qui ad ministros catholicos eiusdem ordinis vel dignitatis in Ecclesia catholica pertinent ;

ö) minister catholicus qui modo officiari caerimoniis religiosis apud Orientales obeundis adsit, induere potest habitum choralem vel insignia suae dignitatis ecclesiasticae e mutuo consensu;

c) sedulo attendantur mens propria cum ministrorum tum fidelium orientalium necnon consuetudines eorum, quae variae esse possunt iuxta tempora, loca, personas vel adiuncta.

52. Quia « communicatio in sacris functionibus, rebus et locis inter Catholicos et Fratres seiunctos orientales iusta de causa permittitur »

(Decr. *Orientalium Ecclesiarum,* n. 28), commendatur ut usus aedificii catholici vel coemeterii vel templi, cum ceteris rebus necessariis, de licentia Ordinarii loci concedatur sacerdotibus vel communitatibus Orientalium seiunctorum pro eorum ritibus religiosis, si ipsi id petant, cum careant locis in quibus Sacra rite et digne celebrare possint.

53. Curent moderatores scholarum et institutorum catholicorum ut copia detur ministris orientalibus praestandi adiutorium, spirituale et sacramentale, fidelibus ipsorum qui instituta catholica frequentant. Quod adiutorium, pro rerum adiunctis et concessa licentia Ordinarii loci, etiam intra aedificium catholicum, templo non excluso, praeberi potest.

54. In nosocomiis et aliis institutionibus similibus quae a Catholicis reguntur, curent moderatores ut sacerdotem Ecclesiae orientalis seiunctae tempestive certiorem faciant de praesentia fidelium eius atque facultas ei detur aegrotos visitandi necnon sacramenta digne et reverenter iis administrandi.

2. *De communicatione in sacHs cum aliis Fratribus seiunctis.*

55. Sacramentorum celebratio est actio Communitatis celebrantis in ipsa Communitate peracta, cuius unitatem in fide, cultu et vita significat. Unde ubi haec unitas fidei quoad sacramenta deficit, participatio Fratrum seiunctorum cum Catholicis, praesertim in sacramentis Eucharistiae, Paenitentiae et Unctionis Infirmorum, vetatur. Tamen, cum sacramenta sint tum signa unitatis tum fontes gratiae procurandae,[21] Ecclesia potest, propter rationes sufficientes, accessum ad haec sacramenta alicui Fratri seiuncto permittere. Qui accessus permitti potest in periculo mortis vel in urgente necessitate (in persecutione, in carceribus), si frater seiunctus ad suae Communionis ministrum accedere non potest et sponte sua a sacerdote catholico sacramenta postulat, dummodo fidem consentaneam fidei Ecclesiae quoad haec sacramenta exprimat et rite dispositus sit. In aliis casibus huiusmodi urgentis necessitatis decernat Ordinarius loci vel Conferentia episcopalis.

Catholicus autem, similibus in rerum adiunctis, haec sacramenta petere nequit, nisi a ministro qui Ordinis Sacramentum valide suscepit.

[21] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 8.

56. Fratri a nobis seiuncto, intra celebrationem Sacrae Eucharistiae, munus lectoris Sacrae Scripturae vel praedicatoris non est concedendum ; quod etiam dicendum est de Catholico in celebratione Sacrae Cenae vel principalis cultus Verbi liturgici quae apud eiusmodi Christianos a nobis seiunctos habentur. In ceteris actionibus, etiam liturgicis, exercitium quarundam partium permitti potest, licentia Ordinarii loci praehabita et consentiente alterius Communitatis auctoritate.

57. Patrini munus, sensu liturgico et canonico acceptum, in Baptismatis et Confirmationis sacramentis exerceri non licet a Christiano Communionis seiunctae, salvo praescripto numeri 48. Patrinus enim non solum ut familiae cognatus vel ut amicus baptizandi vel confirmandi eius christianae educationis curam agit, sed etiam communitatem fidei repraesentans neophyti fidei sponsor est. Pariter Catholicus hoc munere, quod attinet ad membrum Communitatis seiunctae, fungi nequit. Attamen, propter cognationis vel amicitiae rationes, Christianus diversae Communionis, Christi fide imbutus, cum patrino catholico (vel matrina catholica) admitti potest ut testis christianus huius baptismatis. Similibus in rerum adiunctis, Catholicus hoc munere fungi potest erga membrum Communitatis seiunctae. His in casibus educationi christianae vigilandi obligatio per se pertinet ad patrinum (vel matrinam) fidelem Ecclesiae vel Communitatis ecclesialis in qua infans baptizatus est. Sedulo curent pastores ut fideles de ratione evangelica et oecumenica huius normae edoceantur, ad omnem interpretationem minus rectam vitandam.

58. In matrimonii catholici celebratione permittitur, ut Fratres a nobis seiuncti munere testis « officialis » fungantur ; quod dicendum est etiam pro Catholico in matrimonio quod inter Fratres a nobis seiunctos rite celebratur.

59. Catholicorum praesentia, quae per occasionem fit, in cultu liturgico Fratrum seiunctorum permitti potest iusta de causa, videlicet, ob publicum officium vel munus, quod exercetur, cognationem, amicitiam vel desiderium maioris cognitionis, conventum oecumenicum etc. His in casibus, salvis iis, quae supra sunt dicta, Catholici non vetantur aliquam partem habere in communibus responsis, hymnis, gestibus illius Communitatis, cuius veluti hospites sunt, dummodo fidei catholicae ne contradicant. Quod, versa vice, de modo praesentiae Fratrum seiunctorum in celebrationibus in ecclesiis catholicis dicendum est.

Haec participatio, in qua semper excluditur susceptio ipsius Eucharistiae, illos ad aestimationem spiritualium divitiarum inter nos existentium conducere debet simul ac separationum gravitatis magis conscios reddere.

60. Ad participationem quod attinet in caerimoniis quae communicationem sacramentalem non postulant, ministri aliarum Communionum qui caerimoniis intersunt locum dignitati suae congruentem, e mutuo consensu, accipiant. Item, ministri catholici qui praesentes adsunt caerimoniis apud alias Communiones celebratis vestem choralem induere possunt, ratione habita consuetudinum localium.

61. Si Fratribus seiunctis desunt loca in quibus caerimonias suas religiosas rite et digne celebrent, Ordinarius loci usum aedificii catholici vel coemeterii vel templi concedere potest.

62. Curent moderatores scholarum et institutorum catholicorum ut facultas detur ministris aliarum Communionum praestandi adiutorium, spirituale et sacramentale, propriis fidelibus qui instituta catholica frequentant. Quod adiutorium, pro rerum adiunctis, etiam intra aedificium catholicum dari potest ad normam numeri 61.

63. In nosocomiis et aliis institutionibus similibus quae a Catholicis reguntur, curent moderatores, ut ministros Communionum seiunctarum tempestive certiores faciant de praesentia eorum fidelium atque facultas aegrotos visitandi necnon adiumentum spirituale et sacramentale praestandi iisdem detur.

Praesens Directorium Summus Pontifex Paulus Pp. VI in Audientia Secretariatu ad Christianorum unitatem fovendam, die 28 aprilis 1967 concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die lk maii 1967, dominica Pentecostes.

A**UGUSTINUS** Card. B**EA**
Praeses Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam

Iohannes Willebrands
Episcopus tit. Maurianensis
a Secretis

An. et vol. LIX 29 Iulii 1967 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

SUMMI PONTIFICIS PEREGRINANTES ITER IN LUSITANIAM

Die XIII mensis maii à. MCMLXVII Beatissimus Pater, summo mane ex Urbe discedens, in aëroportu «Leonardo da Vinci» aeriam conscendit navem, ut in Lusitaniam ad Marialem Fatimensem Aedem se conferret, Beatissimam Deiparam perillustri in illo templo veneraturus atque pacem Ecclesiae universoque mundo, materna Illius ope, impetraturus, quinquagesimo exacto anno «ex quo illic singularis Deiparae Virginis cultus est ortus»,[1] quinto autem et vicesimo anno volvente, ex quo humanum genus Immaculato B. Mariae Virginis Cordi sollemniter est consecratum.

Ante meridiem velivolum terram attigit in aëronavium portu « Monte Real », ubi Summus Pontifex, ab Excellentissimo Viro Lusitaniae Praeside salutatus, simul ab aliis civilibus religiosisque illius Nationis Moderatoribus est exceptus.

Inde, autoraeda vectus, Beatissimus Pater longo itinere Fatimam petiit. Circiter meridiem, in Convalle Iriensi (v. Cova da Iria), magna circumdatus fidelium multitudine, sub divo Sacrum peregit, hanc insuper habens Lusitana lingua Allocutionem :

Veneráveis írmeos e dilectos Filhos,

Täo grande é o Nosso desejo de honrar a Santissima Virgem Maria, Màe de Cristo e, por isso, Mae de Deus e Mae nossa, tâo grande é a Nossa confiança na sua benevolencia para com a santa Igreja e para

[1] Epist, ad Emum Card. Iosephum da Costa Nunes, Legatum a latere : A. A. *8.* 59 (1967) p. 485.

com a Nossa missâo apostólica, tao grande é a Nossa necessidade da sua intercessäo junto de Cristo, seu divino Filho, que viemos, peregrino humilde e confiante, a este Santuario bendito, onde se celebra hoje o cinquentenário das apariçoes de Fatima e onde se comemora hoje o vigésimo quinto aniversario da consagraçâo do mundo ao Coraçâo Imaculado de Maria.

Ë com alegría que Nos encontramos convosco, Irmâos e Filhos carissimos, e que vos associamos à profissâo da Nossa devoçâo a Maria Santissima e à Nossa oraçâo, a firn de que seja mais manifesta e mais filial a comum veneraçâo e mais aceite a Nossa invocaçâo.

Nos vos saudamos, Irmâos e Filhos aqui presentes, a vos especialmente cidadâos desta ilustre Naçâo que, na sua longa historia, deu à Igreja homens santos e grandes, e um povo trabalhador e piedoso; a vos peregrinos, que viestes de perto e também de longe ; e a vos fieis da santa Igreja católica que, de Roma, das vossas terras e das vossas casas, espalhados por todo o mundo, estais agora espiritualmente voltados para este altar. A todos, a todos vos Nos saudamos. Estamos agora a celebrar, convosco e para vós, a santa Missa e, todos juntos, estamos reunidos, como filhos de urna familia única, perto da Mae celeste, para sermos admitidos, durante a celebraçâo do santo Sacrificio a urna comunhâo mais estreita e salutar com Cristo, nosso Senhor e nosso Salvador.

Nao queremos excluir ninguém desta recordaçâo espiritual, porque é vontade Nossa que todos participem das graças que estamos agora a impetrar do céu. Todos vós tendes um lugar no Nosso coraçâo : vós, Irmâos no Episcopado; vós, Sacerdotes e vós, Religiosos e Religiosas, que,- com amor total, vos consagrastes a Cristo ; vós, Familias cristas ; vós, Leigos carissimos, que desejais colaborar com o Clero na propagaçâo do reino de Deus ; vós, jovens e crianças, que desecaríamos que estivésseis todos á nossa volta; e todos vós que vos sentís atribulados e cansados, vós que sofreís e choráis, e que, certamente, vos recordáis como Cristo vos chama para perto de si, a firn de vos associar à sua paixâo redentora e vos consolar.

O Nosso olhar abränge ainde todos os cristäos nao-católicos, mas irmâos nossos no baptismo; mencionamo-los com esperança de perfeita comunhâo nessa unidade que o Senhor Jesus deseja. E o Nosso olhar abraca o mundo todo : nâo queremos que a Nossa caridade tenha fronteiras e, neste momento, estendemo-la à humanidade inteira, a todos os Governantes e a todos os Povos da terra.

Vós sabéis quais säo as Nossas intençôes especiáis que desejamos caracterizem esta peregrinaçâo. Vamos recordá-las aquí, a firn de que inspirem a Nossa oraçâo e sejam luz para todos aqueles que Nos ouvem.

A primeira intençâo é a Igreja : a Igreja una, santa, católica e apostòlica. Queremos rezar, como dissemos, pela sua paz interior. O Concilio Ecuménico despertou muitas energias no seio da Igreja, abriu perspectivas mais largas no campo da sua doutrina, chamou todos os seus filhos a urna consciência mais clara, a urna colaboraçâo mais íntima, a um apostolado mais activo. Queremos firmemente que tâo grande beneficio e tâo profunda renovaçâo se conservem e se tornem ainda maiores. Que mal seria, se urna interpretaçâo arbitrària e nao autorizada pelo magisterio da Igreja transformasse este renascimento espiritual numa inquietaçâo que desagregasse a sua estrutura tradicional e constitucional, que substituísse a teologia dos verdadeiros e grandes mestres por ideologías novas e particulares que visam a eliminar da norma da fé tudo aquilo que o pensamento moderno, muitas vezes falto de luz racional, nâo compreende e nâo aceita, e que mudasse a ansia apostólica de caridade redentora na aquiescencia às formas negativas da mentalidade profana e dos costumes mundanos. Que desilusào causaría o nosso esforco de aproximaçâo universal, se nao oferecesse aos Irmâos cristäos, ainda de nos separados, e áos homens que nâo possuem a nossa fé, na sua sincera autenticidade e na sua original beleza, o patrimònio de verdade e de caridade, de que a Igreja é depositaria e distribuidora?

Queremos pedir a Maria urna Igreja viva, urna Igreja verdadeira, urna Igreja unida, urna Igreja santa. Ë vontade Nossa rezar convosco a firn de que as esperanças e energias suscitadas pelo Concilio, possam trazer-nos em larguíssima escala os frutos daquele Espirito Santo, que a Igreja amanhâ celebra na festa de Pentecostes e do quai provém a verdadeira vida crista ; esses frutos enumerados pelo Apóstolo Paulo : « caridade, alegría, paz, longanimidade, benignidade, bondade, fìdelidade, mansidäo e temperança ».[1] Ë vontade Nossa rezar a firn de que o culto de Deus hoje e sempre conserve a sua prioridade no mundo, e a sua lei dê forma à consciência e aos costumes do hörnern moderno. A fé em Deus ë a luz suprema da humanidade ; e esta luz nâo só nâo deve apagarse nos coraçâo dos homens, mas, pelo contrario, deve reacender-se por meio do estímulo que lhe vem da ciencia e do progresso.

[1] ***Gal.*** 5, 22.

Este pensamento, que anima e estimula a Nossa oraçâo, leva-Nos a pensar neste momento naqueles países, em que a liberdade religiosa está pràticamente suprimida e onde se promove a negaçâo de Deus, como se esta representasse a verdade dos tempos novos e a libertaçâo dos povos. Mas, a verdade é bem diferente. Rezamos por esses países ; rezamos pelos nossos irmâos crentes dessas naçôes, a firn de que a íntima força de Deus os sustente e a verdadeira liberdade civil Ihes seja concedida.

E, assim, passamos à segunda intençâo deste Nosso peregrinar, intençâo que enche a Nossa alma : o mundo, a paz do mundo.

Sabéis como a consciência da missäo da Igregja no mundo, missäo de amor e de serviço, se tornou, no dia de boje, depois do Concilio, bem vigilante e bem activa. Sabéis como o mundo se acba numa fase de grande transformaçâo por causa do seu enorme e maravilhoso progresso, na consciência e na conquista das riquezas da terra e do universo. Mas, sabéis também e verificáis que o mundo nao é feliz nem está tranquilo. A primeira causa desta sua inquietaçâo é a dificuldade que encontra em estabelecer a concordia, em conseguir a paz. Tudo parece impelir o mundo para a fraternidade, para a unidade ; no entanto, no seio da humanidade, descobrimos ainda tremendos e continuos conflitos. Dois motivos principáis tornam, por isso, grave esta situaçâo histórica da humanidade : eia possui um grande arsenal de armas terrivelmente mortíferas, mas o progresso moral nao iguala o progresso científico e técnico. Além disso, grande parte da humanidade encontra-se ainda em estado de indigencia e de fome, ao mesmo tempo que nela se acha tâo desperta a consciência inquieta das suas necessitades e do bem-estar dos outros. Ë por este motivo que dizemos estar o mundo em perigo. Por este motivo, viemos Nos aos pés da Rainha da paz a pedir-lhe a paz, dom que só Deus pode dar.

Sim, a paz é dom de Deus, que supöe a intervençâo de urna acçâo do mesmo Deus, acçâo extremamente boa, misericordiosa e misteriosa. Mas, nem sempre é dom miraculoso ; é dom que opera os seus prodigios no segredo dos coraçôes dos homens ; dom que, por isso, tem necessidade da livre aceitaçâo e da livre colaboraçâo da nossa parte. Por isso, a nossa oraçâo, depois de se ter dirigido ao céu, dirige-se aos homens de todo o mundo : Homens, dizemos neste momento singular, procurai ser dignos do dom divino da paz. Homens, sede homens. Homens, sede bons, sede cordatos, abri-vos à consideraçâo do bem total do mundo. Homens, sede magnánimos. Homens, procurai ver o vosso prestigio e o vosso interesse nâo como contrarios ao prestigio e ao interesse dos

outros, mas como solidarios com eles. Homens, nao penséis em provectos de destruição e de morte, de revoluçâo e de violencia; pensai em projectos de conforto comum e de colaboraçâo solidaria. Homens, pensai na gravidade e na grandeza desta hora, que pode ser decisiva para a historia da geraçâo presente e futura ; e recomeçai a aproximar - vos uns dos outros com intençoes de construir um mundo novo; sim, um mundo de homens verdadeiros, o quai é impossível de conseguir se nao tem o sol de Deus no seu horizonte. Homens, escutai, através da Nossa humilde e trémula voz, o eco vigoroso da Palavra de Cristo : ((Bem-aventurados os mansos, porque possuirâo a terra, bem-aventurados os pacíficos, porque serão chamados filhos de Deus ».

Vede, Filhos e Irmâos, que aqui Nos escutais, como o quadro do mundo e dos seus destinos se apresenta aqui imenso e dramático. Ë o quadro que Nossa Senhora abre aos Nossos olhos, o quadro que contemplamos com os olhos aterrorizados, mas sempre confiantes; o quadro do quai Nos aproximaremos sempre — assim o prometemos — seguindo a admoestaçâo que a propria Nossa Senhora nos deu : a da oraçâo e da penitencia ; e, por isso, queira Deus que este quadro do mundo nunca mais venha a registar lutas, tragèdia e catástrofes, mas sim as conquistas do amor e as **Vitorias** da paz.

Ceterae autem Allocutiones eodem die a Beatissimo Patre in Lusitania habitae hic referuntur :

Ad Excellentissimum Virum Americum Thomaz, Lusitanae Reipublicae Praesidem, in aëroportu « Monte Real » habita.

Senhor Presidente da Republica,

Agradecemos sensibilizado a atenciosa delicadeza de Vossa Excelencia por Nos ter vindo receber pessoalmente à Nossa chegada. Agradecemos igualmente as palavras cordiais de boas-vindas que Vossa Excelencia acaba de proferir.

Ë com a maior satisfaçâo que pisamos o solo portugués. Desta abençoada « Terra de Santa Maria » partiu, no passado, para as regioes mais remotas do mundo, urna generosa pléiade de arautos do Evangelho. Para eia confluì, no presente, de toda a parte, urna piedosa multidão de peregrinos.

Nós também viemos corno peregrino. Ë Nosso ardente desejo render

homenagem filial à excelsa Mae de Deus, na Cova da Iria. Para lá encaminharemos agora os Nossos passos, com espirito de oração e de penitencia, para suplicar a Nossa Senhora de Fatima que faça reinar na Igreja e no mundo o inestimável bem da paz.

A Nossa solicitude pastoral, como sabe Vossa Excelencia, leva-Nos, neste particular momento da historia da Igreja e da humanidade, a envidar todos os Nossos esforços para a consecução de duas finalidades da mais transcendental importancia.

A primeira diz respeito à vida interna da propria Igreja. A segunda refere-se ao contributo de amor pelos homens que eia quer dar no dia de hoje ao mundo em que vive.

E, corno estas duas intençôes sâo o objecto da Nossa mais viva preocupaçâo, iremos a Fatima, com a humildade e o fervor do peregrino que empreende urna longa viagem, para confìa-las Aquela que a Igreja e o Povo cristäo invocam sob o doce nome de Mae.

Ao iniciar, pois, este Nosso itineràrio de fé em terras portuguesas, desejanios dirigir urna cordial saudaçâo a Vossa Excelencia, Senhor Presidente da República e às distintas Autoridades presentes, ao Senhor Cardeal Patriarca de Lisboa e aos membros todos do Episcopado, bem corno ao Clero, aos Religiosos e Religiosas e a todo o Povo desta fidelissima Naçâo.

Nossa Senhora de Fatima se digne derramar sobre Portugal católico as mais copiosas graças de bem-estar espiritual e material, de prosperidade, de progresso e de paz.

Ad Eminentissimum Patrem Cardinalem Patriarcham Lisbonensem et ad Excellentissimo» universae Nationis Lusitanae sacrorum Antistites.

Senhor Cardeal Legado,
Senhor Cardeal Patriarca de Lisboa,
Senhor es Bispos de Portugal continental, insular e ultramarino,

Nés ta Nossa brevissima estada em terra portuguesa, nao podemos deixar de dirigir urna palavra de especial e afectuosa saudaçâo aos membros todos do Episcopado portugués, aqui reunido.

Desejamos, em primeiro lugar, agradecer o vosso amável e, ao mesmo tempo, irrecusavel convite a que tomássemos parte, pessoalmente, em Fatima, nestas solenes celebrações.

Cá estamos, com a alma a vibrar de júbilo e de emoçâo. Somos também

um peregrino de Fatima. Viemos de Roma para elevar, na Cova da Iria, a Nossa ardente súplica pela paz da Igreja e do mundo.

Queremos, em segundo lugar, manifestar sinceramente o Nosso reconhecimento pela obra de fecundo apostolado que estais a realizar nas vossas diocèses e também encorajar a vossa solicitude pastoral a traduzir em termos de vida a doutrina inculcada pelo recente Concilio Ecuménico para que, segundo as suas sabias directrizes, a renovaçâo espiritual, que todos nos alme jamos, se faça sentir abundante neste abençoado País que se orgulha do nome de « Naçâo fidelíssima » e de « Terra de Santa Maria ».

Ë com profunda alegría que, neste momento e neste lugar bendito, abrimos o Nosso coraçâo nesta confidencia para assegurar-vos que estamos ao vosso lado, com a Nossa solicitude de Pastor universal e com o Nosso amor de Pai comum, em tudo aquilo que empreendeis, em uniäo connosco, para o bem espiritual do povo que vos foi confiado e de toda a Igreja de Deus.

Ajude-vos sempre, com a sua inefável protecçâo, Aquela cujas glorias estamos juntos a celebrar e cujo dulcissimo nome trazemos com amor nos labios e nos coraçôes.

Nossa Senhora de Fatima, rogai por nos.

Ad Excellentissimo» Viros e Legatorum Coetu apud Lusitanam Rempublicam.

Nous désirons adresser un salut respectueux et cordial aux Membres du Corps Diplomatique accrédité auprès de la République Portugaise.

Nous sommes très sensible, Messieurs, à votre présence en ce lieu, et à Phommage que vous avez voulu rendre ainsi à l'Eglise en Notre humble personne.

Vous manifestez, par ce geste de délicate courtoisie, votre assentiment à la démarche que Nous accomplissons en ce jour. Vous montrez que vous en appréciez le sens et la portée.

Nous sommes venu ici en pèlerin. Nous y sommes venu pour prier, pour implorer de la divine miséricorde le don de la paix, après laquelle soupirent si ardemment les hommes de notre temps. Non certes n'importe quelle paix : mais celle que Nous appelions de Nos vœux dans Notre récente encyclique *Populorum progressio,* et qui repose sur les quatre bases si heureusement définies par Notre grand prédécesseur

Jean XXIII dans un document justement célèbre, et qui sont la vérité, la justice, l'amour et la liberté.

Vous pourrez, mieux que d'autres, peut-être, et avec plus d'autorité, attester, Messieurs, le caractère purement religieux de ce pèlerinage. D'avance Nous vous en disons Notre reconnaissance.

En vos personnes, Nous saluons également vos Gouvernements et les Nations dont vous êtes les dignes représentants. Et en invoquant sur elles, sur vous-mêmes et sur vos familles, la divine assistance, Nous aimons à renouveler le souhait que Nous formions au terme de Notre encyclique : puisse la grande famille humaine progresser dans les voies de la fraternité et de la paix et attirer toujours davantage sur elle les bénédictions du Dieu tout-puissant !

Catholicis Lusitanis e Laicorum ordine, Beatissimo Patri honoris officium praestantibus.

Filhos carissimos,

Cá estamos, em vosso meio, para dirigir também a vós a Nossa palavra de saudaçâo, de reconhecimento e de encorajamento.

De saudaçâo, porque sois os representantes do Laicado católico de Portugal, consagrados como estais à causa da Igreja, ñas vossas organizaçôes.

De reconhecimento, porque trabalhais com grande entusiasmo e generosidade na obra de cristianizaçâo profunda dos mais diversos ambientes em que vivéis e em que exerceis as vossas profissöes.

De encorajamento, porque esta é a hora dos Leigos. O Concilio Ecuménico vos chama a concorrer, como membros vivos do Corpo místico de Cristo, para o crescimento da Igreja e sua continua santificaçâo. Sois especialmente convidados a tornar a Igreja presente e activa naqueles locáis e circunstancias em que só por vosso meio eia pode ser o sal da terra.

Dedicai-vos, pois, dilectos Filhos do Laicado católico de Portugal, com espirito de fidelidade, de colaboraçâo e de amor, sob a orientaçâo dos vossos queridos Pastores, à realizaçâo perfeita da vossa vocaçâo na Igreja, oferecendo-lhe, com a generosidade que vos caracteriza, o contributo de um testemunho de vida exemplar e de um intenso apostolado.

Nossa Senhora de Fatima vos abençoe.

Fidelibus Communitatum haud catholicarum membris, a Beatissimo Patre comiter exceptis.

Frères chrétiens,

Nous sommes heureux de vous saluer ici au cours de ce rapide pèlerinage. Nous sommes venu à Fatima pour vénérer la mère du Christ, celle dont Elisabeth a déclaré : « Tu es bénie entre les femmes et le fruit de ton sein est béni ».

Nous pouvons ensemble trouver dans la Vierge telle que le Nouveau Testament nous la présente le modèle de notre foi et de notre humilité. Marie est celle qui a cru : « Je suis la servante du Seigneur, qu'il me soit fait selon ta parole ». Elle croit et en même temps elle se déclare servante. Croyant en Celui à qui rien n'est impossible, Marie s'efface devant Lui et se met humblement au service du mystère du salut.

Dans l'état actuel des divisions chrétiennes, il ne vous est pas possible, Frères, de partager toutes nos convictions sur Marie. Mais néanmoins nous avons en commun ce modèle de foi et d'humilité, que nous devons traduire à notre tour dans nos propres vies au service du Seigneur. Et nous pouvons légitimement espérer, avec la grâce du Seigneur, que ce service commun nous rapprochera les uns des autres.

Nous nous associons dès lors de plein cœur au chant de joie et de reconnaissance de Marie, Mère de Dieu :« Mon âme magnifie le Seigneur et exulte en Dieu mon salut il a fait en moi de grandes choses sa miséricorde s'étend d'âge en âge pour ceux qui le craignent ».

Agréez, chers et vénérés Frères, nos vœux les meilleurs et veuillez partager notre désir et notre espoir que nous puissions un jour célébrer l'intégration parfaite dans la même foi et dans la même charité de tous ceux qui s'honorent du nom chrétien.

Ingenti Christifidelium multitudini, maximos danti plausus Beatissimo Patri, antequam Fatima discederet.

Chegou para Nos o momento da partida.

Ë com saudade que vamos deixar a acolhedora terra portuguesa, depois desta breve, mas inesquecível peregrinaçâo.

A lembrança consoladora deste dia permanecerá em Nós para sempre. Nele Nos foi dado participar pessoalmente nas solenes cele-

braçôes que em Fatima tiveram lugar, em honra da excelsa Mae de Deus.

Viemos como peregrino para rezar humilde e fervorosamente pela paz da Igreja e pela paz do mundo.

Maria Santissima que, nesta terra abençoada, desde há cinquenta anos, se tem mostrado tâo generosa para com todos aqueles que a Eia recorrem com devoçâo, digne-se ouvir a Nossa ardente prece, concedendo à Igreja aquela renovaçâo espiritual que o Concilio Ecuménico Vaticano Segundo teve em vista empreender e à humanidade, aquela paz de que eia hoje se mostra tao desejosa e necessitada.

Neste momento de despedida, o Nosso pensamento se volta, de modo particular para o Episcopado portugués, cujo irrecusável convite Nos levou a fazer a peregrinaçâo que estamos agora para encerrar.

Ao Senhor Cardeal Dom José da Costa Nunes, Nosso Legado « a latere » ; ao Senhor Cardeal Dom Manuel Gonçalves Cerejeira, Patriarca de Lisboa; ao Senhor Dom Joâo Pereira Venancio, Bispo de Leiria, a cuja jurisdiçâo Fatima pertence; a todos os Senhores Bispos de Portugal continental, insular e ultramarino, a Nossa palavra fraterna de encorajamento e de bênçâo para as generosas canseiras do seu ministerio apostólico.

Sentimos também ser Nosso dever manifestar públicamente a Nossa mais sincera gratidâo e o Nosso mais profundo reconhecimento às Autoridades civis por terem facilitado a perfeita realizaçâo do Nosso propósito de vir a Fatima rezar pela paz.

A Nossa palavra dirige-se, por üm, ao Clero que, com tanta generosidade, se dedica ao ministerio pastoral; aos Religiosos e Religiosas que, ñas suas múltiplas iniciativas de oraçâo e de apostolado, oferecem um precioso contributo à obra da Igreja; aos Missionarios que, seguindo o exemplo fecundo daqueles que os precederam no passado, partiram para anunciar o boa nova do Evangelho às regiöes mais remotas desta grande Naçâo; a todo o Povo fiel que venera com tanta devoçâo e invoca com tanto fervor o doce nome de Maria.

Nossa Senhora de Fatima vos assista. Nossa Senhora de Fatima vos proteja. Nossa Senhora de Fatima vos abençoe.

Beatissimus Pater, eodem die, primo vespere aërovehiculo Romam rediit, ab Excmo Praeside Summi Italici Consilii rei publicae administrandae salutatus et multorum civium laeto plausu exceptus.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia Sancti Gerardi Majella in oppido « Cúrvelo », intra fines archidioecesis Adamantinae posita, decoratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Humilis religiosi sodalis, Sancti Gerardi Majella, honori splendidum surgit templum in oppido « Cúrvelo », intra fines archidioecesis Adamantinae posito, ita ut hoc etiam modo verum sit, quod ait Salvator noster : «qui se humiliât, exaltabitur» *(Luc.* 18,14). Quae quidem ecclesia eo loco, ubi parva olim aedes Beatae Mariae Virgini sacra erat constituta, ab alumnis Congregationis Sanctissimi Redemptoris, cuius ille est lumen, nobili animorum alacritate fuit exstructa ab iisque cultus eiusdem Caelitis propagatus ; qui tot tantisque auctus est incrementis, ut templum illud sanctuarii nomen acceperit. Ad quod anno **MCMXVI**, iisdem religiosis viris auctoribus, plurimi christifideles ex vicinia et longinquis regionibus Brasiliae peregrinantium in modum accesserunt. Haec autem pietatis sedes genere structurae, quod novum Romanicum appellant, est insignis, marmoribus magni pretii renidet, imaginibus eleganti manu ab Andrea Goretti, Italo artifice, pictis decoratur. Molis etiam amplitudine ceterisque commendatur rebus, quibus singularis ei decor atque dignitas tribuuntur. Ob expletum vero quinquagesimum annum a prima illa pia peregrinatione suscepta, sollemnia apparantur, quae in populi spiritualem utilitatem affatim versura esse probe confidimus. Quibus permotus, Venerabilis Frater Gerardus de Proença Sigaud, Adamantinus Archiepiscopus, Nos rogavit, ut templum, quod diximus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus, qui etiam ad Nos attulit id ipsum cupere universum clerum populumque fidelem, suis curis commissum. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam Deo in honorem Sancti Gerardi Majella, in oppido « Cúrvelo », intra fines Adamantinae archidioecesis, consecratam, ad honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis

eodem nomine ornatis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXX** mensis Aprilis, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri tertio.

B **HAMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae cathedrali dioecesis Sancti Michaelis, in Republica Salvatoriana, conferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Merito celebratur cathedrale templum dioecesis Sancti Michaelis in Salvatoriana Republica, siquidem molis amplitudine et operis magnificentia affatim commendatur. Quod quidem saeculo praeterito eo loco est exstructum, quo prisca ecclesia paroecialis cognominis urbis, ab Hispanis conditae, fuerat. Potissimum vero eiusdem templi fama innotuit, quod egregium effectum est sanctuarium mariale; ibi enim imago Beatae Mariae Virginis a Pace impensis fidelium obsequiis colitur. Quod pietatis studium respiciens, Apostolica Sedes ei maximo templo munera spiritualia benigne impertiit. Quibus omnibus permoti, Venerabiles Fratres Michael Angelus Machado Escobar, Episcopus Sancti Michaelis, et Laurentius Michael Graziano, Episcopus titulo Limatensis, Coadiutor eiusdem Antistitis sacrorum, Nos rogaverunt, ut princeps illud templum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem Sancti Michaelis in Salvatoriana Republica sitam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris

aedibus hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Octobris, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

© H**AMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo Domina Nostra a Pace seu « Nuestra Señora de la Paz » principalis Patrona totius Salvatorianae Reipublicae eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pacis sequestra, Beatissima Virgo Maria, nobilem sedem constitutam habere cognoscitur in maximo templo Sancti Michaelis, intra Reipublicae Salvatorianae fines. Eius veneranda imago antiquitus, uti ferunt, post naufragium, in urbem, quae item e Sancti Archangeli illius nomine appellatur, advecta est, quo tempore inter cives ingentes fervebant discordiae ; quae ilico sunt exstinctae, cum simulacrum mariale esset in conspectu. Unde a Pace Deipara augusta, simulacro eodem expressa, coepta est nuncupari. Ab illa vero aetate pietas erga eam, quae tam suavi appellatione est insignis, permagnis fuit aucta incrementis et in praesenti quoque fidelium animos tenet. Cuius paciferae Virginis praesidium ii per volventia saecula non semel sunt experti, praesertim in publicis, quibus vexabantur, calamitatibus. Tam ardentis pietatis rationem habens, Benedictus Papa XV, Decessor Noster rec. mem., anno **MCMXX** per Sacram Rituum Congregationem concessit, ut Mater Dei, cui « Reginae Pacis » nomen adiectum, urbis et dioecesis Sancti Michaelis caelestis renuntiaretur Patrona; eodemque anno est largitus, ut imago illa aureo diademate redimeretur. Nunc vero Venerabiles Fratres, qui sedibus provinciae ecclesiasticae Salvatorianae praesunt, votis quoque publicarum Auctoritatum, cleri, populi

fidelis obsecundantes, Nos rogaverunt, ut Beatam Mariam Virginem, a Pace appellatam, cunctae Salvatorianae dicionis supernam renuntiaremus Patronam. Quod quidem praestare gestimus, id exoptantes, ut, Christi eiusque Ecclesiae Matre deprecante, carissima Nobis gens Salvatoriana bonis verae pacis et vitae christianae ubertim donetur. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, ut Dominam Nostram a Pace, seu e vulgaris sermonis consuetudine « Nuestra Señora de la Paz », invocatam, principalem apud Deum *Patronam* totius Salvatorianae Reipublicae constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis regionum Patronis rite competunt, additaque facultate celebrandi, in universa provincia ecclesiastica Salvatoriana, huiusmodi patrocinii festum quotannis, die XXI mensis Novembris, cum Officio et Missa propriis et approbatis. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die X mensis Octobris, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

© **HAMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris templum Ss.mo Cordi Iesu dicatum in urbe Platensi honestatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Clarissimae Platensis urbis verum decus existimatur templum Sacro Cordi Iesu dicatum, cum non solum magnificentia atque splendore commendetur, sed pro sua etiam aetate ad illius civitatis initia pertineat. Superiore etenim saeculo in nova

urbe, quae prope ripam Argentei aestuarii praecipua Bonaërensis provinciae sedes surgebat, S. Ioannis Bosco alumni aedicula sunt usi lignea divinis peragendis officiis, quae ((a Sacris Cordibus)) appellabatur; paucosque post annos maioris templi ad genus romanicum-byzantium exstruendi lapidem auspicalem, adstantibus faventibusque religiosarum ac civilium rerum praepositis, statuerunt. Tum ab humili sacello, quasi quaedam immutati cultus continuatio significaretur, Augustum Sacramentum sollemni pompa in novum aedificium est delatum, quod nostro iam ineunte saeculo quamvis imperfectum a fidelibus pietatis causa celebrari coeptum est. Neque Salesiani sodales caelestis Patronae suae poterant oblivisci, ideoque sacram Mariae Auxiliatricis imaginem ibidem collocarunt. Subsecuta sunt per singulos fere annos multa opera, quae pretiosa ac venusta nobilius efficerent idem domicilium : quae inter aram maximam memoramus ceterasque aras, frontem et atrium cum cancellis, organum musicum oratoriumque suggestum, ac sacram potissimum turrim, quae quidem anno **MCMXIII** erecta ut monumentum ecclesiasticae libertatis sextodecimo exeunte saeculo ab edicto Mediolanensi, praealta cruce ferrea, insigni scilicet immortalis Regis saeculorum, est coronata. Denique anno **MCMXLVI** publica sollemnisque templi ita exornati consecratio facta est, eique postea ius etiam paroeciae attributum. Religiosa enim vita ea erat et est, quae templum in urbe celeberrimum atque germanae christianae communitatis electissimum domicilium esse demonstret. His ergo de causis Venerabili Fratri Antonio Iosepho Plaza, Archiepiscopo Platensi, vota sive universi cleri sive fidelium omnium interpretanti, id ab Apostolica Sede expetere visum est, ut augusta haec domus Dei congruo honore tituloque Basilicae Minoris donaretur. Quas preces, omnibus attente perpensis, benigne esse admittendas censemus, eximiam pietatem cunctorum archidioecesis filiorum amplissimo Nostro praemio remuneraturi. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, templum paroeciale, Sacratissimo Cordi Iesu dicatum in archiepiscopali urbe Platensi, ad titulum ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae sacris aedibus eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos

spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Novembris, anno **MCMLXVI**, Pontificatus Nostri quarto.

© H**AMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

V

S. Iosephus a Leonissa principalis Patronus civitatis et municipii Leonissae eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Leonissae decus, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum gloria, lumen Ecclesiae missionalis, Sanctus Iosephus, ab oppido illo, ubi primam lucem aspexit, appellatus, merito praedicatur et a civibus et adiacentis territorii fidelibus impensa colitur pietate. Quod quidem recte fieri contingit, siquidem hac aetate populus Dei alacriter oportet fidem profiteatur atque propaget, hortamentis obsecutus Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, quod nuper est celebratum. Ad hoc vero non paulum confirmatur, si praeclara, quae Cáeles ille edidit, exempla fortitudinis et studii salutis alienae intuetur ac nititur imitari. Quibus permotus, Venerabilis Frater Nicolaus Cavanna, Reatinus Episcopus, votis obsecundans cleri et Christifidelium oppidi eiusdem et territorii, et consultum civilium loci Moderatorum probans, Sanctum Iosephum a Leonissa caelestem Patronum civitatis et municipii, unde hic ortum duxit, elegit, assentiente Venerabili Fratre Raphaele Mario Radossi, quod attinet ad territorii partem ipsius curis commissam. Cum igitur sacrorum ille Antistes Nos rogasset, ut eiusmodi electionem ratam haberemus, Nos eas preces volentes admisimus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Iosephum a Leonissa, Confessorem, principalem apud Deum civitatis et municipii Leonissae *Patronum* confirmamus, seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae prae-

cipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **II** mensis Martii, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

ffî H**AMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Beata Maria Virgo Lauretana principalis Patrona dioecesis Mexicalensis eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quasi amica stella in huius saeculi fluctibus exasperato mari omnibus lucet : Beatam dicimus Virginem Mariam ; hanc si mortales respiciunt, a recto cursu non aberrant, hanc si sequuntur, ad salutis portum perveniunt. Allatum est autem ad Nos Christifideles dioecesis Mexicalensis, recens constitutae, singulari religione Deiparae, quae ut Virgo Lauretana invocatur, teneri, id quod gaudii non levis est Nobis materia. Eorum votis obsecundans, concedensque precibus cleri, suis curis commissi, Venerabilis Frater Emmanuel Pérez Gil, Mexicalensis Episcopus, augustam Dei Genetricem, nomine illo insignem, suae dioecesis caelestem Patronam elegit; quod ut ratum haberemus, idem Nos rogavit. Quas supplicationes libenter audivimus, ea spe ducti fore ut nova quadam impulsione filii Nostri illa in regione degentes ad marialem cultum et ad christianae vitae professionem, sive in publica re sive in domestico convictu, accenderentur. Itaque Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem Lauretanam principalem apud Deum *Patronam* totius Mexicalensis dioecesis confirmamus, seu iterum renuntiamus declaramusque, omnibus adiectis

honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Martii, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

© **HAMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

VII -

Beata Maria Virgo Lauretana totius dioecesis Tigiuanaënsis Patrona principalis renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Lauretanae Virgini prope singulariter consecrata, ob impensum in eam studium fidelium, videtur esse terra Tigiuanaënsis, in qua Nosmetipsi, peculiari edita anno **MCMLXIII** Constitutione, Vicariatum Apostolicum ad gradum dignitatemque dioecesis proveximus. Huius enim finibus pagus continetur, qui vulgo ***Loreto*** appellatus, praeclaram Augustae Deiparae asservat imaginem; idemque nomen, cum mariali scilicet religione coniunctum, illam praeconum Christi stationem signavit, quae operum ad Evangelium utrique Californiae nuntiandum susceptorum sedes praecipua exstitit. Neque vero ignoramus a Decessore Nostro imm. rec. Pio Pp. XII facultatem eiusdem imaginis coronandae libenter esse datam, ut praemium quoddam paternumque simul hortamentum filiis caelestis Matris amantissimis tribueretur; novimus etiam miro spectaculo fidei sollemnia id temporis in honorem Reginae Lauretanae esse peracta. Nunc ergo, si maxime decet novas conditas dioeceses tutela ac patrocinio Sanctorum Caelitum obtegi atque communiri, peropportunum sane eoque laudabile est habendum consilium Venerabilis Fratris Alfredi Galindo Mendoza, Episcopi Ti-

giuanaënsis, qui, vota sui cleri populique interpretatus, ad Nos scripsit petiitque a Nobis, ut Beata Virgo Lauretana totius suae dicionis tamquam Patrona legitime renuntiaretur. Quapropter, huiusmodi voto benignissime concedentes, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Mariam Virginem Lauretanam principalem apud Deum totius Tigiuanaënsis dioecesis caelestem *Patronam* confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Martii, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

© H**AMLETUS** I. Card. **CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad Rev.mum Patrem Iosephum Boeris, Ordinis Clericorum Regularium a Somascha Praepositum Generalem, ob celebranda sollemnia, altero volvente saeculo, ex quo S. Hieronymus Emiliani, religiosae illius Familiae conditor, in sanctorum caelitum album relatus est.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Obsequii plenas tuas excepimus litteras, quibus Nos certiores fecisti, volvente hoc anno sollemnibus celebrationibus commemoratum iri alterum expletum saeculum, ex quo S. Hieronymus Emiliani, religiosae Familiae tuae

Legifer Pater, in sanctorum caelitum numerum relatus est. Iis qui piis huiusmodi coeptis, te auspice, animum adiciunt gratulamur admodum, ac libenter sane ominamur ut laude dignum propositum felici ne careat exitu, quin etiam ad religionis emolumentum virtutisque studium valde conferre possit.

Cognita profecto sunt planeque perspecta egregia erga Ecclesiam sanctissimi huius viri promerita, per quem in christianae caritatis fastis pagina exarata est, cuius numquam memoria delebitur. Revera, cum calamitosis temporibus vixisset, ipse tam impense se addixit miseris iuvandis eorumque corporis animique infirmitatibus curandis, ut nullum fere aerumnarum genus fuerit ab eodem neglectum. At praesertim erga pueros, qui parentibus orbati erant, misericordia permotus, primus orphanotrophia pro ipsis in variis Italiae urbibus erexit, vestraque Congregatione condita, orphanis non solum hospitium victumque praebuit, verum etiam curavit ut eosdem rite institueret, artem doceret christianisque moribus imbueret. Qua in re adeo eius exemplum refulsit, ut Decessor Noster f. r. Pius XI ipsum, die xiv Martii anno **MCMXXViii**, orphanorum et derelictae iuventae Patronum universalem declaraverit.[1]

Haec omnia memoratu digna ac gratissima sunt, cum clare inde pateat quantum possit catholica religio ad hominum animos recte excolendos, et quam tutum validumque Christi caritas remedium praebere valeat ad societatis mala aerumnasque allevanda.

Quare a Deo caelestia auxilia adprecati, ut ex statis celebrationibus actuosior ferveat vestra caritas, ac vos ad generosa opera suscipienda alacrius usque excitemini, tibi, dilecte Fili, universae Congregationi tuae iisque omnibus qui S. Hieronymo Emiliani digne celebrando dant operam, Apostolicam Benedictionem, supernorum munerum auspicem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die v Aprilis, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

[1] Cfr. *A. A. S.*, XX (1928) p. 147.

II

Ad E.mum P. D. Iulium S. R. E. Cardinalem Döpfner, Archiepiscopum Monacensem et Frisingensem, quem Legatum deligit, ut celebritatibus praesideat Eucharistici Coetus Cuencae habendi ex universa Aequatoriana Republica.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cuencae, in urbe Aequatorianae Reipublicae prisca religionis observantia, amoenitate loci, maiorum memoriis inclita et nobili, delecta est sedes Eucharistici ex illa Natione Conventus. Qui — ut magno cum oblectamento a Venerabili Fratre Emmanuele Serrano Abad, Conchensi Archiepiscopo, percepimus — tum ad spirituales, tum ad externas res quod attinet, accurate et diligenter apparatur, ita ut laetissimi eventus exspectatio ibi sustineatur.

Nos, quorum nihil tam interest quam SS. Eucharistiae cultus collustrari et provehi, iam nunc id valde ominamur, ut stata sollemnia in gloriam augusti altaris Sacramenti magnifice cedant. Quo autem clariores exsistant Iesu Christo sub speciebus latenti publici deferendi triumphales honores, illic sacris celebrationibus et coetibus vicaria praesentia adesse cupimus. Quocirca libenter cedentes votis, quae illius regionis Antistites Nobis aperuerunt, te, Dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum deligimus, renuntiamus, constituimus, qui Nostram ibi geras personam.

Certa autem spe confidimus fore, ut praegrave commissum munus omni cum nitore et decore, et communi cum emolumento per sol vas atque gratissimam eius perfunctionis serves numquam casuram memoriam. Monacensis et Frisingensis sacer pastor, venerandae et nobilissimae Bavariae per occasionem profiteberis et in radiante lumine pones cum integram catholicam fidem, qua apud omnes ea claritudinem nominis assecuta est, tum maxime in Sacramentum mirabile obsequium et pietatis observantiam, quibus per saeculorum decursum ea in exemplum enituit. Decet sane pro temporis loco feliciter per te tanti exempli splendor longe puros radios emittat, ubi, quemadmodum aequinoctialis circulus, magis igneam det lucem ita oportere videtur, illo solis iustitiae perfundatur calore, quo vernat perpetuo vere Ecclesia.

Tuum igitur erit illic SS. Eucharistiae dignitatem multitudini fide-

lium, qui eo una simul coalescent, illustrare. Ne timueris, quin etiam immo gaude, quod magnitudini et amplitudini argumenti quasi oppressa maiestate tua succumbat oratio. « Quantum potes, tantum aude : quia maior omni laude, nec laudare sufficit

Sacrae liturgiae veluti sol, et Ecclesiae unitatis vinculum et causa, divina Eucharistia est, memoriale signum Passionis, mortis et resurrectionis Domini, Sacrificium unum Novi Foederis, quo realiter et mystice oblatio et immolatio Crucis victimae perpetuatur in infinitas supernae maiestatis gloriae laudes et gratiarum actiones, itemque sacramentum ceteris profecto praestantius, quin etiam horum perfectio et finis, quia non tantum significat et dat gratiam, sed ipsum gratiae Auctorem vere, realiter, substantialiter praeter rerum ordinem continet, robur panis vivi et vitalis, alimonium substantiale illius caritatis, qua Christi Corporis mystici membra inter se et cum Divino Capite cohaerent, a in aedificationem sui in caritate ».[2]

Quapropter eos, qui tantum mysterium fidei colunt, venerantur, sumunt, nihil tantum decet, quam ut ipsi benevolentiam, concordiam, pacem in se alant, atque insuper in humani generis consortione dulces fraternitatis nexus solident ac praeterea in mundum universum, cuius cives et particulae sumus, illam cognationem naturae et quasi concentum et consensum propagent, quam Graeci Gupi7rá&eia appellant. « O Sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum caritatis ! ».[3]

Haec aliaque rei consentanea Nostris verbis mysterium fidei celebraturus veridico ac diserto sermone loquere, atque in gaudium et profectum multorum, aeque ac tuum, id Vehementer cupimus, ut, quae ore et exemplo vitae severis, opimam piorum fructuum messem progignant ; illuc eas, inde revertaris « in abundantia benedictionis evangelii Christi)).[4]

Quodsi ex sententia contigerit, scito id Nobis admodum fore scitu iucundum, et rectae conscientiae tuae iusti futuram esse causam solacii.

Haec imo e pectore ominati, Apostolicam Benedictionem, superni praesidii auspicem et caelestium donorum pignus, peramanter impertimus ac per te eam volumus ad sollertissimum Conchensem Archiepiscopum, ad ceteros Sacrorum Antistites, ad magistratus, ad universos

[1] *Sequentia in festo SS. Corporis Christi.*

[2] *Eph.* 4, 16.

[3] S. Augustinus, *In Ioan. Ev.,* tract. XXVI, 13.

[4] *Rom.* 15, 29.

sacerdotes et fideles, qui Cuencae in Aequatore Eucharisticum e tota natione Conventum peragent, pertinere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die x mensis Aprilis anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

III

Ad E.mum P. D. Ioannem Carmelum S. R. E. Cardinalem Heenan, Archiepiscopum Vestmonasteriensem, quem Legatum eligit, ut sollemni ritui dedicationis Liverpolitani templi cathedralis praesideat.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Liverpolitanum templum cathedrale, quod ingenti nobilique opere aedificatum mox sollemni dedicabitur ritu, causam Nobis praebet, ut tibi, qui ut sedis illius olim Archiepiscopus id exstruere non modico ausu es aggressus, Venerabili Fratri Georgio Andreae Beck, tuo in eodem munere successori, qui rem alacriter est persecutus, clero et fidelibus, qui ad eam perficiendam egregium studium, magna quoque impendia facientes, contulerunt, gaudium Nostrum et gratulationem significemus.

Quandoquidem ergo feliciter iam contingit, ut ((finis coronet opus », palam simul ostenditur, quot utilitates capiantur, si sacri Pastores et greges ipsis commissi ad Dei gloriam inter se sociant labores. Ut ergo dedicationis sollemnibus plus momenti ac decoris accrescat, te, Dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum eligimus et renuntiamus, qui, Nostram gerens personam, iis praesideas; nec dubitamus, quin mandatum munus pro pastorali, qua ardes, sollertia fructuose sis executuri.

Ad artis rationes, quae nostris obtinet temporibus, constructa, haec domus Dei, utpote quae altius surgat et caelum quodam modo commonstret, eiusdem huius aetatis homines monet, ut ad Deum, rerum omnium Auctorem, cogitationes actionesque convertant; scilicet religionem moles eadem docet, et hortatur, ne ad materiam tantum et ad terrena commoda vita referatur humana.

Animorum etiam concordia et unitas hoc templo praedicari viden-

tur; ad quod bonum optatissimum non pervenitur nisi per Christum, id est nisi caritate compaginamur. Ut ait S. Augustinus, die dedicationis ecclesiae suae ad fideles habens sermonem : *Ligna ista et lapides si non certo ordine sibi cohaererent, si non se pacifice innecterent, si non se invicem, cohaerendo sibi, quodam modo amarent, nemo huc intraret.*[1] Itaque hominum consortio, praesertim autem christianae familiae spirituale aedificium exstruant oportet caritate, scilicet consensione mutua et tolerantia, et ita veri nominis pax tandem constabiliatur in mundo.

Praeterea hoc templum amplissimum, ubi Deus inhabitat, in animis vividam excitet cognitionem flagrantemque amorem Ecclesiae, quae est mater nostra communis. Huic unusquisque artius astringi se sentiat atque etiam Ei, qui Christi in terris vices gerit, et iis, qui, episcopali munere fungentes, curam agunt sibi crediti gregis.

Quoniam vero praeclara haec aula divinis ritibus aptissima esse cognoscitur, exardescat etiam eorum studium, ita ut singuli coetus liturgicos ut membra mystici Corporis Christi participent et sic coniunctim Deum colant ac deprecentur.

Templum denique notionem ac desiderium suggerit beatissimae illius sedis caelestis, ubi donis frui licet in aevum sempiternum, quae aspectu oculorum comprehendi neque auribus percipi neque ulla cogitatione queunt adumbrari : *Aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in caelis.*[2] Profecto illa vita numquam defutura veram significationem verumque momentum brevi tribuit terrenae huic et saepe arduae peregrinationi.

Haec videtur Nobis loqui insigne istud pietatis monumentum. Quod dum animo Nostro suaviter commoto obversatur, tibi, Dilecte Fili Noster, Liverpolitano, quem diximus, Archiepiscopo ceterisque sacris Pastoribus, ornatissimis Viris in publica re versantibus, clero et fidelibus, qui dedicationis sollemnibus intererunt, Benedictionem Apostolicam, supernorum munerum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, libenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Maii, in festo Ascensionis Domini, anno **MCMLXVII**, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

[1] *Serm.* 363 : *PL* 38, 1472.
[2] *2 Cor.* 5, 1.

ALLOCUTIONES

I

Cardiologis paediatris Romae quintum internationalem Conventum habentibus. *

Chers Messieurs,

Comme Notre vénéré prédécesseur Jean XXIII le fit en 1960 en accueillant les participants de votre III[ème] Congrès, Nous sommes heureux de vous souhaiter à Notre tour la bienvenue dans Notre demeure, à vous qui êtes venus de toutes les parties d'Europe et d'Amérique du Nord participer à Rome aux travaux du cinquème Congrès de l'Association européenne des cardiologues pédiatres. Nous voudrions profiter de cette rencontre pour répondre, ne fût-ce que brièvement, aux graves questions d'ordre moral que vous posez et que votre illustre interprète vient d'évoquer.

Ces problèmes de conscience ne concernent d'ailleurs pas seulement les spécialistes que vous êtes de la Physiopathologie cardiologique de l'enfant ou de la chirurgie des cardiopathies infantiles, mais ils intéressent la médecine en général.

Comment concilier, sur le plan moral, les besoins de chaque malade pris individuellement et les exigences d'ordre hygiénique et sanitaire de la communauté humaine prise dans son ensemble? Comment résoudre le dilemme qui se pose à la médecine d'aujourd'hui : en voulant sauver ou prolonger à tout prix des vies humaines amoindries et affaiblies par la naissance ou la maladie, ne risque-t-on pas d'imposer à la collectivité, nationale ou mondiale, un fardeau qui menace de mettre en cause son équilibre économique, social et humain, spécialement dans les pays en voie de développement?

Graves questions, assurément ! Et Nous ne prétendons pas leur donner, ici devant vous, une réponse exhaustive et définitive. Veuillez ne voir dans Nos paroles que des points de référence, des orientations, des directives susceptibles de stimuler vos recherches ultérieures en vue d'une solution satisfaisante pour les esprits comme pour les cœurs.

Vous n'ignorez pas, chers Messieurs, comment et combien les pontifes romains ont eu à cœur de rappeler et de répéter inlassablement, surtout

* Die 12 mensis maii a. 1967.

en ces dernières décades, quels sont et demeurent à tout jamais les fondements d'un ordre humain respectueux à la fois de la personne et de la communauté, de chaque homme et de l'ensemble des membres de la famille humaine.

C'est à la lumière de cet enseignement qu'il faut s'efforcer de résoudre le cas de conscience que vous et beaucoup de vos collègues médecins vivez en cette heure difficile de l'histoire.

Cette heure marquée par la conscience que prend l'humanité de son unité et de sa solidarité, de l'interaction de tous les problèmes majeurs qui se posent à elle, de l'interdépendance des personnes et des peuples à tous les plans de la vie collective. C'est dans ce vaste cadre qu'il convient de situer vos problèmes. A une interrogation à l'échelon mondial, il faut donner une réponse de même dimension. Mais la considération de l'aspect communautaire du problème ne pourra jamais s'imposer au point de prévaloir sur les prérogatives inaliénables de la personne humaine.

Tout être humain en effet, vous en êtes bien convaincus, est une personne. Comme tel, il est sujet de droits et de devoirs universels et inviolables.[1] Parmi ces droits figurent le droit à l'existence, et en conséquence le droit à l'intégrité physique, à la sécurité en cas de maladie.

Et ce droit à la vie entraîne pour chaque individu, et pour la société entière, le devoir de la conserver, même au prix de grands et lourds sacrifices.

Le bien commun universel ne saurait en effet se concevoir et se définir sans cette référence primordiale à l'individu considéré comme personne, créée à l'image et à la ressemblance de Dieu. C'est cette vérité première que l'homme est, selon l'expression de Pie XII, « le sujet, le fondement et la fin » de la vie en société,[2] qui doit servir de norme suprême à toute éthique fondée sur la raison, et à toute déontologie médicale.

Il est donc normal, Nous semble-t-il, que dans l'aspiration universelle des hommes à un développement intégral et solidaire,[3] tous ceux qui sont investis de quelque responsabilité — comme c'est votre cas — aient à cœur de tout mettre en œuvre pour réduire les grands fléaux qui pèsent sur l'humanité : la misère, la faim et la maladie. Et

[1] Cfr. Litt. Encycl. *Pacem in terris, A. A. S.* 55 (1963) p. 259.

[2] Radiomessage de Noël 1944, *A. A. S.* 37 (1945) p. 12.

[3] Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* passim.

si parmi les nombreux impératifs de l'heure il fallait assigner des urgences et des priorités, c'est précisément aux faibles, aux pauvres et aux infirmes qu'il faudrait les accorder.

Mais cela, Nous Nous en rendons bien compte, ne fait que rendre encore plus difficile la solution de votre problème : comment concilier le respect dû à chaque personne avec les contraintes qu'impose aujourd'hui la vie en société?

Nous n'ignorons pas non plus que les dépenses qui s'inscrivent au chapitre de la santé se font toujours plus lourdes pour les collectivités ; et on peut prévoir qu'il deviendra nécessaire, dans un proche avenir, de procéder en ce domaine à des options et à des choix décisifs. Suivant quels critères s'exerceront ces choix?

Nous avons eu à plusieurs reprises l'occasion de manifester, à la suite de Nos prédécesseurs immédiats, ce qui pourrait être une possibilité ou amorce de solution. Elle consisterait dans la réduction progressive, simultanée et généralisée des armements militaires. En mettant fin à cette course épuisante, devenue à l'heure présente, comme Nous l'avons dit ailleurs, un « scandale intolérable)),[4] des sommes importantes pourraient être investies dans la construction d'hôpitaux, dans l'aménagement sanitaire des territoires en voie de développement, pour la formation du personnel médical nécessaire.

C'est donc sans nul doute en respectant la valeur sacrée de la vie, de la vie de chaque homme, la dignité de la personne, fût-elle malade ou infirme, que vous resterez les dignes continuateurs des générations de médecins dont l'honneur suprême a été de conserver et de défendre le bien le plus précieux de l'homme : la vie.

Ce sera également votre honneur d'essayer, par les moyens qui sont les vôtres, d'éclairer à ce sujet l'opinion publique et de faire mieux comprendre aux gouvernants leurs responsabilités. Car votre profession, par ses implications multiples sur le plan social et civique, peut contribuer à promouvoir à la fois, dans une heureuse harmonie et un juste équilibre, la cause des individus et celle de la société.

Puissent ces quelques remarques, Chers Messieurs, vous stimuler dans vos recherches, et vous aider à poursuivre votre noblie mission au service de l'enfance souffrante! Regardez chaque malade, chacun de ces petits qui vous est confié, avec le regard de celui qui a été l'ami des enfants : Jésus-Christ. Tout ce que vous aurez fait au plus petit parmi

[4] Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 53.

les enfants des hommes, sachez que c'est au Christ lui-même que vous l'aurez fait ![5]

Nous ne voudrions pas prendre congé de vous sans invoquer de grand cœur sur les travaux de votre Congrès, comme sur vos personnes, une particulière abondance de grâces. En gage de celles-ci et en témoignage de Notre bienveillance, Nous vous accordons, ainsi qu'à vos collègues et aux malades dont la vie est confiée à vos soins, une paternelle Bénédiction Apostolique.

II

Catholicis fidelibus e Vietnamiens! Natione coram admissis, qui ad Fatimense Mariale templum peregrinationis iter perfecerunt. *

Chers fils du Peuple Vietnamien,

Soyez les bienvenus dans la maison du Père Commun !

Passant par Rome au retour de votre pèlerinage à Fatima, vous avez voulu manifester votre attachement et celui de vos compatriotes au Vicaire du Christ. A Notre tour, Nous sommes heureux de vous accueillir ; heureux de pouvoir bénir la statue de la Vierge, qui va prochainement visiter en pèlerine les villes et les villages de votre Patrie, pour recueillir partout l'hommage de votre amour filial ; heureux aussi de saisir l'occasion de cette rencontre familière pour vous redire que le Pape aime le Vietnam, tout le Vietnam — celui du Nord, du Centre et du Sud — qu'il prie, qu'il souffre, qu'il fait tout ce qui est en Son pouvoir pour le retour de la paix dans votre chère Patrie, pour sa prospérité et son développement économique et social.

C'est une joie pour Nous de savoir que dans l'immense foule rassemblée à la Cova d'Iria pour honorer la Vierge Marie il y avait aussi des Vietnamiens, qui ont prié avec Nous pour la paix de l'Eglise et pour la paix du monde.

Et il Nous est facile d'imaginer avec quelle ferveur, avec quelle foi vive et ardente vous aurez demandé avec Nous, pour votre pauvre Pays tourmenté et affligé, le don de la paix. C'est pour obtenir cette paix, la vraie paix à laquelle vous aspirez — la paix dans la justice, dans la liberté, dans le respect des valeurs sacrées de la personne humaine —

[5] Cfr. *Matth. 25,* 40.

* Die 24 mensis maii a. 1967.

que Nous n'avons pas hésité à intervenir en adressant à tous les responsables des appels insistants et répétés.

C'est pour prier pour la paix que Nous avons entrepris le voyage de Fatima. Et en ce jour mémorable, Nous avons invoqué l'intercession de la Mère du Christ, lui demandant d'obtenir que l'amour l'emporte enfin sur la haine, l'esprit de sincère fraternité sur la division des âmes. Et dans cette prière, Notre première pensée était pour votre Pays, où on combat encore et où on meurt, où on pleure et où on souffre, où tant des vôtres sont contraints à abandonner ce qu'ils ont de plus cher pour chercher refuge ailleurs.

Ces jours derniers, à vrai dire, une pause dans les combats au Vietnam avait permis à vos compatriotes un instant de répit, qui avait accru le désir et l'espoir de la paix définitive. Nous aurions voulu que ce moment de trêve fît réfléchir les responsables, leur fît comprendre que, pour arriver à une paix durable, il ne suffit pas de suspendre les actes de guerre : il faut écarter les causes qui donnent à la guerre sa triste t et fatale puissance.

Il faut, donc, que cessent les bombardements sur le territoire du Nord, et il faut que cessent en même temps les infiltrations d'armes et de matériel de guerre dans le Sud ; il faut aussi que cessent tous les actes de terrorisme, qui ne servent ni à l'honneur du bon et laborieux peuple vietnamien, ni à la concorde, ni à la paix tant désirée : en un mot, que cesse toute forme de violence!

C'est dire que pour obtenir la paix, il faut d'abord la vouloir sincèrement. C'est dans les coeurs qu'elle doit naître, avec la volonté d'engager d'honorables pourparlers, et le désir, également sincère de part et d'autre, de voir triompher pour tous la liberté et la fraternité.

A cette régénération des âmes, aujourd'hui si exacerbées et si opposées, peuvent contribuer, plus que tout autre facteur, le sentiment religieux et l'aide'divine. Et c'est pourquoi Nous ne cessons de faire recours à la prière et d'inviter tous les croyants à le faire également. Ce n'est pas là s'évader de la réalité des choses, mais bien plutôt se placer vraiment au cœur des réalités humaines.

En rentrant dans vos foyers, chers fils, exhortez tous vos frères à cette confiance dans le secours d'en-haut, assurez-les tous de l'amour du Pape pour le peuple vietnamien tout entier, et portez à tous, avec Nos paternelles salutations, Notre plus affectueuse Bénédiction Apostolique.

III

Ad Excellentissimum Virum Paulum van den Boeynants, Supremi Consilii publicae rei administrandae in Belgio Praesidem. *

Monsieur le Premier Ministre,

A quelques semaines de la visite que Votre Excellence voulait bien Nous faire en forme privée, ce Nous est une joie de vous accueillir aujourd'hui en forme officielle comme Premier Ministre d'un Pays auquel Nous attachent des liens anciens d'estime et d'affection.

Il n'y a pas beaucoup plus d'un an que Votre Excellence était appelée, par la confiance de son Souverain et celle de ses concitoyens, à prendre en main la direction du Gouvernement Belge. Nous aimons à penser que le dévouement qu'elle apporte à s'acquitter de cette tâche, son sens patriotique, son souci du bien commun, lui permettront d'enregistrer des résultats toujours plus encourageants pour l'avenir heureux et prospère de sa chère Patrie. Et la circonstance qui vous amène à Rome témoigne, en tout cas, de la volonté de votre Pays de contribuer activement, pour sa part, à assurer la vitalité des nouvelles institutions européennes.

La Belgique, présente au rendez-vous du Dixième Anniversaire des Traités qui ont institué le « Marché Commun » et l'((Euratom », s'honore d'avoir collaboré efficacement et de multiples manières à ce rapprochement fraternel entre nations, dont on commence à recueillir maintenant les fruits. Elle offre, sur son territoire, un siège à la « Communauté Economique Européenne ». De grands « européens » sont sortis de son sein, dont l'un au moins, Monsieur Paul Henri Spaak, mérite bien d'être mentionné ici en ce jour, puisqu'il fut le premier à apposer sa signature au bas des Traités de Rome.

Ce rappel des devanciers n'enlève rien au mérite de leurs continuateurs. L'Evangile nous l'enseigne : autre est le semeur, autre le moissonneur ! Mais l'un et l'autre participent à la joie commune des fruits de la moisson. L'un et l'autre honorent la communauté à l'édification de laquelle ils ont travaillé. Puissent les premiers et encourageants résultats de tant d'efforts être suivis de bien d'autres, pour le bon équilibre et l'heureux développement de cette Europe, porteuse d'un si riche patrimoine d'histoire et de culture!

* Die 29 mensis maii a. 1967.

Au cœur de cette Europe, la Belgique affronte avec courage ses problèmes particuliers, dont nul ne saurait méconnaître la complexité. Nous pensons, en particulier, à ceux qui découlent de l'harmonie à réaliser entre les traditions religieuses du Pays et les exigences du développement d'un Etat moderne, et Nous aimons à évoquer devant vous à ce propos une institution qui Nous est particulièrement chère en raison des éminents services qu'elle a rendus à l'Eglise : l'Université Catholique de Louvain. Qu'il Nous soit permis de souhaiter que le concours de toutes les bonnes volontés réussisse à assurer à ce remarquable foyer de science et de culture un avenir digne de son glorieux passé.

C'est avec ces vœux dans le cœur et sur les lèvres qu'il Nous plaît, Monsieur le Premier Ministre, de vous accueillir aujourd'hui au Vatican. Nous y ajouterons tous ceux que Nous formons également pour Monsieur le Ministre des Affaires Etrangères, pour Monsieur le Ministre des Affaires européennes et pour les autres distinguées personnalités qui vous entourent, pour toute la noble Belgique, pour ses Souverains et pour ses laborieuses populations, dont Nous connaissons bien les sentiments chrétiens et l'attachement à l'Eglise, et sur lesquelles Nous invoquons de grand cœur, ainsi que sur vous-même et sur votre famille, l'abondance des divines Bénédictions.

IV

Honorabilibus membris e Consiliis exsecutoribus Europaearum Consociationum v. d. « Communauté Economique Européenne » et « Communauté Européenne de l'Energie Atomique ». *

Nous sommes très heureux, Messieurs, que la célébration du Dixième Anniversaire des « Traités de Rome » Nous procure l'honneur et le plaisir de rencontrer un groupe de personnalités aussi qualifiées que les vôtres. Membres des Commissions executives de la Communauté Economique Européenne (C.E.E.) et de la Communauté Européenne de l'Energie Atomique (EURATOM), vous êtes à Nos yeux des spécialistes de l'idée européenne, ou pour mieux dire, vous êtes « l'Europe en marche ». Et Nous avons bien des raisons de Nous réjouir et de vous féliciter de l'excellent et patient travail auquel vous vous livrez, et grâce auquel sont surmontées une à une — à travers les vicissitudes

* Die 29 mensis maii a. 1967.

inhérentes à toutes les entreprises humaines — les difficultés qui s'opposent à la réalisation de l'union européenne : union que tant de bons esprits, aujourd'hui, considèrent non seulement comme désirable, mais comme nécessaire et urgente, sur le plan économique d'abord, et ensuite, s'il se peut — et, bien entendu, dans le respect des diversités imposées par l'histoire — sur le plan politique.

Nous n'avons pas compétence pour entrer dans des considérations techniques sur ce double plan. Mais pour autant que Nous en pouvons juger, à considérer les résultats de vos activités en ces dix années, le bilan des communautés européennes instituées par les Traités de Rome apparaît nettement positif.

Peu spectaculaires, peut-être, peuvent apparaître les résultats enregistrés par l'EURATOM, qui se heurtait aux difficultés d'une Europe non encore pleinement entrée dans l'ère atomique. Il n'est que juste cependant d'enregistrer la part que cette nouvelle institution a prise au développement de la recherche nucléaire. Et un regard vers l'avenir permet d'entrevoir les immenses bienfaits qu'on peut attendre, pour le continent européen, de l'utilisation de l'énergie atomique à des fins pacifiques, comme serait, par exemple, la production d'électricité.

Mais c'est surtout dans le domaine de la Communauté Economique Européenne que sont frappants pour tout observateur, même profane, les progrès réalisés au cours de ces dix années : il s'agit, pour autant que Nous en sommes informé, d'un abaissement considérable des tarifs douaniers, en avance même sur le programme prévu; de la libre circulation — assurée ou en voie de réalisation — pour les produits agricoles et industriels, pour les personnes, les entreprises, les services, les capitaux, à l'intérieur des six pays; de la mise en œuvre de politiques économiques et sociales communes; tout cela entraînant une augmentation notable de la production industrielle et des échanges commerciaux entre les six pays et avec l'extérieur : bref, « Europe des Six », comme on l'appelle, avec ses cent quatre-vingt millions d'habitants, est en train de devenir, grâce aux institutions qu'elle s'est données, un facteur économique de première importance pour le bon équilibre de la communauté humaine.

Cette réussite, dont on ne peut que se réjouir, a une autre conséquence : elle a valeur d'exemple et force d'attraction. D'autres nations, en Europe et hors d'Europe, sont, pour ainsi dire, attirées dans l'orbite de la communauté européenne, et certaines concluent avec elle des con-

trats d'association, qui seront, sans nul doute, bienfaisants pour l'une et l'autre des parties en cause.

Le mouvement, par surcroît, se présente désormais comme irréversible, et les perspectives d'avenir sont des plus encourageantes.

Voilà des faits et des espoirs qui s'inscrivent dans l'histoire, et dont nul ne peut plus désormais ignorer ou méconnaître la portée. Vous êtes, bien plus et mieux que Nous, Messieurs, à même d'en mesurer tout le prix; et si Nous Nous sommes permis d'y faire allusion, vous saurez ne voir, dans ces brèves notations, qu'une preuve de l'attention avec laquelle Nous suivons l'évolution des nouvelles institutions européennes, et de l'intérêt réel et soutenu que porte l'Eglise à vos travaux.

L'Eglise suit en effet de très près tout ce qui se rapporte à la construction de l'Europe. Les déclarations de Nos prédécesseurs à ce sujet — qu'il s'agisse de Pie XII ou de Jean XXIII — ont été largement répandues et vous sont connues. Et vous savez que Nous avons Nous-même, plus d'une fois, encouragé de tout Notre pouvoir ceux dont l'action s'exerçait en faveur de l'unité européenne.

Y aurait-il là, de la part d'une puissance spirituelle, comme l'Eglise, un dessein politique? Nullement.

Mais il y a rencontre et harmonie entre un grand dessein politique et des principes généraux sur l'homme et la société, dont l'Eglise a été constituée gardienne et qu'elle s'efforce de promouvoir de toutes ses forces pour le bien de l'humanité.

Votre très digne interprète a mis l'accent, avec un grand bonheur d'expression, sur le point précis où se rencontrent l'Eglise et les communautés européennes quand il a dit qu'elles étaient ((une œuvre de paix ».

Vous travaillez pour la paix : l'Eglise aussi travaille pour la paix. Voilà notre point de rencontre.

Et si l'Eglise agit ainsi en vertu de principes supérieurs et suivant des méthodes qui conviennent à une société de nature spirituelle, elle estime que, dans l'ordre des choses de ce monde, les moyens que vous employez sont parmi les plus aptes à atteindre le but désiré.

Les E,tats européens auraient pu, certes, au lendemain des deux sanglants conflits qui ont désolé le monde, et qui — votre interprète l'a rappelé aussi fort à propos — sont nés en Europe, ils auraient pu se limiter à signer des protocoles et à mettre solennellement la guerre hors la loi. L'histoire enseigne que de tels gestes se révèlent souvent, hélas ! théoriques et inefficaces.

Vous avez fait mieux, vous et vos devanciers : vous avez mis en place et vous perfectionnez de jour en jour un réseau concret de relations fondées non plus sur la prédominance du plus fort, mais sur des intérêts communs, amenant à conclure des accords et à échanger des services. En faisant tomber ainsi les barrières et les antagonismes, vous visez à assurer un ordre durable en Europe occidentale, et à y rendre impossibles effectivement — on peut l'espérer, cette fois — de nouvelles guerres européennes. Et en construisant ainsi la paix sur un continent, vous contribuez à la raffermir dans le reste du monde. Voilà pourquoi l'Eglise vous approuve et vous encourage. Voilà pourquoi elle vous offre de grand cœur l'appui de ses principes moraux et de ses forces spirituelles, qui sont, pour l'édifice de l'Europe qui se construit, un élément de cohésion de premier ordre.

theologico-pastoralium tum quamplurimis efformandi sacerdotes, religiosos ac laicos rei pastoralis vere peritos. In decem hactenus transactis annis Institutum, postquam antea breves tantum instruxit Cursus sacerdotibus praesertim instituendis, postremis vero his annis plenum Cursum biennem constituit qui, fundamentali institutione in disciplinis pastoralibus oblata, specialisationem persequitur triplici in sectione, Catechetica nempe, Liturgica ac Laici Apostolatus. Quapropter eiusdem Universitatis Rector praeterito anno a Sacra Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus instanter petivit ut idem Institutum tamquam Biennium Superius Studiorum Pastoralium approbaretur atque Facultati Theologicae insereretur. Eadem nunc Sacra Congregatio, preces Clar.mi Rectoris benigne suscipiens, potestate ab Augusto Pontifice Paulo Div. Prov. Pp. VI sibi tributa, ad Dei O. M. gloriam Ecclesiaeque decus atque incrementum, memoratum Institutum Pastorale, Matriti vigens, hoc Decreto *Facultati Theologicae Pontificiae Universitatis Ecclesiasticae Salmanticensis includit inclusumque declarat* atque ad dignitatem academicam ita *erigit* ut ad doctoratum S. Theologiae Licentiatos peculiari biennio ((specialisationis » perducere valeat, servatis tum in generalibus Universitatis tum in peculiaribus Instituti ad hoc approbatis Statutis praescriptis normis, addita potestate conferendi auditoribus, qui praestitutum praelectionum cursum ad normam peculiarium Statutorum rite frequentaverint, Diploma Magisterii vel Peritiae in Theologia Pastorali aut Testimonium Habilitationis Pastoralis, ceteris omnibus servatis de iure servandis, ad praelectionum celebrationem atque ad examina et scripto et ore superanda in primis quod attinet; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Seminariis studiorumque Universitatibus praepositae, d. **xxxi** m. maii, in festo B. M. V. Reginae, a. D. **MCMLXVII.**

$B I- Card. **PIZZARDO,** *Praefectus*

© **G.** M. **GARRONE,** Archiep. Turren, in Num., *Pro-Praefectus*

A. Parisella, *Subsecretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ANGELORUM IN CALIFORNIA

Nullitatis matrimonii (Bateman - Fellner - Sheets)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Francisci Fellner et domini Ioannis Sheets, conventorum in causa de qua supra, eosdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram S. Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 2 octobris 1967, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii Bateman-Fellner et Bateman-Sheets.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorations praedictorum dominorum Francisci Fellner et Ioannis Sheets, curare debent ut ipsi de hac edictali citatione rite moneantur. *

Henricus Ewers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 5 mensis iunii a. 1967.

Victorius Palestro, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. François Fellner et de M. Jean Sheets, défendeurs en cette cause, nous les citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 2 octobre 1967, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous, rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage Bateman-Fellner et Bateman-Sheetsf

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. François Fellner et dudit M. Jean Sheets, devront,, dans la mesure du possible, les avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, **29** maggio **1967,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza l'On. **PAUL VAN DEN BOEYNANTS**, Primo Ministro del Belgio.

Mercoledì, **31** maggio **1967,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza il Generale **CHARLES DE GAULLE**, Presidente della Repubblica Francese.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

26 giugno 1967. Il Revmo Monsig. Uhac Giuseppe e gli Illmi e Revmi Monsignori Rotoli Ippolito e Travia Antonio, *Ablegati Apostolici per la presentazione della Berretta Cardinalizia* alle Loro Eccellenze Revme i Monsignori Riberi Antonio, Nunzio Apostolico in Spagna, de Furstenberg Massimiliano, Nunzio Apostolico in Portogallo, e Grano Carlo, Nunzio Apostolico in Italia.

29 » » S. E. Revma Monsig. Philippe Paolo, Arcivescovo tit. di Eracleopoli Maggiore, *Segretario della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Mauro Antonio, *Segretario della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Casaroli Agostino, *Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

28 maggio 1966. S. E. Revma Monsig. Aubin Giovanni Maria, Vescovo tit. di Antifello.

16 febbraio 1967. S. E. Revma Monsig. Leonetti Tommaso, Arcivescovo di Capua.
24 » » S. E. Revma Monsig. Brunner Giorgio, Vescovo di Middlesbrough.
12 aprile » S. E. Revma Monsig. Cule Pietro, Vescovo di Mostar.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

5 aprile 1966. Monsig. Hanse Enrico F. (Greensburg).
» » » Monsig. Fusco Nicola (Greensburg).
23 maggio » Monsig. Gallissaires Carlo (Bordeaux).
» » » Monsig. Traverse Giacomo (Bordeaux).
» » » Monsig. Laroza Oliviero (Bordeaux).
1 dicembre » Monsig. Tracy Giuseppe F. (New York).
31 gennaio 1967. Monsig. McNulty Antonio (Salford).
14 marzo » Monsig. Ramatschl Paolo (Breslavia).
17 » » Monsig. Jacovelli Mario (Tivoli).
6 aprile » Monsig. Massimi Giuseppe (Sabina e Poggio Mirteto).
10 » » Monsig. Forde Daniele (Maitland).
» » » Monsig. Boehm Mario (Milano).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

19 giugno 1967. L'Illmo e Revmo Monsig. Mariani Goffredo, *Sottosegretario della Sacra Congregazione Concistoriale.*
» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Zagon Giuseppe, *Delegato per l'Emigrazione.*
29 » » S. E. Revma Monsig. Benelli Giovanni, Arcivescovo tit. di Tusuro, *Sostituto della Sua Segreteria di Stato per gli Affari Ordinari e Segretario della Cifra.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di Sua Santità:

5 dicembre 1966. Monsig. Borzi Attilio (Palestrina).
30 gennaio 1967. Monsig. McKenna Tommaso Gerardo (Liverpool).
7 febbraio » Monsig. Van Brabant Giuseppe (Antwerpen).
13 marzo » Monsig. Menezes Vinibaldo Giuseppe (Bombay).
16 » » Monsig. Faeti Giuseppe (Siena).
» » » Monsig. Fracassi Guglielmo (Siena).
» » » Monsig. Maccherini Luciano (Siena).

20	marzo	1967.	Monsig. Cinotti Vincenzo (Alife).
»	»	»	Monsig. Grillo Espedito (Alife).
»	»	»	Monsig. Vaccaro Luigi (Alife).
2	aprile	»	Monsig. Noirot Marcello (Saint-Claude)
4	»	»	Monsig. Bonicelli Gaetano (Bergamo).
»	»	»	Monsig. Casadei Aldo (Cesena).
10	»	»	Monsig. Sposito Luigi (Sorrento).
9	maggio	»	Monsig. Peressin Mario (Concordia).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità.

3	settembre	1966.	Monsig. Ispanki Bela (Esztergom).
11	novembre	»	Monsig. Robié Paolo (Ljubljana).
15	dicembre	»	Monsig. Castro Peña Giorgio (San Salvador).
»	»	»	Monsig. Urioste Bustamante Riccardo (San Salvador).
20	»	»	Monsig. Massing Ludovico (Jujuy).
27	gennaio	1967.	Monsig. Casillas Brambila Giuseppe (Tepic).
»	»	»	Monsig. Ramírez Giuseppe (Tepic).
»	»	»	Monsig. Ramos Gradilla Ladislao (Tepic).
»	»	»	Monsig. Rocha García Leandro (Tepic).
14	febbraio	»	Monsig. Fierro Giuseppe (Vallo della Lucania).
28	»	»	Monsig. Cortesini Domenico (Roma).
1	marzo	»	Monsig. Capitanata Leone (Roma).
8	»	»	Monsig. Basso Giovanni (Alba).
»	»	»	Monsig. Castella Giuseppe (Alba).
»	»	»	Monsig. Mignone Mario (Alba).
»	»	»	Monsig. Sampò Michele (Alba).
»	»	»	Monsig. Pascale Giuseppe (SSma Trinità di Cava dei Tirreni).
		»	Monsig. Scaramozza Gerardo (SSma Trinità di Cava dei Tirreni).
»		»	Monsig. Vassalluzzo Mario (SSma Trinità di Cava dei Tirreni).
13	»		Monsig. Pereira Teodoro Antonio (Bombay).
	»		Monsig. da Piedade Pereira Macario B. (Bombay).
	»		Monsig. Bagnaia Sante (Viterbo e Tuscania).
»			Monsig. Del Ciuco Salvatore (Viterbo e Tuscania).
»	»		Monsig. Menghini Mario (Viterbo e Tuscania).
»			Monsig. Ricci Giuseppe (Viterbo e Tuscania).
16			Monsig. Ancilli Bruno (Siena).
»			Monsig. Cini Alberto (Siena).
			Monsig. Lotti Aldo (Siena).
»	»		Monsig. Pagliai Ettore (Siena).
»	»		Monsig. Sprugnoli Riccardo (Siena).
20	»		Monsig. Bisceglia Pasquale (Alife).
	»		Monsig. Piazza Francesco (Alife).
»	»		Monsig. Ricigliano Raffaele (Alife).
30	»		Monsig. Biciunas Giovanni (Roma).
1	aprile		Monsig. Lotti Gino (Siena).
3	»		Monsig. Duca Simeone (Porto e S. Rufina).

4	aprile	1967.	Monsig. Ridolfi Silvano (Cesena).
11	»	»	Monsig. Sandra Claudio (Anglona-Tursi).
»	»	»	Monsig. Boveri Riccardo (Tortona).
25	- »	»	Monsig. Vigato Erminio (Padova).

Cappellano segreto d'onore di Sua Santità:

13	marzo	1967.	Monsig. Facchiano Annibale (Lucera).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano :

14	aprile	1967.	Al sig. Gianni Anacleto (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

12	aprile	1967.	Al sig. Salom Pedementi Malaspina Diego (Tortona).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

18	aprile	1967.	Al sig. González-Olaechea Emmanuele *(Perù).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14	aprile	1967.	Al sig. Luti Ferdinando (Firenze).
»	»	»	Al sig. Soin Giuseppe (Firenze).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

23	maggio	1966.	Al sig. Hulton Goffredo (Salford).
20	gennaio	1967.	Al sig. Di Girolamo Angelo (Roma).
»	»	»	Al sig. Mariani Roberto (Roma).
10	febbraio	»	Al sig. Lignola Carlo (Napoli).
21	»	»	Al sig. Carusi Vinicio (Roma).
24	»	»	Al sig. Gleijeses Mastelloni Renato (Napoli)
8	marzo		Al sig. Goris Renato (Antwerpen).
13	»	»	Al sig. Clementelli Mario (Roma).
»	»		Al sig. Di Lustro Diego Mario (Lecce).
15	»	»	Al sig. Henao-Osorio Ignazio *(Colombia).*
30	»	»	Al sig. Sansoni Italo (Roma).
»	»		Al sig. Gundogdu Can *(Turchìa).*
1	aprile	»	Al sig. Zuppi Enrico (Roma).
4	»		Al sig. Canestrari Alessandro (Verona).
6	»	»	Al sig. De Rubeis Tullio (L'Aquila).
»			Al sig. Gramellini Mario (L'Aquila).

11	aprile	1967.	Al sig. Frey Giorgio (Augsburg).
»	»	»	Al sig. Eiva Francesco (Ivrea).
18	»	»	Al sig. Lazzaro Nicola (Castellaneta).
19	»	»	AI sig. Angell Oscar *(Norvegia).*
»	»	»	Al sig. Per Thee Naedval *(Norvegia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

22	gennaio	1965.	Al sig. De Fonit Reaulx Giacomo (Avignon).
5	marzo	1966.	Al sig. Fitzgerald-O'Connor Geraldo (Birmingham).
28	luglio	»	Al sig. Holman Tommaso Federico (Birmingham).
30	novembre	»	Al sig. Ruello Vittore (Chartres).
»	»	»	Al sig. Colot Gerardo (Metz).
»	»	»	Al sig. Schneider Giovanni (Metz).
24	gennaio	1967.	Al sig. Beyerman Giacomo Marino ('s-Hertogenbosch).
28	»		Al sig. Poirier Emilio (Créteil).
16	febbraio		Al sig. Rochford Giacomo (Westminster).
21	»	»	Al sig. Verster Giovanni Battista Lorenzo (Breda).
»	»		Al sig. Schiphorst Giovanni Bernardo G. M. (Rotterdam).
3	marzo	»	Al sig. Quilley Alfredo (Portsmouth).
13	»	»	Al sig. Corgna Giovanni (Arezzo).
»		»	Al sig. Acerna Emilio (Roma).
»	»	»	Al sig. Caruso Carmelo (Roma).
»	»	»	Al sig. De Ruwe Giovanni Teodoro ('s-Hertogenbosch).
16		»	Al sig. Guagliardo Francesco (Palermo).
»	»	»	Al sig. Romand-Monnier Giuseppe M. Amedeo (Saint-Claude).
8	aprile		Al sig. Castelbarco Albani Marco Bruno (Urbino).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

14	aprile	1967.	Al sig. Pancrazi Vittorio (Roma).
19	»	»	Al sig. Ebbing Giovanni N. *(Norvegia).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6	aprile	1967.	Al sig. De Marinis Luigi (L'Aquila).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa :

30	novembre	1966.	Al sig. Mottironi Antonio (Roma).
10	dicembre	»	Al sig. Molinari Narciso Romano (Roma).
9	gennaio	1967.	Al sig. De Mori Augusto (Roma).
18	»	»	Al sig. Vitale Giuseppe (Salerno).
8	febbraio		Al sig. Van Den Aardweg Enrico Pietro (Haarlem).
7	»	»	Al sig. Matarrese Salvatore (Bari).
21	»	»	Al sig. De Jager Nicola (Gand).
24		»	Al sig. Marcantonio Camillo (Pescara).
8	marzo	»	Al sig. Van Eck Teodorico ('s-Hertogenbosch).
13	»		Al sig. Belloni Attilio (Roma).

16	marzo	1967.	Al sig. Belfiori Fernando (Roma).
»	»	»	Al sig. Bistolli Giovanni (Roma).
	»	»	Al sig. Moretti Domenico (Roma).
30	»	»	Al sig. Pancioli Francesco (Pescia).
»	»	»	Al sig. Mellone Felice (Roma).
1	aprile		Al sig. Lancini Pietro Giuseppe (Brescia).
»	»	»	Al sig. Macario Giuseppe (Brescia).
8			Al sig. Gallino Pietro (Alba).
13	»	»	Al sig. Mengozzi Giulio Cesare (Rimini).
18	»	»	Al sig. Diamantini Ivo (Senigallia).
»		»	Al sig. Paladini Dante (Senigallia).
19	»	»	Al sig. Naerby Giovanni *(Norvegia).*
»	»		Al sig. Tore Hiorth Oppegaard *(Norvegia).*

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa-.

22	gennaio	1965.	Al sig. Vignaud Marcello (Avignon).
28	gennaio	1966.	Al sig. Masson Ludovico (Avignon).
30	novembre	»	Al sig. Giovannini Pietro (Palestrina).
3	dicembre	»	Al sig. Imarisio Luigi Innocenzo (Casale Monferrato).
»			Al sig. Maessen Teodoro Uberto (Roermond).
	»	»	Al sig. Collignon Gisberto Antonio (Utrecht).
5	»	»	Al sig. Warner Leslie (Birmingham).
»	»	»	Al sig. Fortuna Angelo (Civitacastellana).
»	»	»	Al sig. Gagliardi Pio (Civitacastellana).
	»	»	Al sig. Valeri Franco (Civitacastellana).
»		»	Al sig. Primavera Rodolfo (Orte).
	»		Al sig. Chiapparelli Scipione (Palestrina).
9	»	»	Al sig. Bianchet Luigi (Belluno).
	»	»	Al sig. Miola Giovanni (Belluno).
	»	»	Al sig. Grava Angelo (Feltre).
»	»	»	Al sig. Piantoni Dante (San Severino).
	»		Al sig. Rocchi Michele (San Severino).
»		»	Al sig. Sabbatini Ar geo (San Severino).
10	»	»	Al sig. Bosman Guglielmo Marino B. (Haarlem).
»		»	Al sig. Van der Burg Adriano Pietro L. (Rotterdam).
12	»	»	Al sig. Kavelaars Michele Giovanni G. M. (Haarlem).
	»		Al sig. Sträter Federico Giuseppe (Haarlem).
	»	»	Al sig. Eijckelhof Guglielmo Antonio M. (Rotterdam).
16	»	»	Al sig. Zanone Efisio (Biella).
»	»		Al sig. Linhart Giovanni (Wien).
»	»		Al sig. Weghof er Antonio (Wien).
20	»	»	Al sig. Peters Ermanno C M . (Utrecht)
2	gennaio	1967.	Al sig. Prainito Giuseppe (Monreale).
9	»	»	Al sig. Vercesi Dante (Piacenza).
12	»	»	Al sig. Benzi Franco (Modena).
18	»	»	Al sig. Bisogno Vincenzo (Cava).
8	febbraio	»	Al sig. Bertoli Aldo (Brescia).
»	»	»	Al sig. Boninsegna Giovanni (Brescia).
»	»	»	Al sig. Scalvini Giovanni (Brescia).

3	febbraio	1967.	Al sig. Van Beurden Francesco Gerardo ('s-Hertogenbosch).
7	»	»	Al sig. Korst Antonio Gerardo Maria ('s-Hertogenbosch).
	»	»	Al sig. Herr Massimiliano (Roma).
»	»	»	Al sig. Moscatelli Onello (Roma).
10	»	»	Al sig. Cappelli Enrico (Roma).
»	»	»	Al sig. D'Ambrosio Nunzio Luigi (Matera).
21	»	»	Al sig. Van Harten Teodoro G. (Utrecht),
	marzo	»	Al sig. Imarisio Romolo (Casale Monferrato).
	»	»	Al sig. De Angelis Salvatore (SSma Trinità di Cava dei Tirreni).
1	aprile	»	Al sig. Cogi Giovanni (Brescia).
»	»	»	Al sig. Samà Vincenzo (Roma).
12	»	»	Al sig. Peretti Giovanni (Brescia).
14	»	»	Al sig. Burba Mario (Gorizia e Gradisca).
»	»	»	Al sig. De Vittor Arnoldo (Gorizia e Gradisca).

NECROLOGIO

26	giugno	1967.	Monsig. Vanni Pacifico Giulio, Arcivescovo tit. di Proconneso.
5	luglio	»	Monsig. Anyogu John of the Cross, Vescovo di Enugu.
8	»	»	Monsig. Nunes Coelho Manoel, Vescovo di Luz.
9	»	»	Monsig. Apear John Baptist, Vescovo di Ispahan degli Armeni.
10	»	»	Monsig. Fox Thomas Martin, Vescovo di Wilcannia-Forbes.
12	»	»	Monsig. Dubois Marcel Marie, Arcivescovo di Sinnada di Mauritania.
24	»	»	L'Emo Signor Card. Thomas Tien Ken-sin, del Titolo di S. Maria in Via, Arcivescovo di Peking.

An. et vol. LIX 7 Augusti 1967 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad Episcopos, ad Sacerdotes et Christifideles totius Catholici Orbis: de sacerdotali caelibatu.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1. SACERDOTALIS CAELIBATUS, quem Ecclesia quasi quandam nitentem suae coronae gemmam tutatur, in summa laude et aestimatione nostris etiam diebus est, cum sive hominum sensus sive corporearum rerum condiciones sunt fere penitus immutata.

Sed in nova huiuscemodi animorum aestuatione quorundam simul erupit proclivitas vel, ut verius dicamus, significata voluntas Christi Ecclesiam ad id impelléndi, ut hoc proprium ac suum institutum recognoscat, cuius conservationem, ut eorum fert opinio, et nostra tempora et nostri mores difficilem vel potius impossibilem efficiant.

2. Quapropter huius generis rerum statu, quo cum nonnullorum sacerdotum et sacerdotii candidatorum conscientia commovetur in diversumque trahitur, tum multorum fidelium animi perturbantur, Nobis veluti adigi ipsi videmur, ut, omni

cunctatione discussa, quod Venerabilibus Patribus Concilii promisimus teneamus, quibus esse Nobis propositum diximus, ut in hac temporum ratione novum decus novamque firmitatem sacerdotali caelibatui adderemus.[1] Quo interim spatio, non solum diu ferventerque Spiritum Paracletum ad necessaria lumina atque auxilia devocavimus, sed consilia etiam flagitationesque ante Dei oculos momentis suis ponderavimus, ad Nos undique, in primis vero a multis Ecclesiae Dei Pastoribus, delata.

3. Equidem fatemur magnam hanc quaestionem, quae in Ecclesia de sacro cleri caelibatu est, longum tempus pro sua amplitudine et gravitate in animo Nostro versatam esse. Etiamne nunc — ita Nobiscum quaerebamus — severa illa et nobilitante sponsione obligentur, qui sacris maioribus ordinibus initiari cupiant? Sitne hodie huic sponsioni et possibilis et consentanea obtemperatio? Tempusne advenisse putemus, cum vinculum dissolvatur, quo in Ecclesia caelibatus cum sacerdotio conectatur? Curnam integrum cuilibet potius non sit arduam hanc legem servare? Fructumne exinde sacerdotale munus capiat, et facilior fiat ad nos incatholicorum aditus? Quodsi praeclara sacri caelibatus lex in posterum etiam est servanda, quibusnam hodie rationibus eam esse sanctam et opportunam probemus? Quo posito, quibusnam modis lex eadem colenda, et ex onere in vitae sacerdotalis adiumentum convertenda?

4. Quae omnia dum meditaremur, ea maxime animum Nostrum subibant, quae variis argumentis contra sacri caelibatus custodiam et allata sunt et afferuntur. Etenim tam gravi implicataque materia quasi cogi videmur, ut pro apostolico, quo fungimur, ministerio cum rem ipsam tum in ea insitas quaestiones fideliter perpendamus, et, quemadmodum sive iniunctum officium sive creditum munus a Nobis postulant, eam demissa a Christo luce illustremus; eo nempe spectantes, ut non modo illius voluntati omnino oboediamus et pareamus, qui Nobis has detulit partes, sed ut Nos etiam ***servos servorum Dei,*** quales ab Ecclesia putamur, reapse praestemus.

1 Cf. Epistula die x mensis Oct. anno MDCCCCLXV ad Eminentissimum virum Eugenium Tisserant Card. data, posteroque die in generali Concilii congregatione lecta.

5. Scilicet suscipiamus oportet, numquam praeteritis temporibus de ecclesiastico caelibatu vel acrius vel copiosius quam nostris hisce diebus inquisitum esse: ad rationes nimirum vel doctrinae, vel rei historicae, vel rei socialis, vel humani animi pervestigationis, vel pastoralis muneris quod attinet; idque, quamvis aliquando usurpata verba aliud significare viderentur, ut plurimum honestis consiliis factum esse.

Bono igitur animo ea circumspiciamus, quae praecipua adversus legem ecclesiastici caelibatus cum sacerdotio copulati dicuntur.

Itaque prima contradictio, quae ex sanctissimo monumento manare videtur, hoc astruit, in Novo Testamento, quo primum Christi tum Apostolorum doctrina continetur, sacrorum administrorum caelibatum non aperte imperari, sed ut aliquid dumtaxat proponi, quo quis libere aut peculiari Dei vocationi, quam dicunt, aut peculiari Dei dono respondeat.[2] Praeterea neque a Christo Iesu ex caelibatu suspensam esse duodecim Apostolorum electionem, neque ab Apostolis unos fuisse caelibes primis christianorum consortionibus praepositos.[3]

6. Ad hoc, arta necessitudo — aiunt nonnulli — qua anteactis temporibus Ecclesiae Patres atque scriptores hinc divinam ad sacerdotium invitationem hinc sacram virginitatem inter se iungi statuunt, partim ab opinationibus partim a rerum momentis proficiscitur, a nostrorum temporum longe diversis. In Patrum enim operibus legimus saepenumero, eos sacerdotibus suadere magis ut a matrimonii usu tempèrent, quam ut caelibatum retineant. Insuper quae causae ab Ecclesiae Patribus subiciuntur quare sacrorum administri perfectam castitatem colant, ex eo quandoque fluere videntur, quod iidem aut hominis condicionem, ad corporis voluptates quod pertinet, aequo deteriorem iudicent, aut, peculiari quadam opinione ducti, puritatem iis necessariam censeant, quibus res sacras contingere detur. Tum etiam autumant nonnulli, expositas a veteribus scriptoribus argumentationes cum rebus socialibus cumque sensibus et consiliis hominum iam non congruere, inter

2 Cf. MT., 19, 11-12.
» Cf. / *Tim.,* 3, 2-5; *Tit.,* 1, 5-6.

quos Ecclesia per sacerdotes suos nostra hac aetate operetur necesse est.

7. Alii quidam quoad caelibatum ex eo difficultatem conflari putant, quod, iuxta vigentem legem, donum divinae ad sacerdotium invitationis idem esse atque donum perfectae castitatis cum statu Dei administri coniunctae deliberatum sit. Hanc enim ob causam iidem quaerunt sitne aequum eos a sacerdotio ineundo arcere, qui, quamvis ad vitam caelibem amplectendam non inclinent, tamen ad sacerdotalia munera capessenda propenso sint animo.

8. Asseverant praeterea alii, caelibatum in Ecclesia servatum ibi detrimenta non levia parere, ubi sacerdotum paucitas — quam Concilium Oecumenicum Vaticanum II et agnoscit et gravissime conqueritur[4] — rerum parat condiciones in primis miserandas, cum simul Dei obstet consiliis, ad hominum salutem pertinentibus, simul quandoque impedire possit, quominus ad quosdam homines prima ipsa Christi Iesu nuntiatio perferatur. Nonnulli namque tantam sacerdotum inopiam ex onere caelibatum custodiendi nasci arbitrantur.

9. Neque desunt qui sibi persuasum habeant, si sacerdotes uxores ducant, ansam ad infidelitates, ad perturbationes, ad acerbiora molienda transfugia iam iisdem sacerdotibus non dari, quae Ecclesiam tantopere vulnerent atque excrucient; immo e diverso maiorem exinde Christi administris suppeditari facultatem christiana praecepta in ipso domestico convictu tenendi, unde ii ob praesentem suae vitae statum seponi videantur.

10. Sunt etiam qui instanter asserant, sacerdotem propter caelibatum in ea corporis et animi condicione versari, quae non modo sit contra naturam, sed etiam suae ipsius humanae personae aequo temperamento et maturitati officiât; atque ita fieri, ut identidem sacerdos quadam quasi siccitate arescat, eoque

4 Cf. Decr. *Christus Dominus,* n. 35: A.A.S., LVIII, 1966, p. 690; Decr. *Apostolicam Actuositatem, n.* 1: *A.A.S.,* LVIII, 1966, p. 837; Decr. *Presbyterorum Ordinis,* nn. 10 ss. : A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1007-1008; Decr. *Ad Gentes,* nn. 19 et 38: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 969 et 984.

animi ardore sensim careat, per quem commune ceterorum hominum vivendi genus et fortunam participet; atque adeo segregem vitam agere cogatur, unde tot rerum acerbitates totque animi debilitationes atque abiectiones capiat.

Quae omnia — aiunt — nonne ostendunt caelibem sacerdotem iniustam iam in seipsum vim adhibere, iam animi bona, a Creatore Deo data, atque a Christo Redemptore perfecta, pro nihilo putare?

11. Ad extremum, via perspecta, per quam nunc sacrorum alumnus ad tantum caelibatus onus suscipiendum pervenit, quidam opponunt nihil eum, post huiusmodi praeparationem animi, facere posse nisi onus idem ferre et pati, cum tradita disciplina ex altera parte non semper fuerit prorsus expleta, ex altera iustae non satis hominis paruerit libertati. Ex quo colligunt, iuvenes, qui caelibatum amplectantur, id ipsos non omnino vera libertate praeditos agere : propriam enim iuvenum et intellegentiam et liberum decernendi arbitrium et sive animi sive corporis maturitatem ipsi caelibatus oneri eiusque veris incommodis et diuturnitati imparia et incongruentia existimanda esse.

12. Neque profecto Nos latet alia adversus sacrum caelibatum afferri posse. Nam res implicatissima agitur, quae communem vitae sensum praeterquam ad vivum contingit, superna etiam illustrat et complet luce a divina revelatione nata: siquidem infinita quaedam difficultatum series iis non procreari non potest, qui neque ***capiunt verbum istud,***[5] neque cognoscunt aut obliviscuntur ***donum Dei,***[6] neque percipiunt quam et excellens ratio, et mira efficacitas, et dives ubertas in novo hoc vitae sensu insit.

13. Porro hic contradictorum veluti concentus non solum perantiqua et grandia testimonia sive Pastorum Ecclesiae, sive magistrorum pietatis opprimere videtur, sed etiam viva in nostrisque oculis haerentia exempla, ab innumerabili cohorte edita sanctorum ac fidelium Dei administrorum, qui in re vera

* MT., 10, 11.
e Io., 4, 10.

sacrum caelibatum demonstrant sibi causam itemque indicium eius fuisse doni, quo se totos laetissimosque Christi mysterio tradiderunt. Quae utique egregia exempla, non minus nostris quam praeteritis temporibus posita, placate constanterque adhuc loquuntur. Quapropter Nos, quibus praesentes res semper curae fuerunt, teneri non possumus, quin necopinatam hanc mirificamque veritatem animadvertamus, qua docemur nunc etiam in Dei Ecclesia, ubicumque terrarum ea sancta tabernacula statuit, innumeram multitudinem sacrorum administrorum — subdiaconorum, diaconorum, presbyterorum, episcoporum — voluntarium Deoque sacratum caelibatum caste et integre servare. Cum quibus abstinere non possumus, quominus mente coniungamus fere infinitam virorum et virginum Deo devotorum, adulescentium, laicorumque hominum manum, fideliter perfectae castitatis sponsionem colentium: et hoc videlicet, non quod divinum vitae donum iidem parvipendant, sed quod propter amorem caelitus immissum novam vitam, Christi mysterio paschali partam, prosequuntur. Qui nimirum ita vitam caelibem vivunt, ut pariter fortem morum gravitatem et animi laetitiam, pariter perfectam integritatem non sine quadam facilitate praestent. Egregium autem huius generis spectaculum singulari veritate fidem facit, regnum Dei veluti visceribus humanae societatis haerere, in quam id beneficii non iactanter confert, ut ***lux mundi*** itemque ***sal terrae***[7] exsistat. Cuius Nos castissimorum hominum spectaculi magna incedit admiratio, quippe quod sine dubio Christi Spiritus inflammaverit.

14. Legem igitur vigentem sacri caelibatus nunc etiam cum sacerdotali munere esse conectendam censemus; eaque fulciri oportere sacerdotem, cum constituit praeterquam se totum, se in perpetuum, se uni tantummodo summo Christi amori dicare, operam quoque suam Dei religioni, Ecclesiaeque commodis navare. Ea insuper caelibatus lege status et condicio sacerdotis opus est distinguatur, sive ad fidelium sive ad profanorum hominum convictum quod spectat.

15. Concedimus sane, donum supernae invitationis ad sacerdotium, ad cultum Deo adhibendum et ad religiosa bona

7 Cf. MT., 5, 13-14.

christiano populo ministranda spectans, a dono differre, quo quis ad caelibatum, uti vitae condicionem Deo sacratam, eligendum movetur.[8] Attamen superna, quam diximus, ad sacerdotium invitatione nihil sane efficitur, nihil absolvitur, nisi is illam periclitatus fuerit et probaverit, penes quem ministerii populi christiani est onus et potestas. Quam ob causam in rationem ecclesiasticae auctoritatis cadit, pro locis et temporibus, decernere quibus reapse numeris et virtutibus eos ornari deceat, quibus opportune animorum et Ecclesiae sint utilitates concredendae.

16. Quocirca fidei spiritu impulsi libenter occasionem, Nobis a providenti Deo oblatam, nanciscimur, ut rationibus cum sensu hominum, qui nunc sunt, congruentibus iustas et magnas sacri caelibatus observandi causas iterum illustremus; nam si quae contra fidem afferuntur, ***ad accuratiorem et altiorem intelligentiam fidei mentem excitare possunt,***[9] haud secus de ecclesiastica disciplina fieri opinamur, christianorum vitam regente.

Etenim hac etiam re ad id laetissime permovemur, ut virtutis divitias et pulchritudines Ecclesiae Christi demiremur, quae quandoque hominum oculis non statim ob eas causas aspiciuntur, quod amore divini Ecclesiae Conditoris gignantur, quodque absoluta ea sanctitudine[10] significentur, quae hominum animos admiratione afficit, cuiusque rationes hominum vires non valent explicare.

I

17. Re quidem vera, ut Sacrosanctum Concilium Oecumenicum Vaticanum II edixit, virginitas ***non exigitur quidem a sacerdotio suapte natura, uti apparet ex praxi Ecclesiae primaevae et ex traditione Ecclesiarum orientalium-,***^ sed eadem universalis Synodus graviter riteque confirmare non dubitavit, antiquam, sacram, peropportunam, vigentem legem

[8] Cf. supra nn. 5 et 7.

a CONC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 62: A.A.S., LVIII, 1966, p. 1082.

io Cf. *Eph.,* 5, 25-27.

n Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 16: A.A.S., LVIII, 1966, p. 1015.

caelibatus sacerdotalis, causas eodem tempore exponens, quae ei suffragantur, dummodo aliquis cum fidei studio et animi alacritate de divinis muneribus aestimet.

18. Non his tantum temporibus de ***multimoda convenientia***[12] caelibatus quoad sacri ordinis ministros disquiritur; quodsi allatae causae variae fuerunt pro vario mentis habitu variisque rerum condicionibus, semper tamen innitebantur in sententiis vere christianis, quibus penitus perspectis ad rationes perveniebatur altiores. Quae causae in pleniore luce possunt collocari, ob eum rerum usum, qui a subtiliore perceptione rerum spiritualium volventibus saeculis manavit;[13] quae fieri contingunt afflante Spiritu Sancto, quem Christus suis promisit ad intellegenda futura[14] et ad provehendam in populo Dei cognitionem mysterii Christi atque Ecclesiae.

19. Sacerdotium christianum, quod novum est, nequit mente comprehendi, nisi affulgente luce novitatis Christi, Pontificis omnium summi et aeterni Sacerdotis, qui sacerdotium suis ministris obeundum instituit, ut veram communicationem unius sui ipsius sacerdotii.[15] Christi igitur administer et dispensator mysteriorum Dei,[16] eum etiam habet exemplar, quod proxime imitetur, et perfectissimam vitae suae speciem.[17] Dominus enim Iesus, unigenitus Filius Dei, a Patre missus in mundum, homo factus est, ut hominum genus, peccato et morti obnoxium, renasceretur et novo ortu[18] in regnum caelorum ingrederetur. Quam novam creaturam[19] Iesus, voluntati Patris plane obsecutus,[20] ope mysterii paschalis perfecit, in tempora et in mundum novam vitae rationem eamque praecelsam,

12 *Ibid.*

13 Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. *Dei Verbum, n.* 8: A.A.S., LVIII, 1966, p. 820.

14 Cf. Io., 16, 13.

15 CONC. VAT. II., Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 28 : A.A.S., LVII, 1965, pp. 33-36; Decr. *Presbyterorum Ordinis, n.* 2: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 991-993.

16 Cf. *1 Cor.,* 4, 1.

17 Cf. *1 Cor.,* 11, 1.

18 Cf. Io., 3, 5; *Tit.,* 3, 5.

19 Cf. *2 Cor.,* 5, 17; *Gal.,* 6, 15.

20 Cf. Io., 4, 34; 17, 14.

divinam inducens, qua ipsa condicio humanitatis egregie commutata est.[21]

20. Matrimonio etiam, quo e Dei voluntate opus primae creationis continuatur,[22] cum sit in universum de humana salute consilium insertum, nova tribuitur vis novumque momentum. Etenim Iesus primigeniam ei restituit dignitatem/[3] honorem ei dedit,[24] ad gradum sacramenti id evexit et arcani signi unitatis, qua ipse cum Ecclesia coniungitur.[25] Ita fit, ut coniuges christiani, et amore inter se diligentes, et peculiaria sibi officia implentes, et nitentes ad propriam sibi sanctitatem, una simul ad patriam caelestem progrediantur. Christus vero, ***melioris Testamenti Mediator,***[26] novum etiam iter patefecit, in quo positus homo, Deo ipsi penitus adhaerens ac de eo tantum sollicitus et de iis, quae sunt ipsius,[27] apertius et plenius manifestat vim illam quam maxime novantem, quae propria est Novi Testamenti.

21. Christus unicus Dei Filius, ob ipsam suam incarnationem, Mediator inter caelum et terram interque Patrem et genus humanum est constitutus. Cui prorsus congruens muneri, Christus per totius vitae cursum in virginitatis condicione est versatus; qua quidem re significatur, eum totum se devo visse Dei hominumque ministerio. Artissimus hic nexus inter virginitatem et sacerdotium, qui in Christo obtinet, ad eos etiam refertur, quibus datum est dignitatem ac munus Mediatoris et Sacerdotis aeterni participare; quae communicatio eo est perfectior, quo sacer administer a vinculis carnis et sanguinis uberior est.[28]

22. Iesus, qui primos salutis ministros, a se electos, voluit non solum ***nosse mysteria regni caelorum,***[2*] sed etiam esse singu-

21 cf. *Gal.* 3, 28.
22 cf. *Gen.* 2, 18.
23 cf. MT., 19, 3-8.
24 cf. Io., 2, 1-11.
25 cf. *Eph.,* 5, 32.
2 6 *Hebr.,* 8, 6.
27 Cf. *1 Cor.,* 7, 33-35.
28 Cf. CONC. VAT. II, Decr. ***Presbyterorum Ordinis, n.*** 16: A.A.S., LVIII, 1966. pp. 1015-1017.
29 MT., 13, 11; cf. Me, 4, 11; Lc, s, 10.

lari prorsus nomine adiutores Dei, et pro se legatione fungi;[30] qui eos amicos et fratres appellavit;[31] pro quibus se ipsum sanctificavit, ut essent et ipsi sanctificati in veritate,[32], uberrima praemia iis promisit omnibus, qui domum, familiam, uxorem, filios propter regnum Dei reliquissent.[33] Quin immo, verbis usus arcanis et concitantibus exspectationem, perfectiorem etiam suasit rationem,[34] qua aliquis, peculiaris muneris ope,[35] regno caelorum devoveretur virginitate. Causa cur quis huiusmodi donum persequatur, est regnum caelorum;[36] pariter idem hoc regnum,[37] Evangelium,[38] et nomen Christi[39] efficiunt, ut Iesus ad arduos subeundos labores apostolicos provocet, cum tot incommodis sponte tolerandis coniunctos, ut sua ipsius sors artius participetur.

23. Qui igitur hoc modo a Iesu vocati sunt, ad virginitatem quasi rem optabilem digne eligendam impelluntur sive mysterio novitatis Christi; sive mysterio earum rerum omnium, quae declarant quis reapse ille sit, quodve eius sit momentum; sive summa earum rerum, quae ut perfectissimae et maxime expetendae in Evangelio et regno proponuntur; sive denique peculiari quadam gratiae significatione, a divini Redemptoris mysterio paschali manante. Quod quidem illi agunt, non solum ut in partem veniant muneris sacerdotalis, quo Christus fungitur, sed etiam ut idem ineant vitae genus.

24. Si quis Deo vocanti obsequitur, amanter respondet amori, quem Christus modo ineffabili nobis exhibuit;[40] quae responsio quasi quodam arcano contegitur propter peculiarem amorem erga hominum animos, quos ad seipsum sequendum Christus

30 Cf. *2 Cor.* 5, 20.
31 Cf. Io., 15, 15; 20, 17.
32 Cf. *ibid.*, 17, 19.
33 Cf. Lc, 18, 29-30.
34 Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 16: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1015-1017.
35 Cf. MT., 19, 11.
36 Cf. *ibid.*, 19, 12.
37 Cf. Lc, 18, 29-30.
38 Me, 20, 29-30.
39 MT., 29, 29.
40 Cf. Io., 3, 16; 15, 13.

idem est gravissimis verbis adhortatus.[41] Gratia vi quadam divina necessarios usus amplificai amoris, qui, modo sit germanus, omnia complectitur, stabilis est ac perennis, atque invitamento, cui nequit resisti, ad praeclarissima quaeque patranda accendit. Hac de causa caelibatus, quem quis eligit, semper habitus est ***tamquam signum et stimulus caritatis:*** [42] signum videlicet amoris sine ulla exceptione, et incitamentum caritatis omnibus patentis. Num quisnam in vita, quae aliis tota ob allatas causas devovetur, indicia deprehendat animi angusti, studii propriae utilitatis, cum ea sit et esse debeat exemplum rarum et quam maxime significans vivendi rationis, quae movetur et alitur amore, quo homo, quanta sit sua excelsitas, significat? Num quisnam dubitet vitam quandam non esse moraliter et spiritualiter ad absolutionem perductam, quae tantopere dedita sit, non cuilibet rei, licet eximiae et summopere appetendae, sed Christo eiusque operi, ad hominum genus omnibus locis omnibusque temporibus renovandum pertinenti?

25. Ex hac ergo consideratione, cum a divinis litteris, tum a sacra theologia orta, sacerdotium nostrum ut administrorum sociatur sacerdotio Christi, atque a vita eiusdem, qui plane et unice salvifico muneri suo inserviit, exempla hauriuntur et rationes, quae nos movent, ut formae caritatis et sacrificii Christi Redemptoris similes reddamur: haec quippe consideratio tam alta Nobis esse videtur tamque ferax veritatum in contemplando et agendo positarum, ut non solum vos, Venerabiles Fratres, et doctrinae christianae studiosos, sed etiam pietatis magistros cunctosque sacerdotes, ad munus suum supernaturali lumine percipiendum aptos, moneamus ad pergendum diligenter eam cogitationem expendere et ad recónditas et fecundas, quas illa continet, res perscrutandas. Sic fiet, ut magis magisque appareat sacerdotium et caelibatum clarissima ea ratione inter se colligari, quae pariter sit fortissimi animi index, pariter postulet amorem, quo unice et sine exceptione diligatur Christus eiusque Ecclesia.

41 Cf. Me., 10, 21.

42 CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 42: A.A.S., LVII, 1965, p. 4S.

26. ***Comprehensus a Christo***[43] ab eoque ductus, ut totum pro eo se impendat, sacerdos similior redditur Christo, illo etiam amore, quo Sacerdos aeternus Ecclesiam, Corpus suum, amavit, totum se tradens pro ea, ut eam sibi exhiberet Sponsam gloriosam, sanctam et immaculatam.[44] Virginitas enim Deo devota sacri ordinis administrorum amorem virginalem ostendit, quo Christus diligit Ecclesiam, itemque virginalem et supernaturalem fecunditatem huiusce conubii, quo filii Dei ***non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis***[45] nati sunt.[46]

27. Cum sacerdos se ministerio Christi eiusque Mystici Corporis dicat, plena fruens libertate, quae etiam facilior redditur, quod ipse totum se offert, vitae suae sacerdotalis unitatem et quasi concentum perfectiore quadam ratione repraesentat.[47] Augetur in eo facultas audiendi verbi Dei et piae faciendae precationis. Verbum enim Dei, ab Ecclesia custoditum, in animo sacerdotis, qui illud cotidie meditetur, illud vivendo exprimat, illud fidelibus nuntiet, vehementissime gravissimeque resonat.

28. Non secus atque Christus, eius administer, iis dumtaxat rebus intentus, quae Dei sunt atque Ecclesiae,[48] summumque Sacerdotem imitatus semper viventem ad interpellandum pro nobis coram Deo,[49] ex attenta piaque recitatione divini Officii, quo vocem praebet Ecclesiae, preces una cum Christo fundentis,[50] continenter gaudium percipit et impulsionem: pariterque animadvertit sibi opus esse assiduitatem precationis producere, quae munus est sacerdotis omnino proprium.[51]

29. Ex quo consequitur, ut cetera etiam, quae in sacerdotis vita occurrant, maiorem plenioremque vim et efficientiam,

43 *Phil.,* 3, 12.

44 Cf. *Eph.,* 5, 25-27.

45 Io., 1, 13.

46 Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 42: A.A.S., LVII, 1965, p. 48; Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 16: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1015-1017.

47 Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 14: A.A.S., LVIII, 1966, p. 1013.

48 Cf. Lc, 2, 49; *1 Cor.,* 7, 32-33.

49 Cf. *Hebr.,* 9, 24; 7, 25.

50 CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 13: A.A.S., LVIII, 1966, p. 1012.

51 Cf. *Act.,* 6, 4.

sanctimoniae potentem, accipiant. Eapropter ad singulare officium sanctimoniam adipiscendi, quo se sacerdos obstringat oportet, nova ratione adigitur ministerio gratiae et ministerio Eucharistiae, in qua ***totum bonum spirituale Ecclesiae continetur.***[52] Personam nempe Christi gerens, sacerdos artius cum oblato dono coniungitur, in ara totam vitam suam deponens, quae signa piaculi praefert.

30. At quid aliud exponamus de incrementis, quibus augetur facultas, ministerium, amor, se devovendi studium sacerdotis circa universum populum Dei? Christus de se ipso est in hanc locutus sententiam : ***Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert;***[53] atque Paulus apostolus cotidie mortem obire non dubitavit, ut per fideles haberet gloriam in Christo Iesu.[54] Itaque sacerdos, eo quod sibimetipsi cotidie moritur, et legitimum amorem uxoris et liberorum, propter Christum eiusque regnum, missum facit, gloriam adipiscitur vitae plenissimae ac fecundissimae in Christo; siquidem, ut ipse et in ipso, amat omnes filios Dei seseque iisdem veluti sacrai

31. Cum autem sacerdos in fidelium sibi concreditorum communitate Christum repraesentet, summopere convenit, illum in omnibus rebus huius exprimere imaginem huiusque exempla singillatim imitari, sive in vita sua intima sive invita ministerio dedita. Suis enim filiis in Christo sacerdos est veluti signum ac pignus rerum nobilium atque novarum regni Dei, quarum est dispensator quasque ipse perfectius possidet. Ad hoc sacerdos fidem et spem omnium christianorum alit, qui, uti tales, lege castitatis secundum propriam cuiusque condicionem servandae tenentur.

32. Praeterea cum novo nomine eoque praecelso, id est per caelibatum, Christo consecratus sit, sacerdos, quemadmodum liquet, etiam in vitae usu et consuetudine maxima pollet efficacitate optimaque facultate, ad animi sensus et affectus

52 CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 5: A.A.S., LVIII, 1966, p. 997.
ss io., 12, 24.
54 Cf. *1 Cor.,* 15, 31.

movendos; ita ut continenter possit perfectam eam caritatem exercere,[55] qua modo ampliore magisque definito pro omnibus sese impendat,[56] et qua, ut patet, uberior sit et expeditior ad sacrum exsequendum munus,[57] ad conversandum, cum navitate et amore, in mundo, quo eum Christus misit,[58] ut cunctis filiis Dei debitum, quo iis obligatur, veluti ad assem solvat.[59]

33. Dei regnum, quod ***non est de hoc mundo,***[60] occulto involutum mysterio hisce in terris adest, neque in perfecto suo statu consistet, nisi cum Dominus Iesus triumphator advenerit.[61] Huiusce autem regni semen initiumque est Ecclesia, quae, dum gradatim itemque expedite procedit, perfectum regnum affectât omnibusque viribus suo cum Rege coniungi expetit in gloria.[62]

Nam populus Dei tamquam viator per rerum humanarum vices ad caelestem suam patriam peregrinatur,[63] ubi non solum pleno in lumine apparebit, redemptos homines aeterni Dei esse filios,[64] verum etiam divini Agni Sponsae pulchritudo mirum in modum conversa perpetuo fulgebit.[65]

34. Dominus noster idemque Magister ait; ***In resurrectione... neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in caelo.***[66] Porro in hominum societate, quae magnam sane partem terrenis curis distinetur nimisque saepe carnis cupiditatibus implicatur,[67] pretiosum ac prope divinum perfectae continentiae propter regnum caelorum servandae donum revera ***est***

55 Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Optatam totius,* n. 10: A.A.S., VIII, 1966, pp.719-720.
56 Cf. *2 Cor.,* 12, 15.
57 Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 16: A.A.S., LVIII, I960, pp. 1015-1017.
58 Cf. Io., 17, 18.
59 Cf. *Rom.,* 1, 14.
60 Io., 18, 30.
61 Cf. CONC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 39: A.A.S., LVIII, 1966, pp 1056-1057.
62 Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 5 : A.A.S., LVII, 1965, pp. 7-8.
63 Cf. *Phil.* 3, 20.
64 Cf. *1 Io.* 3, 2.
65 Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 48: A.A.S., LVII, 1965, pp. 53-54.
66 MT., 22, 30.
67 Cf. *1 Io.,* 2, 16.

peculiare signum bonorum caelestium,[68] utpote quod iam adesse in terris, novo quodam exoriente mundo, extrema salutis tempora nuntiet,[69] ipsamque quodammodo consummationem regni praeveniat, cuius summa confirmat bona, quae olim in universis Dei filiis elucebunt. Id igitur muneris aperto est testimonio continuati illius laboris, quo Dei populus ad extremum usque terrestris peregrinationis limitem contendit, idemque omnibus est incitamento, ut ad caelestia studiose respiciant, ***ubi Christus est in dextera Dei sedens,*** atque etiam ***vita nostra est abscondita cum Christo in Deo,*** donec appareat et ipsa ***cum ipso in gloria.***[70]

35. Longum sane est, quamvis doctrina uberrimum, ea scripta pervolutare, quae per saeculorum aetates de ecclesiastico caelibatu sunt edita. Sed haec sint satis, quae nunc breviter attingemus. Nam priscis christianorum temporibus Patres Ecclesiaeque scriptores testantur sive in Orientis sive in Occidentis partibus caelibatum sponte passim ac voluntate a sacrorum administris esse servatum,[71] quod eum aptissime congruere cum suscepto proposito sese Christo eiusque Ecclesiae devovendi censerent.

36. Quem profecto morem occidentalis Ecclesia quarto iam ineunte saeculo, per varias provinciarum suarum Synodos ipsosque Summos Pontifices, confirmavit, amplificavit ratumque fecit.[72] Opera enim potissimum horum Dei Ecclesiae Pastorum et magistrorum, quippe qui pretiosi fidei thesauri sanctorumque morum christianorum tutores atque interpretes essent, factum est, ut sacri caelibatus usus proveheretur, de-

es Conc. Vat. II, Decr. *Perfectae caritatis,* n. 12: A.A.S., LVIII, 1966, p. 107.

ea Cf. *1 Cor.,* 7, 29-31.

70 *Col.,* 3, 1-4.

71 Cf. Tertullianus, *De exhort, castitatis,* 13: PL. 2, 930; S. Efifanius, *Adv. Haer.* II, 48, 9 et 59, 4: PG. 41, 869, 1025; S. Efrem, *Carmina nisibena,* XVIII, XIX, ed. G. Bickell, Lipsiae, 1866, p. 122; Eusebius Caesar., *Demonstr. evan.,* 1, 9: PG. 22, 81; S. Cyrillus Hierosolym., *Catechesis,* 12, 25: PG. 33, 757; S. Ambrosius, *De officiis ministr.,* 1, 50: PL. 16, 97ss.; S. Augustinus, *De moribus Eccl. cath.,* 1, 32: PL. 32, 1339; S. Hieronymus, *Adversus Vigilantium,* 2: PL. 23, 340-41; Synesius Episcopus Ptolemaid., *Epist.* 105: PG. 66, .1485.

72 Quod primum factum est a Concilio Eliberitano, anno c. 300, can. 33 : Mansi, II, 11.

fenderetur et revocaretur insequentibus temporum aetatibus, tum etiam cum ipse sacerdotum ordo lapsique hominum mores virtuti ac fortitudini nullo prorsus modo faverent. Denique lex caelibatus servandi ab Oecumenico Concilio Tridentino sollemniter condita est,[73] ac demum in Codicem Iuris Canonici recepta.[74]

37. Summi vero Pontifices, qui Nos propius praecesserunt, ardens, quo flagrabant, studium exquisitamque, qua pollebant, doctrinam eo contulerunt, ut sacerdotes eiusmodi institutum edocerent eosque ad retinendum incitarent.[75] Qua de re debitis Nostrae pietatis officiis nolumus deesse erga proximum Decessorem Nostrum, adhuc certe in hominum animis viventem, qui in Romana Synodo, sacro almae Urbis adstante planeque assentiente coetu, haec asseveravit : ***Cumprimis moeremus, quod... nonnulli, allucinationi cuidam indulgentes, putant Ecclesiam catholicam velle aut opportunum ducere ab ecclesiastici caelibatus lege desistere, quae per saeculorum decursum fuit et est sacerdotii praeclarum et nitidissimum ornamentum. Sacri caelibatus nempe lex atque impendenda cura, ut ea diligenter servetur, in mentem semper reducunt memoranda gloriosaque certamina eorum temporum, quibus Ecclesia Dei ad aspera proelia vocata fuit et triplicem rettulit triumphum : nam hoc est insigne victoriae Ecclesiae Christi, conniti ut sit libera, casta, universalis.***[76]

38. Quodsi aliae prorsus leges in orientali Ecclesia de disciplina sacri caelibatus vigent, quas tandem Trullanum Concilium anno **DCXCII** sanxit[77] quasque nuper Oecumenicum Con-

73 Sess. XXIV, can. 9-10.

74 Can. 132, § 1.

75 Cf. S. Pius X, Adhortatio apost. *Haerent animo:* A.S.S., XLI, 1908, pp. 555-577; BENEDICTUS XV, *Epistula ad Franciscum Kordac Archiep. Prag.* : A.A.S., XII, 1920, pp. 57-58; *Allocutio consistorialis,* habita die 16 mensis Decembris anno 1920: A.A.S., XII, 1920, pp. 585-588; Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii:* A.A.S., XXVIII, 1936, pp. 24-30; Pius XII, Adhortatio apost. *Menti Nostrae:* A.A.S., XLII, 1950, pp. 657-702; Litt. Encycl. *Sacra virginitas:* A.A.S., XLVI, 1954, pp. 161-191; IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri primordia:* A.A.S., LI, 1959, pp. 554-556.

76 Allocutio secunda, habita die 26 mensis Ianuarii anno 1960: A.A.S., LII, 1960, p. 226.

77 Can. 6, 12, 13, 48: MANSI, XI, 944-948, 965.

cilium Vaticanum II publice agnovit,[78] aliis id certe rerum locorumque adiunctis, ad electissimam hanc partem catholicae Ecclesiae pertinentibus, est tribuendum, quibus sane omnibus Sanctum Spiritum provido supernoque auxilio suo praefuisse credimus.

Immo etiam hac uti opportunitate iuvat, ut Nostrae existimationis et observantiae sensus universo orientalium Ecclesiarum clero profiteamur, ea libenter fidelitatis pastoralisque diligentiae exempla animadvertentes, quae eum germana dignum veneratione efficiunt.

39. Verumtamen quod laudis praeconium orientales Patres virginitati detulerunt, Nos erigit atque instimulat, ut in sacri caelibatus disciplina perstemus. In Nostro enim recinit animo — ut aliquod afferamus exemplum — vox quaedam S. Gregorii Nysseni, quae monet ***virginalem vitam illius esse imaginem beatitatis, quae nos futuro maneat saeculo.***[79] Neque minus non erigit atque recreat ea, quam assidua nunc etiam cogitatione versamus, praedicatio sacerdotii a S. Ioanne Chrysostomo conscripta, cum inde clarius eluceat quam apta sint comprehensione iungendae et privata altaris administri vita et dignitas illa, qua ipse ad sacra munera obeunda eminet: ***... ita eum, qui ad sacerdotium ascendat, decet esse castum, quasi in caelo habitet.***[80]

40. Praetereaque ad illud non erit utilitate vacuum animum attendere, quod et in Oriente caelibes tantummodo sacerdotes in episcoporum ordinem ascribuntur iidemque post initum sacerdotium nuptias facere vetantur. Quod quidem non obscure probat aliquem saltem locum et apud illas venerandas Ecclesias obtinere rationes sacerdotii cum caelibatu coniungendi vel etiam cuiusdam convenientiae cum christiano sacerdotio, cuius summum fastigium ac plenitudo penes episcopos sint.[81]

78 Cf. Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 16: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1015-1016.

79 *De Virginitate,* .13: PG. 381-382.

so *De Sacerdotio,* 1. III, 4: PG. 48, 642.

si CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* nn. 21, 28, 64: A.A.S., LVII, 1965, pp. 24-25; 33-36; 64.

41. Utcumque res est, occidentalis Ecclesia sese inferiorem in vetusto suo more tenendo praestare nequit; neque eadem putanda est, aut multa per saecula quoddam institisse iter, quod aliquatenus uberiori sanctimoniae ac virtuti sive singulorum animorum sive Dei populi adversaretur potius quam faveret, aut per improbas insolentesque leges impedivisse, ne recondita sive naturae sive gratiae bona libero cursu florescerent.

42. Quapropter ex primaria illa norma, quam ad regimen catholicae Ecclesiae spectantem supra commemoravimus,[82] duo hoc loco esse statuenda censemus: hinc legem, quae eos, qui in sacros ordines ascribantur, caelibatum libere ac perpetuo eligere iubet, firmam in suo iure manere; illinc licere peculiares perspicere condiciones sacrorum administrorum, qui iam matrimonio coniuncti sive in ecclesiis sive in christianis communitatibus a catholica communione adhuc distinctis vivunt, si, plena huiusmodi communione frui sacroque postea ministerio fungi exoptantes, ad sacerdotalia officia vocentur; ea tamen ratione quae statutae iam disciplinae sacri caelibatus, a clero servandi, non obsit.

Ceteroqui Ecclesiae primores ab hac utenda potestate minime abstinere ex eo colligitur, quod recens Concilium Oecumenicum sapienter censuit, ut sacer nempe diaconatus ordo provectis etiam aetate viris, in matrimonio viventibus, posset conferri.[83]

43. Sed haec omnia neque eam, quae iamdudum viget, disciplinam iam labare ostendunt, neque ita sunt accipienda, veluti si eandem legem tollendam praenuntient. Tali igitur ne obsecundetur opinioni, quae animorum non solum vigorem amoremque extenuat, unde caelibatus firmitas et gaudium consequitur, verum etiam rectam obscurat doctrinam, qua in se ipse consistit maximeque illustratur; sed iis potius pervestigationibus studeatur, quibus nobilissima notio ac virtus eximia virginitatis atque caelibatus a quavis criminatione vindicetur.[84]

«a Cf. supra, n. 15.

[83] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 29: A.A.S., LVII, 1965, p. 36.

[8]4 Cf. *ibid.,* pp. 47-49.

44. Etenim peculiare donum in sacra virginitate est agnoscendum. Attamen universa horum temporum Ecclesia, per suos omnes Pastores, sancti bene conscios officii, legitime praesens eademque, ut diximus, orientalium Ecclesiarum consuetudinis retinens, plane se confidere professa est ***in Spiritu donum caelibatus, sacerdotio Novi Testamenti tam congruum, liberaliter a Patre dari, dummodo qui sacerdotium Christi per Sacramentum Ordinis participant, immo et universa Ecclesia, humiliter et enixe illud expetant.***[85]

45. Nos ergo in Nostrum veluti conspectum universum Dei populum mente vocamus, ut, suo perfuncturus munere quam plurimas ad sacerdotium voluntates conciliandi,[86] Patrem omnium divinumque Ecclesiae Sponsum Sanctumque Spiritum, eiusdem Ecclesiae ***animam,*** eo obsecret atque obtestetur, ut, Beata Virgine Maria eiusdem Christi et Ecclesiae Matre deprecante, hac potissimum aetate supernum eiusmodi donum dilargiantur, quod nullo sane pacto Pater denegat petenti, utque animi ad recipiendum summa fide impensaque caritate sese componant. Et ita sacerdotes in mundo huius temporis, qui eget gloria Dei,[87] ad unius summique Sacerdotis imaginem moribus in dies pressius conformatis, micantis instar fulgoris sint gloria Christi,[88] per quos maximis efferatur laudibus ***gloria gratiae*** Dei in universa terra.[89]

46. Revera, venerabiles ac dilectissimi in sacerdotio Fratres, quos omnes ***in visceribus Iesu Christi*** adamamus,[90] praesens hic mundus, qui, gravi licet discrimine ob rerum factas progressiones atque mutationes sollicitetur, de honestis tamen nobilibusque rebus, hominum industria partis, merito gloriatur, is ipse, inquimus, magnopere indiget testimonio eorum, qui sacris praestantissimisque animi bonis totos se tradant,

ss CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 16: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1015-1016.

se Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Optatam totius,* n. 2: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 714-715; Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 11: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1008-1009.

87 Cf. *Rom.* 3, 23.

«s Cf. *2 Cor.,* 8, 23.

89 Cf. *Eph.,* 1, 6.

9 0 *Phil.,* 1, 8.

ne luce mirabili paeneque divina humani spiritus ad celsissima quaeque enitentis haec nostra careat aetas.

47. Iesus Dominus noster paucis admodum viris, quos nemo sane et numero et viribus impares non iudicaret, formidandum munus evangelium usque quaque evulgandi concredere non dubitavit. Sed gregi tam pusillo mandavit ne timeret,[91] cum per ipsum atque cum ipso, diuturna scilicet praesentissimi auxilii continuatione,[92] victoriam de mundo esset adepturus.[93] Idem praeterea monuit, Dei regnum tam interiore ac recondita vi sua pollere, qua et increscere et messem edere, etiam ***dum nescit*** homo, possit.[94] Huiusce porro regni ***messis quidem multa, operarii autem*** — nunc ut initio — ***pauci,*** quin etiam numquam totidem fuerunt, quot humano saltem iudicio sufficere viderentur. Verum caelestis Rex impensas a nobis preces postulat, ut ipse ***dominus messis mittat operarios in messem suam.***[95] Qua in re humanae prudentiae consiliis praeponderari nequit arcana sapientia Christi, qui semper in memoria reparatae salutis sive hominum sapientiam sive potentiam sua stultitia suaque infirmitate contempsit.[96]

48. Nunc igitur fidei virtute suffulti, quid hac de re sentiat Ecclesia in medium proferimus : quae si alacrius et constantius divinae gratiae obsequatur, si apertius et amplius arcanae eius invictaeque potentiae confidat, si denique Christi mysterium palam pleneque testificetur, pro certo habet se numquam defuturam esse gravissimo illi muneri salutis universo mundo afferendae, quamvis humanae rationes ac falsae rerum species sibi répugnent. Unusquisque se noverit omnia posse in eo, qui solus animos confortât,[97] suaeque Ecclesiae incrementum dat.[98]

49. Neque vero facile adducimur ut credamus, si ecclesiasticus tollatur caelibatus, continuo ea de causa numerum ad

»i Cf. Lc, 12, 32.
92 Cf. MT., 28, 20.
93 Cf. Io., 16, 33.
94 Cf. Me, 4, 26-29.
95 MT., 9, 37-38.
«e Cf. *1 Cor.,* 1, 20-31.
97 Cf. *Phil.,* 4, 13.
98 Cf. *1 Cor.,* 3, 67.

sacra munia vocatorum valde increbrescere. Nostrorum enim dierum usus Ecclesiarum ceterarumque communitatum religiosarum, quae suos sinunt administros nuptias inire, in contrarium prorsus videtur inclinare. Aliunde sane repetendae sunt causae, cur ad sacerdotium vocati numero decreverint. Nam eae, ut nonnulla exempla subiciamus, in hoc sunt positae, quod apud singulos domesticosque convictus rerum divinarum ac sacrarum sensus amissus ac paene sit exstinctus, quod ab iis minoris nihilique fere aestimetur Ecclesia, quae sui vi muneris hominum saluti per fidem atque sacramenta prospiciat. Haec igitur quaestio, unde est exorta, ibidem est pervestiganda.

50. Quemadmodum iam affirmavimus,[99] Ecclesiam minime latet, ei, qui sacrum caelibatum eligat, graves difficultates quaestionesque parari, quippe cuius vitae commodis multa detrahantur, hominis animum penitus contingentia; quibus potissimum difficultatibus nostrae huius aetatis homines permoveantur. Videatur enim caelibatus haud congruere cum amplo illo ac praeclaro laudis praeconio, quod Ecclesia inter Oecumenicum Concilium Vaticanum II humanitatis bonis tribuit. Sed si res attentius consideratur, patet sacerdotes, qui Christi caritate ducti amorem proicere dicantur, quo ceteri homines coniugio devincti in sua cuiusque familia fruuntur, re vera ad hunc amorem magnum decus conferre. Nam inter omnes constat, homines munera Deo semper obtulisse, sive iis digna, qui donarent, sive eo, qui eadem susciperet.

51. Ecclesia ceteroqui illud neque potest neque debet ignorare, iuvenem ad caelibatum eligendum — si tamen prudentia atque officii conscientia utatur, cum hominis tum Christi asseclae propriis — caelesti gratia dirigi, quae naturam non destruit nec vim ipsi infert, sed eam potius perficit eidemque supernaturales facultates vigoremque donat. Cum enim sciat Deus, qui hominem creavit atque redemit, quid homini imponat, eidem propterea necessaria praebet auxilia, ut, quae eius Creator ac Redemptor ab ipso postulaverit, ad effectum adducere pos-

99 Cf. supra, n. 10.

sit. Ait enim S. Augustinus, hominis naturam in semetipso maxime acriterque expertus : ***Da quod iubes, et iube quod vis.***[100]

52. Sacerdoti autem valde expedit, immo necesse est, ut veras caelibatus difficultates sincero iudicio cognitas habeat, ut prudens ac sciens animadvertat, quae caelibatus ab ipso requirat, ut veri nominis sit virtus et sibimetipsi ceterisque hominibus prosit; at sincero quoque iudicio opus est, ne hisce difficultatibus maius momentum et pondus tribuatur, quam humanarum vel religiosarum rerum adiunctis, in quibus sacerdotes vitam degere solent, neve tales reputentur, quae omnino dissolvi nequeant.

53. Nam iniquum est, post ea quae a doctrinarum peritis nostra aetate explorata sunt, asseverando[101] pergere, sacrum caelibatum repugnare naturae, quasi legitimis corporis, animi et affectus necessitatibus adversetur, quae compleantur oportet ad hominis naturam omnibus numeris cumulandam atque perficiendam. Homo, qui ad Dei imaginem et similitudinem[102] creatus est, non totus ex carne constat, neque eius appetitus ad sexum pertinens unus omnibus praestat; homo constat etiam, immo maxime constat ex ratione, voluntate libertateque, quarum facultatum vi rerum universitatis est princeps, seque principem existimare debet; nam iisdem usus homo sive corporis sive animi sive affectuum impetus coercere didicit.

54. Vera et recondita sacri caelibatus causa — ut supra animadvertimus — in eo posita est, ut sacerdotii candidatus seipsum Christi et Ecclesiae mysterio artiore atque absolutiore quodam necessitudinis vinculo iungere, ad universi humani generis utilitatem, praeoptet. Dubium autem non est, quin summa illa hominis bona in huiusmodi electione maximopere explicari queant.

55. Quare sacri caelibatus electio minime postulat, ut appetitus ad sexum pertinens atque diligendi facultas sensusque ignorentur et despiciantur — quod quidem corporis animique

100 ***conf.*** X, 29, 40: PL. 32, 796.
101 Cf. supra, n. 10.
102 *Qen.,* i, 26-27.

noceret aequabili tati — sed claram rerum intellegentiam, intentam animi moderationem, sapientemque mentis ad superiora elationem requirit. Hac igitur ratione, cum sacer caelibatus hominem mira dignitate cohonestet, valde reapse confert ad perfectam cumulatamque hominis plenitudinem virtutemque assequendam.

56. Concedimus sane, naturale ac legitimum optatum, quo homo aliquam mulierem diligere ex eaque liberos suscipere cupit, ab eo posthaberi, qui sacri caelibatus lege teneatur; pernegandum tamen est, matrimonium atque familiam únicas esse vitae condiciones, ad integram hominis maturitatem comparandam necessarias. In sacerdotis animo amoris flamma nequaquam restinguitur. Caritas enim, quae e purissimo hauritur fonte [103] atque imitando Deum et Christum servatur, plurimum a sacerdote postulat atque eum ad agendum impellit,[104] haud aliter atque verus quilibet amor. Ad hoc caritas campos et fines agendi in immensum veluti diducit; suscepti officii conscientiam, maturioris animi clarum indicium, penitius perpendit et latius extendit; atque in ipso sacerdote plenos et teneros affectus excolit,[105] altioris cuiusdam uberiorisque paternitatis signum; quibus sane affectibus sacerdos cumulatissime ditatur.

57. Universa Dei plebs Christi mysterium eiusque regnum testari debet; attamen in huiusmodi edendo testimonio alius ab alio differt. Etenim Ecclesia, hinc filiis suis laicis, nuptiarum foedere coniunctis, id muneris committit, ut vitam profiteantur, in matrimonii inque familiae necessitudinibus servandis, christiano nomine fidelissime pleneque dignam; hinc a sacerdotibus postulat, ut talem vitae rationem profiteantur, quae tota in novissimis atque iucundissimis regni Dei rebus meditandis procurandisque posita sit.

Quodsi directo ac per se nequit sacerdos coniugii condiciones experiendo cognoscere, ipse tamen, sive ob acceptam disciplinam initumque sacerdotale munus, sive ob suae condicioni divinitus pollicitam gratiam, vim omnem humanitatis inti-

103 Cf. *1 Io.,* 4, 8-16.
io* **cf.** ***ma.,*** 3, 16-18.
105 Cf. *1 Thess., 2,* 11; *1 Cor.,* 4, 15; *2 Cor.,* 6, 13; *Gal.,* 4, 19; **i** *Tim.,* 5, 1-2.

mius etiam perspicere potest; ita ut non modo ad huiusmodi quaestiones in ipso earum fonte intellegendas pervenire, sed etiam suis consiliis coniugibus et christianis familiis validum auxilium ferre queat.[106] Nam sacerdos, ad sacri caelibatus normam magno animo vitam dirigens, christianis coniugibus praeclaro erit indicio, humanum amorem, hoc nomine dignum, spirituali vi et significatione pollere; idemque praeterea, se ipsum devo vendo, christianis hominibus, matrimonii vinculo sociatis, germanae coniunctionis gratiam merebitur.

58. Equidem non infitiamur, sacerdotem, propter sacrum caelibatum, solitarium hominem esse. Attamen eius solitudo haud putanda est quiddam vastum vel inane, quandoquidem Deo atque ingentibus eius caelestis regni divitiis completur. Accedit quod ad hanc tolerandam solitudinem, quae interius exteriusque caritate affluât oportet, sacerdos se ipse paravit, si tamen eam cogitate elegit: hoc est, non ut, quodam ductus supercilio, a ceteris hominibus distaret; non ut gravibus muneribus, omnium communibus, exsolveretur; non ut a fratribus se secerneret, aut mundum despicatui duceret. Etenim, a mundo segregatus, sacerdos haudquaquam a populo Dei separatur, quoniam ***pro hominibus constituitur,***[107] ac totus ***consecratur*** cum caritati exercendae,[108] tum ***operi ad quod Dominus*** eum ***assumpsit.***[109]

59. Fieri nonnumquam potest, ut sacerdos solitudine gravetur; hanc tamen ob causam, minime eum paenitebit, huiusmodi vitae rationem magno animo elegisse. Ipse namque Christus, tristissimis in rerum adiunctis, solus fuit, atque vel ab illis derelictus, quos testes ac socios suae vitae sibi asciverat, quosque ***in finem***[110] dilexerat, nihilominus ait : ***Non sum solus, quia Pater mecum est.***[111] Qui libere optaverit ut totus adhaereat Christo, in eius familiaritate versans atque ex ipso gratiam hau-

106 cf. *1 Cor.,* 2, 15.
107 *Hebr.,* 5, 1.
108 cf. *1 Cor.,* 14, 4 ss.
109 Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 3: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 993-995.
110 Io., 13, 1.
111 *Ibid.,* 16, 32.

riens, animum in primis ita confirmabit, ut omnem pellere maestitiam omnemque animi debilitationem abiectionemque vincere valeat; ipsi neque deerunt amantissima Deiparae Virginis tutela maternaque Ecclesiae sollicitudo, cui sese addixit; neque Episcopi providentia, qui Christi gratia patris munere fungitur; neque artum fidae amicitiae vinculum cum ceteris in sacerdotio fratribus; neque denique universi populi Dei caritas, consolationis feracissima. Quodsi quorundam hominum animi vel aversi, vel ad suspiciones proni, vel prorsus alieni solitariam sacerdotis vitam plus aequo interdum taedio affecerint, is sibi conscius erit, se significantissima rei veritate ipsam Iesu Christi sortem participare: cum germani apostoli instar, qui esse nequit ***maior eo qui misit illum,***[112] tum amici instar, cui divinus Amicus intimos animi sensus, vel doloris vel laetitiae plenos, aperuit; a quo propterea delectus est ut, vitam agens mortis speciem praebentem, arcanos vitae afferret fructus.[113]

II

60. Ex huiusmodi, quae exposuimus, cogitatis de sacrae virginitatis nitore, gravitate atque recondita convenientia, ad Christi et Ecclesiae ministros quod attinet, iis, qui Magistri Pastorisque partes in Ecclesia sustinent, praegrave onus oritur, omnibus viribus curandi, ut virginitas reapse colatur iam inde ab illa aetate, qua animus ad tam praeclarum suscipiendum donum paratur.

Etenim difficultates atque molestiae, quae nonnullis sacerdotibus sacri caelibatus conservationem vel asperam vel prorsus impossibilem faciunt, haud raro ex impertita sacrorum alumnis institutione afferuntur, quae, ob recentes rerum conversiones, iam omnino apta haud censenda sit ad ***Dei hominem***[114] digne formandum.

61. Qua de re Sacri Concilii Oecumenici Vaticani II Patres iam normas ac praecepta ediderant sapientissima, non

ns of. *iUd.*, 13, 16; 15, 18.
ns Cf. *ibid.*, 15, 15-16, 20.
ii* Cf. *1 Tim.*, 6, 11.

modo cum progressibus disciplinarum de hominis animò deque adulescentium educatione congruentia, sed etiam cum singulorum hominum et civilis societatis condicionibus convenientia, nostra hac aetate valde immutatis.[115] Volumus propterea, ut quam primum peculiares condantur leges, quibus de hac disciplina late diffuseque, ut par est, agatur, peritis quoque viris ad adiutricem navandam operam arcessitis; ut iis, qui in Ecclesia gravissimum susceperunt munus sacerdotii candidatos instruendi, praesens opportunumque praebeatur subsidium.

62. Sacerdotium est ministerium a Christo Iesu institutum, ad inserviendum eius Mystico Corpori, quod est Ecclesia. Quam ob causam illud ad Ecclesiae Auctoritates spectat, ut eos tantum, quos idoneos iudicaverint, ad sacerdotium admittant, hoc est eos, quibus Deus, praeter cetera sacrae vocationis indicia, etiam sacri caelibatus donum concesserit.[116]

Ex huiuscemodi dono, canonica lege confirmato, vocatur homo ut libera voluntate plenoque sui devovendi studio invitanti Deo obtemperet, eiusque auctoritati mentem atque conscientiam accommodet. In re vera Deus certum aliquem virum vocat, sui ipsius plane compotem, cuius libertatem caelestis gratia neutiquam intercipit. In sacerdotii ergo candidatis animus ita excolendus est, ut divinum munus in se docili ingenio recipiant, et Deo vocanti praesto sint, atque adeo praecipuum locum supernis subsidiis tribuant.

63. Sed ratio quoque accurate habeatur oportet de corporis animique candidati condicionibus, ut is apte ad celsum sacerdotii fastigium consequendum dirigi atque institui possit. Quam ob rem ut educatio candidati, cuius verae animi condiciones et facultates iam penitus perspectae sint, reapse id assequatur ad quod spectat, necesse plane est divinae gratiae processum cum naturae processu concinne componat. Quae animi condiciones religiosissima diligentia inspiciendae sunt, ubi primum sacrae vocationis indicia se ostendunt. Cum enim nemini oporteat tumultuario levique iudicio fidem adiungere, ad rem adhi-

115 cf. Decr. *Optatam totius,* nn. 3-11: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 715-721; Decr. *Perfectae caritatis,* n. 12: A.A.S., LVIII, 1966, p. 721.

ne Cf. supra, n. 15.

bendus quoque erit aliquis medicinae vel, ut Graeco verbo utamur, psychologiae peritus, qui huic investigationi adsit auxiliumque ferat. Neque praetereunda erit accurata pervestigatio, quam ***anamnesticam*** appellant, ut probetur utrum candidatus ad sacerdotium idoneus sit, etiam gravissima illa ratione considerata, quae ad animi corporisque bona a parentibus quasi hereditate accepta pertinet.

64. Ii autem, qui, corporis, animi ac morum ratione habita, minus idonei existimentur, statim a sacerdotio capessendo dehortandi sunt. Quare sciant educatores, se ad hoc faciendum gravissimo officio adigi; ne inani spei aut fiduciae periculorum plenae indulgeant, neve ullo modo sinant, sacrorum alumnos hanc spem fovere, cum magno sui et ipsius Ecclesiae detrimento. Tale enim vitae genus, quale caelebs sacerdos agere debet, cum interius exteriusque tam impense divinis rebus vacare iubeat ac tanta indigeat prudentia, candidatum minime admittit, qui, ad corpus, ad animum, ad mores quod attinet, haud satis se praebeat necessariis dotibus ornatum; neque exspectandum est, hac in re divinam gratiam ea, quae naturae desint, subiecturam esse.

65. Statim atque candidatum idoneum esse constiterit, eidemque facultas facta erit iter, quod ad sacerdotium eum perducet, ingrediendi, sedula cura adhibenda erit, ut ipse plenam personae suae maturitatem gradatim per congruam educationem adipiscatur, quae eius corpus, mentem ac mores attingat, adeo ut nativam indolem, animi sensus atque impetus cohibere ac regere valeat.

66. Quam congruam educationem comprobabit ea animi fortitudo, qua fit ut quis privatam et communem vivendi disciplinam, qualem sacerdotalis vita postulat, ultro amplectatur. Haec disciplina, cuius defectio aut enervatio deplorandae sunt, utpote quae ad gravia pericula adducant, non quasi onus extrinsecus impositum ferri debet, sed, ut ita dicamus, intus in animum excipienda atque inserenda, ut vitae spiritualis pars necessaria habeatur.

67. Ars educandi in eo versari debet, ut iuvenes ad sinceritatis virtutem, sacri Evangelii propriam,[117] et ad sponte agendum conformentur; quod eveniet, si quaevis bona privata incepta foveantur, eo spectantia, ut iuvenis discat se noscere suasque vires recte aestimare, sua onera scienter suscipere, illudque sui ipsius imperium adipisci, quod summi momenti est in sacerdotali educatione impertienda.

68. Oportet praeterea usus auctoritatis, cuius suprema principia semper firmiter sunt retinenda, non solum sapienti moderatione pastoralique animo fiat, et colloquii instar procedat, sed etiam alumnos per gradus exerceat; adeo ut educator magis magisque iuvenis animum perspicere possit, atque educatio hoc habeat proprium, ut sit praecipue actuosa, idemque iuvenis, ex animi sententia, ad reapse agendum moveatur.

69. Plena ac perfecta sacerdotii candidati educatio eo spectare debet, ut is tranquillo animo, scienter et libere gravia ea munera eligat, quae ipsi aliquando summa religione coram Deo et Ecclesia erunt suscipienda.

Animi ardor atque magnitudo sane mira sunt iuvenum ornamenta, quae, si recte excolantur atque firmentur, eiusmodi sunt, ut non modo caelestia praesidia, verum etiam admirationem et fiduciam Ecclesiae, immo et universorum hominum, ipsis concilient. Iuvenes nulla lateat earum difficultatum, quas huiusmodi vitae genus eligentes in se ipsi aut in hominum societate reapse in posterum experientur, ut sui animi inflammatio ne levis aut inanis evadat; at una cum difficultatibus aequum erit iisdem in sua luce ostendere, non minoré veritate et claritate, sublimem electae vitae praestantiam; quae quidem, si hinc personae humanae vacuum quoddam in corpore et in animo parat, hinc nihilominus talem affert spiritualem plenitudinem, quae valeat sacerdotis vitam penitus afficere et ad summum evehere perfectionis fastigium.

70. Iuvenes persuasum habeant, se arduum huiusmodi iter tereré non posse, nisi peculiarem asceseos disciplinam am-

[117] Cf. MT., 5, 37.

plectantur, communia officia ceterorum christifidelium exsuperantem atque sacerdotii candidatorum propriam.

Asceticam disciplinam dicimus, severam quidem, non autem animos opprimentem, quae coniunctam habeat consciam assiduamque earum virtutum exercitationem, quae efficiunt, ut sacerdos a ceteris hominibus distinguatur. Hae virtutes sunt: summum se devovendi studium — quae necessaria condicio est, ut quis Christi assecla fiat[118] —; humilitas atque oboedientia, quae interiorem veritatem recteque ordinatam libertatem significant; prudentia et iustitia, fortitudo atque temperantia, sine quibus veri nominis religiosa vita, eaque excellens, haberi nequit; egregia officii conscientia; fidelitas ac probitas in muneribus gerendis; actuosae et contemplativae vitae apta coniunctio; animi a terrestribus rebus abalienatio paupertatisque studium, e quibus suam vim et virtutem accipit evangelica libertas; castitas, numquam intermisso nisu comparata, cum ceteris naturalibus et supernaturalibus virtutibus pulchre conveniens; animi serenitas ac securitas in commercio habendo cum hominibus, quorum causa sacerdotii candidatus Christo eiusque regno sese aliquando devovebit.

Hac via sacrorum alumnus, iuvante Dei gratia, vir evadet aequo, forti ac maturo animo praeditus; in quo scilicet nativae vires cum virtutibus labore partis conspirabunt, omnesque facultates mirum in modum inter se cohaerebunt, cum eas illuminent fides atque coniunctio cum Christo, qui illum elegit, ut sibi famularetur et salutis administer humano generi fieret.

71. Attamen, quo certius constet, iuvenem ad sacerdotium idoneum esse, et deinceps testimoniis probetur eundem humanam ac supernaturalem maturitatem adeptum esse —• est enim *difficilius bene conversari cum cura animarum, propter exteriora pericula* [119] — oportet sane sacri caelibatus observantia certis spatiis experimento probetur, antequam per presbyteratus ordinem stabilis ac perpetua evadat.[120]

ns Cf. *ibid.*, 16, 24; Io., 12, 25.

11[9] S. THOMAS, *Summa Theol.*, II II, q. 184, a. 8 c.

[120] Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Optatam totius*, n. 12: A.A.S., LVIII, 1966, p. 721.

72. Cum pro viribus probatum erit, maturitatem sacerdotii candidati satis iam firmitatis habere, tunc ipse profecto poterit grave et suave sacerdotalis castitatis onus suscipere, tamquam plenam sui ipsius donationem Christo eiusque Ecclesiae factam.

Ita enimvero sacrorum alumnus, divina aspirante gratia, caelibatus legem, quae ex voluntate Ecclesiae cum sacerdotali ordine re vera coniungitur, plane conscius ac liber in se suscipiet, non sine tamen, uti patet, prudenti et sapienti probatorum pietatis magistrorum consilio, quorum erit magnam ac liberam optionem factam non iniungere, sed magis consciam reddere. Atque eo gravissimi temporis momento, in quo totius futurae vitae suae cursus vertetur, candidatus non modo externae cuiusdam vexationis onus non persentiet, sed potius ex optione illa propter Christi amorem peracta magnam hauriet laetitiam..

73. Sacerdos nullo modo existimet, sacra ordinatione suscepta, sibi iam omnia facilia reddi, aut se a quibusvis vitiorum illecebris vel periculis in perpetuum iam tutum fore. Castitas non eiusmodi virtus est, ut quis eam semel in perpetuum adipiscatur; sed magno labore et cotidiana exercitatione comparatur. Nostra haec aetas magnopere germana bona extollit illius amoris, qui ad mutuum utriusque sexus commercium pertinet; sed hac in re, pro dolor, difficultates et pericula etiam multiplicavit. Quapropter, ad castitatis bonum omni diligentia tuendum, atque ad excelsam huius virtutis dignitatem palam testandam, necesse prorsus est, ut sacerdos aperto ac sereno animo suam condicionem consideret, hoc est, se existimet iugi spirituali certamini obnoxium, adversus cupiditatum illecebras, quas in se ipso et in mundo experietur; ac praeterea sine intermissione propositum renovet, magis magisque irrevocabile sui ipsius donum perficiendi, cui fidem plenam ac sinceram reapse praestare debet.

74. Christi sacerdos novam vim novamque laetitiam percipiet, si cotidie precando meditandoque altius donationis suae causas exploraverit atque in dies magis persuasum habuerit,

se optimam partem elegisse. Hanc ob causam sacerdos humiliter et perseveranter fidelitatis gratiam implorabit, iis defuturam numquam, qui illam sincero animo postulaverint, ad id naturalibus et supernaturalibus subsidiis, quae ipsi praesto sunt, simul adhibitis. Ac praesertim sedulo servandas curabit illas asceseos normas, quae in Ecclesia experiendo iam comprobatae sunt, quaeque in praesentibus rerum adiunctis, non minus quam anteacta aetate, necessariae videntur.[121]

75. In primis sacerdos, quam maximo potest amore, divina gratia indito, det operam excolendae intimae suae cum Christo coniunctioni, eiusque inexhausto ac beatitudinis pleno mysterio investigando. Studeat praeterea Ecclesiae mysterium praeclarius perspicere, a quo seiuncta sacerdotalis vitae condicio in periculo est, ne vana atque absurda ipsi videatur.

At vero, si pietas sacerdotalis a purissimis divini Verbi et sanctissimae Eucharistiae fontibus alimoniam ducat; si cum actione liturgica vitaliter coniungatur; si denique tenero et conscio cultu fulciatur SS. Virginis, summi et aeterni Sacerdotis Matris eiusdemque Apostolorum Reginae,[122] tunc sacerdos scaturigines attinget ipsius germanae spiritualis vitae, quae sola efficit, ut sacrae virginitatis conservatio veluti in firmissimo fundamento consistat.

76. Sacerdos, qui divina gratia atque interiore pace fruatur, forti sane animo vitae suae suique ministerii multiplicia munera tueri valet; nam, dum fide ac religionis studio permotus eadem obeat, novas occasiones nanciscitur testandi, se totum ad Christum pertinere ad eiusque Mysticum Corpus, ut sanctitudinem sibi aliisque hominibus comparet. Caritas Christi, quae eum urget,[123] opem et auxilium feret, non ut potissimos animi sui sensus cohibeat, sed ut eosdem sublimiores et altiores reddat; idque efficiet devovendi se studio, sicut Christus, summus sacerdos, qui artissimam vitae communionem cum hominibus habuit, eos dilexit et pro ipsis passus est;[124]

121 Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* nn. 16, 18: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1015-1016; 1019.

122 cf. *ibid.,* n. 18.

123 Cf. *2 Cor.,* 5, 14.

124 cf. *Hebr.,* 4, 15.

sicut etiam Paulus Apostolus, qui omnium sollicitudines participabat,[125] ut in mundo lucem et virtutem Evangelii gratiae Dei testificaretur.[126]

77. Sollicitudine actus integrum servandi donum suipsius Christo factum, sacerdos sese tueatur ab iis animi impulsionibus, qui affectus gignunt haud satis cum rationis lumine et moderamine consentaneos, neque necessitates vitae spiritualis vel apostolatus tamquam causas afferat ad excusandas animi propensiones, quae reapse periculorum plenae sunt habendae.

78. Sacerdotalis vita flagrans studium postulat pietatis verae ac sincerae, vi cuius sacri administri Spiritu vivant, Spiritu et ambulent;[127] postulat internam atque externam christianae asceseos disciplinam virili animo vere dignam, quemadmodum eos addecet qui, et peculiari quodam nomine Christo famulentur, et in ipso et propter ipsum ***carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis suis;***[128] atque adeo minime dubitant ardua ac diuturna inire certamina.[129] Quae si praestiterit, Christi administer apertius mundo ostendere poterit fructus Spiritus, qui sunt: ***caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.***[130]

79. Sacerdotalis castitas invalescit, custoditur ac defenditur eo etiam vivendi genere, iis socialibus condicionibus iisque artibus, quae Dei administrorum sunt propriae; quare omnino oportet quam maxime illam foveri ***intimam fraternitatem sacramentalem,***[131] qua sacerdotes omnes ob sacrum Ordinem susceptum fruuntur. Dominus Iesus docuit urgere novum praeceptum caritatis; idque exemplo suo mirum in modum testatus est, tunc praesertim cum SS. Eucharistiae et catholici sacerdotii sacramenta instituit,[132] atque caelestem Patrem roga-

125 Cf. *1 Cor.,* 9, 22; *2 Cor.,* 11, 29.
126 Cf. *Act.,* 20, 24.
127 Cf. *Gal.,* 5, 25.
128 *Ibid.,* 5, 24.
129 Cf. *1 Cor.,* 9, 26-27.
130 *Gal.,* 5, 22-23.
131 Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 8: A.A.S., LVIII, 1966, p. 1003.
132 Cf. Io., 13, 15 et 34-35.

vit, ut dilectio, qua ab eo ex omni aeternitate dirigeretur, in illis esset, et ipse in illis.[133]

80. Perfecta sit igitur inter sacerdotes animorum coniunctio, ac frequens inter eos foveatur precationum, serenae amicitiae et cuiusvis mutuae opis commercium. Nec satis umquam sacerdotibus commendabitur quaedam vitae communis forma, ut sacerdotale munus magis magisque pietate imbuatur; vel frequens conventuum consuetudo, in quibus ipsi fraterno more cogitata, hortamenta et experimenta inter se communicent; vel denique consociationum incrementum, ad sacerdotalem sanctitudinem incitandam spectantium.

81. Sacerdotes diligentissime perpendant Concilii Vaticani II monitum,[134] quo invitantur ad mutuam sensuum communionem fovendam, ut penitus sentiant in se sortem recidere suorum in sacerdotio fratrum, qui difficultatibus laborent ac divinum donum, quod in ipsis est, in grave discrimen adduci patiantur. Erga eos caritate flagrent, utpote qui magis quam ceteri amore, benevolentia, precibus et auxiliis prudentibus efficacibusque indigeant, atque iustam habeant causam, cur inexhausta illorum caritate nitantur, qui prae ceteris verissimi ipsorum amici sunt atque esse debent.

82. Denique, ut Nostri huius epistolaris colloquii quoddam quasi complementum et monumentum tradamus, vos, Venerabiles in Episcopatu Fratres, vosque, sacerdotes, altaris administri, hortari velimus, ut unusquisque vestrum quotannis, anniversario die suscepti sacerdotii, aut omnes una simul animo coniuncti feria V in Cena Domini, quo religiosissimo die sacerdotium institutum est, propositum ineatis plenam fidentemque vestram ipsorum donationem olim Christo Domino factam renovandi, nec non conscientiam in vobis excitandi vestrae ad sacra munera electionis, ac denique cum humilitate et animi fortitudine iterum Christo pollicendi, vos unico

133 Cf. *ibid.*, 17, 26.
134 Cf. Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 8: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1003-1005.

eius amori vestraeque castissimae donationi[135] in perpetuum futuros esse fideles.

83. Nunc vero, paterno amore, magna trepidatione ac dolore cogitatio Nostra fertur ad infelices illos Nostros in sacerdotio fratres, sed semper dilectissimos ac desideratissimos, qui, cum in animo impressum gerant sacrum signum per Presbyteratus ordinem collatum, nihilominus ab officiis in sacerdotali consecratione susceptis misere desciverunt.

Quae lugenda illorum condicio, atque damna inde publice privatimque consecuta, in causa sunt cur nonnulli secum quaerant, utrum huiusmodi infelices casus ac prava exempla, quibus populus Dei offenditur, caelibatui ipsi sint quodammodo tribuenda. Immo contra, nihil in sacro caelibatu culpae haeret. Haec omnia in re vera acciderunt, vel quia non semper opportuno tempore de sacerdotii candidati dotibus certum ac prudens iudicium latum est, vel quia sacrorum administrorum vivendi ratio cum officiis vitae suae Deo integre dicatae non omnino concinuit.

84. Ecclesia maxime sollicita est de infelici horum filiorum sorte, atque adeo suum esse ducit, omnem curam adhibere ad praecavenda vel sananda vulnera, quae ex eorum defectione accepit. Vestigiis insistentes proximorum Decessorum Nostrorum, decernere voluimus, ut in iudiciis ad sacerdotalem ordinationem spectantibus, instituendae investigationes ad alios, eosque gravissimus casus et rationes extendantur, in vigenti iure canonico non recensitos,[136] cum inde gravia ac vera dubia oriri possint de sacerdotii candidatorum plena libertate et conscientia in oneribus suscipiendis, nec non de eorundem habilitate ad sacerdotalem vitam amplectendam; eo sane consilio, ut ab oneribus eximantur quotquot in legitimo iudicio reapse non idonei declarati sint.

85. Quae dispensationes, uti aiunt, hac in re forte concedantur, — quae paucissimae profecto putandae sunt si cum

135 cf. *Rom.,* 12. 1.

136 cf. C.I.C., can. 214.

magno numero sacerdotum sanorum ac dignorum comparentur — simul ex iustitia singulorum spirituali bono prospiciunt, simul Ecclesiae curas ostendunt, ut lex sacri caelibatus firma maneat eademque ab omnibus sacris administris integre fideliterque servetur.

Ecclesia, ita se gerens, semper magno cum maerore procedit, praesertim cum casus occurrunt singulariter dolendi: cum videlicet qui suave Christi iugum digne ferre recusant, iidem hoc faciunt ob fidem in discrimen adductam vel ob corruptos mores, ac propterea scienter saepe nec sine christiani populi oiïen sione.

86. O si scirent hi sacerdotes quantum angoris, quantum dedecoris, quantum trepidationis sanctae Dei Ecclesiae afferunt; o si cogitarent quae fuerunt susceptorum munerum gravitas et praestantia, quaeve pericula in hac vita et in futura adeunt, cautiores utique et prudentiores essent in consiliis capiendis, promptiores in precibus Deo fundendis, atque subtiliores acrioresque in causis praecavendis eiusmodi spiritualis et moralis defectionis.

87. Sed mater Ecclesia peculiari quadam cogitatione se ad eorum casum sacerdotum florentis adhuc aetatis convertit, qui, quamvis magno animi ardore atque sedula industria sacrum ministerium secuti sint, postea tamen in alacri sacri muneris perfunctione nonnihil vel desperationis, vel dubitationis, vel libidinis, vel insaniae sensibus affecti sunt. Quapropter in his praesertim rerum adiunctis putat Ecclesia nihil non esse temptandum, ut vacillans labansque frater persuasione possit ad animi tranquillitatem, ad fiduciam, ad paenitentiam atque ad pristinam resumendam alacritatem revocari. Atque tunc tantum cum visum fuerit fieri non posse ut sacerdos ad bonam frugem compellatur, tum demum infelix Dei minister a sibi concredito munere exsequendo eximetur.

88. Quodsi aliquando fiat ut, quamvis is reduci non possit ad sacerdotii partes rursus sustinendas, sinceram tamen bonamque ostendat voluntatem christianae vitae ducendae, ut

laicum decet, Apostolica Sedes, omnibus diligentissime perpensis, collatisque cum loci Ordinario vel cum Superiore religioso consiliis, potiorem habens amorem quam dolorem, postulatam dispensationem interdum concedit, nonnullis pariter pietatis et expiationis operibus eam ob causam iniunctis, ut in filio misero, at semper amato, salutare permaneat signum materni Ecclesiae maeroris, utque in eiusdem animo vividior insideat recordatio, omnibus opus esse divina misericordia.

89. Quae quidem disciplina, severa pariter et misericordiae plena, semperque ad normas iustitiae et veritatis, summae prudentiae et cautionis conformata, procul dubio valde proderit ad probos sacerdotes confirmandos in proposito integre sancteque vivendi; item sacrorum alumnos monebit, ut sapienti educatorum praeceptorumque moderatione ad altare accedant suscipiendi officii plane conscii, sui ipsorum commodi obliti, studioque infiammati divinae gratiae impulsionibus et Christi eiusque Ecclesiae voluntati obtemperandi.

90. Denique facere non possumus, quin ingenti cum laetitia grates Deo eam ob causam persolvamus, quod animadvertimus, nonnullos ex iis, qui pro! aliquamdiu a suscepto onere desciverant, tam diligenter usos esse .omnibus subsidiis ad rem idoneis, in primisque supplici precatione, humilitatis exercitatione, tenaci animi contentione, crebro sacrae Paenitentiae lavacro, ut summi Sacerdotis dono ad rectam viam re versi sint iterumque lectissimi eiusdem summi Sacerdotis ministri magno cum omnium gaudio facti.

91. Quo autem dilectissimi Nobis sacerdotes sumpta munia facilius et iucundius tueri possint, iure iidem gaudent officioque adstringuntur, Venerabiles Fratres, summo vestro prorsusque necessario auxilio fruendi. Cum enim vos in sacrorum alumnorum numerum eos asciveritis, ad sacerdotium ineundum institueritis, eorumque capiti manus imposueritis, ii propterea sive dignitatis sacerdotalis causa, sive sacri Ordinis vi, quam maxime vobiscum coniunguntur, atque vestram

in christifidelium communitatibus sibi commissis personam gerunt. Quare vobiscum iidem erecto fortique animo sociantur, utpote qui, in suo quisque gradu, partes vestras vestrasque curas in se recipiant.[137] Quoniam vero, sacrum caelibatum en- gentes, Praesulum exemplum secuti sunt, iam antiquitus sive in Oriente sive in Occidente vigens, fit idcirco ut nova inde oriatur necessitudinis ratio inter Episcopum et sacerdotem, eademque penitius in vitae traducatur actionem.

92. Perinde ac Iesus dulcissimam caritatem suam erga discipulos tum magis ostendit, cum eos ministros fecit sui veri ac Mystici Corporis,[138] ita et vos, ***per quos adest in medio credentium Dominus Iesus Christus, Pontifex Summus,***[139] vestrum esse haud ignoratis, potissimum amorem praecipuasque sollicitudines ad sacerdotes atque ad sacri ministerii tirones convertere.[140] Numquam profecto opportunius firmam hanc persuasionem vestram patefacietis, quam si, officii conscientia et sincera invictaque caritate ducti, alacrem dederitis operam sacri ordinis alumnis erudiendis atque sacerdotibus omni ope adiuvandis, ut cum divinam vocationem tum sua munera fideliter tueantur.

93. Sacerdotis, uti hominis, solitudinem, quae haud raro causa est cur animi debilitentur atque ad illicita trahantur, vos in primis fraterne atque amice praesentes allevate.[141] Erga vestros igitur sacerdotes, potius quam antistites et iudices, vos magistros, vos patres, vos amicos et fratres praestate, ad bonitatem, ad misericordiam, ad indulgentiam, ad veniam, ad auxilium paratos. Contendite praeterea, ut sacerdotes vobis commissos ad mutuam amicitiam vobis gerendam et ad plenam in vobis collocandam fiduciam adducatis, ita tamen ut legitimae oboedientiae vinculum non modo non dissolvatur, sed potius sacri Pastoris caritate firmetur, atque adeo ipsa oboe-

137 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 28: A.A.S., LVII, 1965, pp. 34-35.

"s Cf. Io., cc. 13-17.

is» Conc. Vat. II, Decr. *Lumen gentium,* n. 21: A.A.S., 1965, p. 24.

140 Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 7: A.A.S., LVIII, 1966, pp. 1001-1003.

"i Cf. *ibid.*

dientia libentior, sincerior et securior evadat. Quae officiosa amicitia atque filiorum vobiscum consuetudo procul dubio occasionem facultatemque suppeditabunt, ut animum suum tempestive vobis aperiant suasque difficultates ostendant, certa erecti spe, vos nullo non tempore sibi praesto fore, ut errata, in quae forte inciderint, in vobis deponere possint, sine servili castigationis metu, sed, ut filios decet, cum admonitionis, veniae et subsidii exspectatione, quae simul eos instimulet et accendat ad coeptum iter redintegrata fiducia pergendum.

94. Hoc certe vobis persuasum est, Venerabiles Fratres, quotiescumque cuilibet sacerdoti suscepti muneris gaudium ac studium iterum inicitis vel animi tranquillitatem salutisque spem restituitis, vos pernecessario atque nobilissimo munere fungi, quod summopere prodest ingenti animorum numero. Quodsi aliquando facere non potestis, quin vestra utamini auctoritate atque salutarem adhibeatis severitatem erga eos paucos, qui, vestra reiecta benignitate, malo exemplo populo Dei noceant, curate tamen ut, in quos necessario consulitis, eorum emendationem prae oculis habeatis. Dominum Iesum, ***pastorem et episcopum animarum vestrarum,***[142] secuti, ***harundinem quassatam*** ne confringatis et ***linum fumigans*** ne exstinguatis.[143] Haud secus atque Iesus, plagas sanate,[144] salvum facite, quod perierat,[145] sedulo amore amissam ovem quaeritate, ut eam ad tepens ovile reducatis,[146] atque, sicut ipse fecit, vos quoque ad ultimum nitimini, ut amicum infidelem ad bonam frugem revocetis.[147]

95. Pro explorato sane habemus, Venerabiles Fratres, vos pro vestra doctrina et sapientia vestraque pastorali sollicitudine nihil inexpertum esse relicturos, quod sacerdotibus vestris sacri caelibatus sublimem formam assidue proponat, atque

142 ***i Pet.,*** 2, 25.
143 Cf. MT., 12, 20.
144 Cf. Lc, 9, 11.
145 Cf. MT., 18, 11.
146 Cf. Lc, 15, 4 ss.
147 Cf. *ibid.,* 22. 48.

numquam sacerdotum curam esse deposituros, a domo Dei, quae et sua est, digressorum, quicumque demum eorum tristis iacturae est exitus : perpetuo enim filii vestri manent.

96. Attamen cum sacerdotum virtus bonum sit totius Ecclesiae atque praecellens thesaurus et decor, ad exemplum utilitatemque universi populi Dei pertinens, placet idcirco Nobis, omnes christifideles, Nostros in Christo filios, amanter impenseque hortari, ut in se quoque recidere arbitrentur illorum fratrum virtutis custodiam, qui partes sibi sumpserunt iisdem utpote sacerdotes ministrandi in aeterna comparanda salute. Omnes igitur preces Deo admoveant ; nitantur eos iuvare, qui divinitus ad sacerdotium sunt vocati ; sacerdotibus obsequio et studio, quae filios decent, opitulentur, ac sociam docilemque navent operam, eo permoti consilio, ut solacium iis afferant, eorundem pastoralibus curis libenter respondendo. Ad hoc, iisdem sacris in Christo patribus animum addant ad omne genus difficultates evincendas, quae saepe iis occurrunt credita sibi munia plene fideliterque obeuntibus, ut hominum generi optimo sint exemplo. Omnes denique, fidei et christianae caritatis studio ducti, magnam reverentiam et quandam quasi verecundiam sacerdotibus testentur, eorum maxime condicione perspecta, quae propria est hominis Deo et Ecclesiae omnino addicti.

97. Quae Nostra hortatio potissimum ad eos laicos pertinet, qui diligentius vehementiusque quam ceteri Deum quaerunt atque ad christianorum morum perfectionem in profana vita nituntur, quibusque propterea fas est, observantis sinceraeque amicitiae necessitudine cum illis constituta, sacris administris maximum afferre adiumentum. Laicis enim, quippe qui, quamvis terrestris huius vitae negotiis implicentur, tamen élaborent, ut Baptismi promissis satisfaciant, licet nonnumquam sacerdoti lumen praebere eundemque confirmare, ne, in Christi Ecclesiaeque famulatu, e quibusdam rerum adiunctis atque e pravo turbidoque huius saeculi afflatu, quod attinet ad divinae vocationis suae integritatem, detrimentum capiat. Quibus ex rebus sine dubio consequetur, ut universus Dei populus Domi-

num Iesum in iis colat et observet, qui eius gerunt personam, de quibusque ipse ait : ***qui recipit vos, me recipit, et qui me recipit, recipit eum qui me misit,***[148] certam mercedem se daturum promittens iis, qui evangelii nuntios quovis modo caritate prosequantur iisque operam navent.[149]

98. Porro, antequam his Litteris Nostris finem facimus, vos, Venerabiles Fratres Nostri, divini gregis, ubicumque terrarum est, Pastores, vosque dilectissimi sacerdotes, fratres et filii Nostri, Christi amore instincti monemus, ut nova fiducia novaque spe, filiorum propria, oculos et animos in dulcissimam Iesu Christi atque Ecclesiae Matrem intendatis eiusque maternam et potentem deprecationem pro catholico sacerdotio imploretis. Nam populus Dei eam miratur et colit ut formam atque exemplar Ecclesiae Christi, quod attinet ad fidem, ad caritatem atque ad perfectam cum ipso Christo coniunctionem. Beatissima igitur Virgo et Mater Maria impetret Ecclesiae, quae eadem virginis et matris appellatione honestatur,[150] ut in eo submisse constanterque gloriari possit, quod sacerdotes excelsum sacrae virginitatis donum integrum servent, utque sacrum caelibatum videat magis magisque florere atque cotidie pluris a quovis hominum coetu haberi; adeo ut in dies eorum numerus crescat, qui divinum ***sequuntur Agnum quocumque ierit.***[151]

99. Qua de re Ecclesia, Christo confisa, ad egregiam spem erigitur; nam, etsi conscia est quantum sollicitudinis habeat sacerdotum penuria pro spiritualibus omnium gentium necessitatibus, verumtamen infinitis arcanisque divinae gratiae auxiliis innixa, firmiter confidit fore, ut spiritualem sacrorum administrorum excellentiam eorum frequentia consequatur; ***omnia enim possibilia sunt apud Deum.***[152]

i*» MT., 10, 40.
"s Cf. *ibid.,* 10, 43.
150 CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* nn. 63. 64 : A.A.S., LVII, 1965, p. 64.
151 ***Apoc,*** 14, 4.
152 Me, 10, 27; cf. Lc., 1, 37.

Quod pro certo habentes plurimumque sperantes, tum vobis, Venerabiles Fratres, tum sacerdotibus ac fidelibus vobis commissis, Apostolicam Benedictionem, caelestium gratiarum auspicem Nostraeque paternae benevolentiae testem, ex animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxiv mensis Iunii, in festo S. Ioannis Baptistae, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Generales normae de diaconatu permanenti in Ecclesia Latina restituendo feruntur.

PAULUS PP. VI

SACRUM DIACONATUS ORDINEM iam inde a prisca Apostolorum aetate catholica Ecclesia magno in honore habuit, quemadmodum ipse Gentium Doctor testatur, qui diaconos una cum episcopis nominatim salvere iubet [1] atque Timotheum docet, quaenam virtutes animique dotes ab iisdem sint expetendae, ut suo digni ministerio aestimentur.[2]

Porro Oecumenicum Concilium Vaticanum II, perantiquum huiusmodi morem servans, honorificam diaconatus mentionem in Constitutione, a verbis *Lumen Gentium* incipienti, fecit ibique, cum de episcopis et presbyteris egisset, tertium quoque sacri ordinis gradum celebravit, eius dignitatem illustrando atque officia percensendo. Verum hinc probe intellegens *haec munera, ad vitam Ecclesiae summopere*

[1] Cfr. *Phil.* 1, 1.
[2] Cfr. *1 Tim.* 3, 8-13.

necessaria, in disciplina Ecclesiae latinae hodie vigenti in pluribus regionibus adimpleri difficulter posse, hinc tantae rei commodius consulere exoptans, sapienter decrevit, ut *diaconatus in futurum tamquam proprius ac permanens gradus hierarchiae restitui* posset.[3]

Quamvis enim nonnulla diaconorum munera laicis viris, in terris praesertim missionali opere excolendis, revera committi soleant, eos tamen *iuvat ... qui ministerio vere diaconali fungantur ... per impositionem manuum inde ab Apostolis traditam corroborari et altari arctius coniungi, ut ministerium suum per gratiam sacramentalem diaconatus efficacius expleant.*[4] Qua profecto ratione optimo quasi in lumine collocabitur propria huiusce Ordinis natura, qui non tamquam merus ad sacerdotium gradus est existimandus, sed indelebili suo charactere ac praecipua sua gratia insignis ita locupletato, ut qui ad ipsum vocentur, ii *mysteriis Christi et Ecclesiae* stabiliter inservire possint.[5]

Cum autem diaconatus permanentis instauratio in universa latina Ecclesia non sit ex necessitate efficienda, siquidem *ad competentes ... territoriales Episcoporum coetus, approbante ipso Summo Pontifice, spectat decernere, utrum et ubinam pro cura animarum huiusmodi diaconos institui opportunum sit/* arbitramur idcirco non solum oportere, sed etiam necesse esse, ut certae ac definitae hac de re normae edantur ad eam, quae nunc obtinet, disciplinam novis Concilii Oecumenici praeceptis accommodandam et ad aequas condiciones praefiniendas, quibus non solum diaconatus ministerium opportunius ordinetur, sed etiam candidatorum institutio variis horum vitae generibus «t communibus officiis et sacrae dignitati aptius respondeat.

Principio igitur quae in Codice Iuris Canonici de diaconorum iuribus et officiis, sive omnium clericorum communibus, sive eorundem propriis, statuuntur, ea omnia, nisi aliter cautum fuerit, confirmamus ***et*** in eos etiam valere edicimus, qui stabiliter in diaconatu sunt mansuri. Pro quibus praeterea haec alia, quae sequuntur, statuimus.

[3] Cfr. n. 29: *A. A. S.* 57 (1965) p. 36.

[4] CONC. VAT. II, Decr. *Ad Gentes,* n. 16: *A. A. S.* 58 (1966) p. 967.

[5] Cfr. CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* n. 41: *A. A. S.* 57 (1965) p. 46.

« *Ibid.* n. 29 : A. *A. S.* 57 (1965) p. 36.

I

1. Est officium legitimorum episcopalium Coetuum seu Conferentiarum, Summo Pontifice assentiente, deliberare, utrum et ubinam diaconatus, tamquam proprius ac permanens Hierarchiae gradus, in fidelium bonum sit instituendus, necne.

2. In petenda ab Apostolica Sede approbatione exponendae sunt tum causae, quae novam huiusmodi disciplinam aliqua in regione constituendam suadeant, tum rerum condiciones, quae veram boni eventus spem afferant; itemque describendus erit eiusdem disciplinae modus, utrum videlicet agatur de diaconatu conferendo *iuvenibus idoneis, pro quibus ... lex caelibatus firma remanere debet,* an *viris maturioris aetatis, etiam in matrimonio viventibus,* an utrique candidatorum generi.

3. Approbatione ab Apostolica Sede impetrata, uniuscuiusque Ordinarii est in sua sacra dicione candidatos probare et ordinare, nisi agatur de casibus eadem facultate exceptis.

In relatione de statu suae dioecesis conscribenda, Ordinarii de hac etiam instaurata disciplina commémorent.

II

4. Ex Ecclesiae instituto, ipso Oecumenico Concilio comprobante, ii, qui ad diaconatum iuvenes vocantur, lege caelibatus servandi astringuntur.

5. Diaconatus permanens ante quintum et vicesimum expletum annum ne conferatur ; grandior tamen aetas ab Episcoporum Conferentiis requiri poterit.

k\. Iuvenes, ad munus diaconale instituendi, in peculiare recipiantur Collegium, ubi probentur, ad vitam vere evangelicam informentur, ad propria et sua officia utiliter exsequenda instruantur.

7. Ad huiusmodi Collegium condendum, Episcopi eiusdem regionis, vel, si usus fuerit, plurium quoque regionum eiusdemve nationis, pro variis locorum adiunctis suam consocient operam. Eidem autem moderando praepositos peridoneos eligant, legesque tum de morum disciplina, tum de studiorum ratione accuratissime faciant, servatis, quae sequuntur, normis.

8. In diaconatus tirocinium ii tantum iuvenes ascribantur, qui naturalem animi inclinationem ad sacrae Hierarchiae et christianae communitatis ministerium ostenderint, quique sat bonam doctrinae copiam, pro suae gentis suique loci consuetudine, sibi comparaverint.

9. Proprium diaconatus tirocinium per tres saltem annos producatur ; disciplinarum autem series ita digeratur, ut candidati ad varia diaconatus munera scite salutariterque obeunda ordinatim et gradatim adducantur. Tota praeterea studiorum ratio ita poterit componi, ut extremo anno praecipua tradatur institutio pro diversis muneribus, quae diaconi potissimum exsequentur.

10. Huc insuper addantur usus atque exercitationes edocendi pueros aliosque fideles christianae religionis elementa, cantum sacrum evulgandi et moderandi, divinos Scripturae libros in fidelium coetibus perlegendi, populum alloquendi et adhortandi, Sacramenta, quae ad diaconos spectant, ministrandi, aegrotos invisendi, eaque in universum implendi ministeria, quae ipsis committi possunt.

III

11. Grandior is aetatis viri, sive caelibes sive etiam matrimonio coniuncti, ad diaconatum vocari possunt; hi vero ne admittantur, nisi constet non solum de uxoris consensu, sed de eiusdem etiam christiana morum probitate illisque dotibus, quae viri ministerium nec impediant nec dedecorent.

12. Grandior, de qua agitur, aetas attingitur quinto et tricesimo anno expleto; et tamen ita est intellegenda, ut nemo ad diaconatum vocari possit, quin diuturno vitae vere christianae exemplo, integris moribus et ingenio ad ministrandum proclivi, cleri fideliumque existimationem sibi conciliaverit.

13. Cum de viris matrimonio iunctis agitur, cavendum est, ut ii tantum ad diaconatum provehantur, qui, plures iam annos in matrimonio viventes, se domui suae bene praeesse ostenderint, quippe quibus et uxor et filii sint vitam vere christianam agentes et integra fama praestantes.[7]

14. Optandum est, ut tales etiam diaconi haud mediocri sint ornati doctrina, de qua nn. 8, 9, 10 supra diximus, vel illa saltem polleant scientia, quae episcopalis Conferentiae iudicio iisdem necessaria erit

' Cfr. *1 Tim.* 3, 10-12.

ad propria et sua munera implenda. Quam ob rem in peculiare Collegium aliquamdiu admittantur, ubi ea omnia addiscant, quae ad munus diaconale digne exsequendum opus erunt.

15. Quodsi forte id fieri nequit, candidatus educandus tradatur spectatissimo sacerdoti, qui de eo curam agat, eumque doceat, deque eius prudentia ac maturitate testimonium afferre valeat. Semper autem ac sedulo cavendum est, ut tantummodo idonei peritique viri in sacrum ordinem ascribantur.

16. Post ordinem receptum diaconi, grandiore etiam aetate promoti, ex tradita Ecclesiae disciplina ad ineundum matrimonium inhabiles sunt.

17. Caveatur, ne diaconi artem vel professionem exerceant, quae Ordinarii loci iudicio eos dedeceat, vel fructuosam sacri muneris functionem impediat.

TV

18. Quilibet diaconus, qui in aliqua religione non sit professus, alicui dioecesi sit rite ascriptus oportet.

19. Quae normae dé congruenti sacerdotum sustentatione accuranda deque socialibus, ut aiunt, cautionibus in eorum commodum spondendis vigent, eae in favorem quoque stabilium diaconorum servandae sunt, habita etiam ratione familiae diaconorum in matrimonio viventium, atque articulo n. 21 harum Litterarum perspecto.

20. Episcopalis Conferentiae erit de honesta sustentatione diaconi eiusque familiae, si matrimonio est iunctus, certas edere normas, pro diversis locorum temporumque adiunctis.

21. Diaconi, qui civilem professionem exercent, ex perceptis inde fructibus sibi suaeque familiae necessitatibus, quantum possunt, consulere debent.

V

22. Secundum memoratam Concilii Vaticani **II** Constitutionem, diaconi est, quatenus loci Ordinarius haec ipsa expedienda commiserit :

1) inter actiones liturgicas episcopo et presbytero adesse in omnibus, quae rituales varii ordinis libri eidem attribuunt;

2) baptismum sollemni ritu administrare atque omissas caeremonias super baptizatum sive infantem, sive adultum supplere;

3) Eucharistiam asservare, sibi ceterisque distribuere, eam in viaticum morientibus afferre, atque eucharisticam benedictionem, quam dicunt, cum sacra pyxide populo impertire;

4) ubi sacerdos deest, Ecclesiae nomine matrimoniis celebrandis assistere et benedicere ex delegatione episcopi vel parochi, ceteris servatis, quae in O. I. C. iubentur[8] atque firmo manente can. 1098, ubi quae de sacerdote dicuntur, ea de diacono etiam sunt intellegenda;

5) sacramentalia ministrare, funeris ac sepulturae ritibus praeesse;

6) divinos Scripturae libros fidelibus legere, populumque edocere et adhortari;

7) religiosi cultus officiis et supplicationibus praesidere, ubi sacerdos non adest;

8) verbi Dei celebrationes moderari, ubi praesertim sacerdos deest;

9) caritatis et administrationis officiis atque socialis subsidii operibus, Hierarchiae nomine, perfungi;

10) parochi et episcopi nomine, dissitas christianorum communitates legitime regere;

11) apostolica laicorum opera fovere et adiuvare.

23. Quae omnia munera in perfecta cum episcopo eiusque presbyterio communione exsequenda sunt, videlicet sub auctoritate episcopi et presbyteri, qui eo loci fidelium curae praesunt.

24. In Consiliis Pastoralibus diaconi, ut fieri potest, suam partem habeant.

VI

25. Diaconi, utpote qui Christi et Ecclesiae mysteriis inserviant, a quovis pravitatis vitio se abstineant Deoque semper placere studeant, *ad omne opus bonum* pro hominum salute *parati*.[9] Ob receptum ergo ordinem, longe aliis excellant oportet in vitae liturgicae actione, in studio precandi, in divino ministerio, in oboedientia, in caritate, in castitate.

26. Episcopalis Conferentiae erit efficaciores normas statuere ad spi-

[8] Cfr. cann. 1095 § 2; et 1096.

[9] Cfr. *2 Tim.* 2, 21.

ritualem vitam alendam diaconorum, tam in caelibatu quam in matrimonio viventium. Curent tamen locorum Ordinarii, ut omnes diaconi : .

1) assidue legendo attenteque secum meditando Dei verbo vacent ;

2) frequenter, vel etiam cotidie, quantum fieri potest, Missae sacrificio actuosi intersint, SS. Eucharistiae sacramento reficiantur idemque pietatis causa invisant;

3) frequenter Paenitentiae sacramento sui animi maculas abluant,. quod ut digne recipiant cotidianam conscientiae suae censuram gerant ;

4) Deiparam Virginem Mariam impenso pietatis cultu venerentur ac diligant.

27. Maxime decet stabiles diaconos aliquam saltem divini Officii partem, ab episcopali Conferentia definiendam, cotidie recitare.

28. Diaconi dioecesani saltem tertio quoque anno in pia aliqua religiosave domo, ab Ordinario designata, sacris exercitationibus vacare debent.

29. Doctrinarum, praesertim sacrarum, studia diaconi ne intermittant; divinos Scripturae libros assidue legant; ecclesiasticis disciplinis ita se dedant, ut catholicam doctrinam recte ceteris explanare possint, utque in dies magis idonei fiant ad fidelium animos erudiendos et roborandos. Ad id assequendum, diaconi in conventus statis temporibus habendos advocentur, ubi quaestiones de vita et sacro ministerio agantur.

30. Diaconi, ob peculiares commissi sibi ministerii rationes, reverentiam et oboedientiam episcopo profiteri tenentur; episcopi vero hos plebis Dei administros magni faciant in Domino, eosque paterna caritate prosequantur. Si quis autem diaconus extra propriam dioecesim iusta de causa aliquamdiu commoratur, vigilantiae et auctoritati loci Ordinarii in iis, quae ad diaconalis status officia ac munera pertinent, libenter obsecundet.[10]

31. Quod ad vestis habitum spectat, loci consuetudo servanda erit secundum normas, ab episcopali Conferentia praestitutas.

VII

32. Diaconatum permanentem constituere apud religiosos ius proprium Sanctae Sedis est, ad quam unice pertinet Capitulorum Generalium hac de re vota expendere atque probare.

[10] Ius ORIENTAL., *De Personis,* can. 87: *A. A. S.* 49 (1957) p. 462.

33. Diaconi religiosi ministerium diaconale obeant sub episcopi suorumque antistitum auctoritate, secundum normas, quae in sacerdotes religiosos valent; tenentur quoque legibus, quibus eiusdem religionis sodales astringuntur.

34. Diaconus religiosus, sive stabiliter, sive ad certum tempus commorans in regione, quae diaconatu permanenti caret, munera diaconalia ne exerceat, nisi loci Ordinarii assensu.

35. Quae nn. 32-34 de religiosis dicuntur, eadem de sodalibus ceterorum institutorum, evangelica consilia profitentium, sunt pariter intellegenda.

VIII

36. Quod denique attinet ad ritum servandum in sacro diaconatus Ordine conferendo, et ad Ordines, qui ipsi diaconatui praeponuntur, disciplina adhuc obtinens servetur, donec a Sancta Sede recognoscatur.

Ad extremum, post hasce traditas normas, illud sponte ex animo Nostro veluti profluit votum, ut diaconi, arduo suo munere in nostrae huius aetatis adiunctis perf ungen tes, praeclara, quae illis ad imitandum proponimus, sequantur exempla S. Stephani protomartyris, qui, ut ait S. Irenaeus, *primus in diaconium ab Apostolis electus est,*[11] et S. Laurentii Romani, *qui non solum ministerio sacramentorum, sed etiam dispensatione ecclesiasticae substantiae praeeminebat.*[12]

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvm mensis Iunii, in festo S. Ephraem Syri, Diaconi, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

" *Adv. Haereses,* IV, 15, 1; *PG* 7, 1013.

[12] S. LEO MAGNUS, *Serm.* 85; *PL* 54, 436.

An. et vol. LIX 15 Septembris 1967 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

SACRUM CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xxvi mensis iunii anno MCMLXVII, in Aula consistoriali Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - CAMERARIUS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Hamletus Ioannes Cicognani detulit ac reddidit perulam Sacri Collegii Beatissimo Patri, qui eam tradidit Reverendissimo Cardinali Iosepho Antonio Ferretto, novo ipsius Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Camerario.

II - SUMMI PONTIFICIS PAULI VI ALLOCUTIO ET NOVORUM PATRUM CARDINALIUM NUNTIATIO

Ad vos, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii Nostri, in hodiernum Consistorium vocandos — quod ex antiquo more Summo Pontifici amplissimam offert occasionem conveniendi suos praecipuos in universae Ecclesiae ministerio adiutores, hoc est Sacri Collegii Cardinales — duplici hac permoti sumus causa : ut primum videlicet novos Cardinales nominaremus, in vestrumque magnum consessum referremus, nuntiatis eodem tempore nominibus sive Ecclesiarum quibus suos iam dedimus Pastores, sive virorum, quos nunc primum ad dignitatem munusque episcopale evehimus; ut deinde, pro summa animi Nostri necessitate, vobiscum mentem anxiam exspectationisque plenam

ad res eventusque, quae nunc volvuntur, Ecclesiae humanaeque societatis adiceremus; vobiscum, dicimus, qui Nostros dolores Nostrasque sollicitudines participatis; vobiscum, quorum rerum usum et consilia non semel experti sumus; vobiscum, ex quorum ad latus Nostrum vicinitate tantam spem, tantumque solacium sumimus, post summam fiduciam, quam in Deo collocamus.

I - Atque principio, hac oblata opportunitate, placet Nobis iterum exponere rationes, ob quas Cardinales nominavimus; quas ceteroqui bene novistis, cum ab iis haudquaquam differant, quarum vos, qui adestis, ceterique Purpurati Patres, ubicumque terrarum dispertiti, claram speciem exhibetis.

In primis voluimus publice merita Virorum agnoscere, qui multos annos fidelem ardentemque operam Ecclesiae navaverunt, sive in primariis Romanae Curiae Officiis, ubi quaestionibus et eventibus ecclesiasticis iidem interfuerunt, qui superioribus hisce annis graviores facti sunt; sive in pastorali Sedium episcopalium regimine, quae cum antiquitus catholica professione nobilitentur, veluti totius nationis suae personam gerunt; sive in Legatorum Nostrorum munere apud varios populos fungendo. Haec igitur certissima merita, licet omnibus nota sint ab omnibusque agnoscantur, perlibenter Nos hoc edito et grati animi et existimationis testimonio Ecclesiae demonstramus. Eadem nihilominus merita propter hoc ipsum quod tam perspicua sunt, a Nobis omnem prorsus suspicionem iniusti arbitrii demovent.

Sed ad hoc quod in praesenti agimus ea etiam adducti causa sumus, ut Patrum Cardinalium Collegium cum plurium locorum tum plurium hominum coetuum personam quodammodo in se referat. Quae nempe causa ipsum Decessorem Nostrum fel. rec. Pium XII movit, qui, exemplum alioquin Decessorum suorum secutus, die decimo octavo mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, gravissimum aliquid praestans quasique futuri temporis praevium, in ecclesiasticum hunc Senatum lectissimos Praesules ***e quinque terrarum orbis partibus*** ascivit; atque in commemorabili illo Consistorio Secreto haec declaravit : ***illud in nova luce ponitur, quod peculiaris est catholicae Ecclesiae nota : eam nempe non ad aliquam***

tantummodo stirpem, gentem nationemve pertinere, sed ad singulos universos humanae familiae populos; quos quidem, divino Iesu Christi sanguine redemptos, materno animo amplectitur omnes, ac fraterna invicem caritate copulatos ad supernam patriam perpetuoque mansuram convertit ac dirigit.[1] Post id tempus huiusmodi voluntas latius latiusque Ecclesiae fines et operam proferendi in dies magis obtinuit; cum ea aeque propria fuerit nota magnorum inceptorum proximi Decessoris Nostri fel. rec. Ioannis XXIII, aeque Nostram humilem at firmam industriam, veluti perlucida stella, direxit, ex quo Christus Deus in Cathedra sui primi Apostoli Nos constituit.

Cuius quidem rei ratio patet, eademque tertiam nostri agendi modi causam ostendit: scilicet Nos eo etiam spectavisse, ut in universalis Ecclesiae regimine ecclesiasticorum virorum adiutrice opera uteremur, qui digni ac valentes sint; qui in Ecclesiae negotiis expediendis diuturnum sibi rerum usum comparaverint; qui ad omnes pertineant populos; qui denique in diversissimis rerum adiunctis versati sint, ratione habita sive pastoralis ministerii, sive eventuum commemorabilium, sive locorum, sive morum hominum. Summa gravitas muneris quod Nobis concreditum est, Nostrarum virium exiguitas, itemque urgens necessitas quaestionum dissolvendarum, a Nobis hanc prudentiam postulant atque amplissimam huiusmodi eligendi formam.

Quae quidem Cardinalium eligendorum forma suapte natura postremam causam patefacit, quae ad ita agendum Nos permovit: ut scilicet notae unitatis et catholicitatis, quibus Ecclesia distinguitur, magis magisque affulgeant coram universo mundo, qui pro dolor dissensionibus ac saepe diffidentia laborat ob simultates inter populos, qui ut fratres esse atque agere deberent, et nihilominus tales non sunt. In primis unitatis notam dicimus, vi cuius Ecclesia, ex multis membris constans, quae ad varias Nationes et ad varias Stirpes pertinent, in ***unum corpus*** coalescit[2] caritate Christi mire coniunctum: ***ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis ... augmentum corporis facit in aedificatio-***

[1] *A. A. S.* 38 (1946) p. 102.
[2] Cfr. *Eph.* 4, 4.

nem sui in caritate ;[3] deinde notam catholicitatis, ob quam Ecclesia universos complectitur homines, omnium temporum ac locorum, eos a sollicitationibus tuetur amoris sui suarumque augendarum utilitatum, atque efficit ut iidem, nullis obiectis repagulis, amoris spatia dilatent.

II - Quae omnia vobis ostendunt, quo animo Nos, occasionem nacti eventus de quo hucusque locuti sumus, ad Ecclesiam et mundum oculos in praesens convertamus. De duplici agitur consideratione, ad quam instituendam una vobiscum officio adigimur ob singularia gravissimaque temporis adiuncta, in quibus versamur.

Haec est ***hora Ecclesiae,*** Venerabiles Fratres ac dilecti Filii Nostri : hora, quae grandis, quae sancta, quae magni momenti est. Horam dicimus, quae animi docilitatem ac fervorem exigit, nec non vigilantiam atque attentionem ad Spiritus Sancti vocem, quemadmodum gravibus illis et arcanis verbis monemus, quae a S. Ioanne in caelesti illa visione audita sunt quaeque in libro Apocalypseos legimus : ***Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.***[4] Omnium officium est, Pastorum pariter et christifidelium, divina consilia perscrutari ac Dei voluntatem omni studio perspicere, ut eandem et fideliter interpretemur et ad effectum adducamus.

Peculiaris momenti hora haec est, cum novae in Ecclesia oriuntur structurae, quae a magno renovationis studio, per Concilium excitato, afflatum, ardorem et ductum accipiunt. Fatemur quidem novitates ac mutationes, in nonnullos liturgici ritus et actionis pastoralis campos inductas, efficere potuisse, ut quidam incauti atque intemperantes perperam putarent novitates ac mutationes etiam fas esse admittere in ea, quae ad Ecclesiae doctrinam et disciplinam spectarent. Haec iam aperte significavimus Sacro vestro Collegio, sive hoc anno, cum scilicet, biduum ante, Nostro nominali die, vobis verba fecimus, sive etiam anno praeterito, cum vobis locuti sumus ***de quadam animorum agitatione, quae nonnullos ex ecclesiastici ordinis coetus, non farvi sane momenti, perturbat, quaeque, ad doctrinam et disciplinam quod attinet, agendi et sentiendi rationes***

[3] Ibid. 4, 16.
[4] *Apoc.* 2, 29; 3, 6.

inducit minime consentaneas cum obsequio illo veritati et auctoritati debito, quod peculiare est Ecclesiae iudicium quodque eius dignitatis vitalem vim ac naturam propriam constituit.[5]

At vero, ut nuper Fatimae declaravimus, admiranda illa renovatio quae per Concilium Oecumenicum excitata est, nullo modo ita perfici debet, ut Ecclesia ***eas minus probandas vivendi formas recipiat, quae profanorum mentis habitus morumque huius saeculi sunt propriae.***[6]

Oportet enim talis hodie Ecclesia humanae societati refulgeat, qualem divinus voluit Salvator: sit scilicet ***columna et firmamentum veritatis;***[7] certissimum deinde praesidium perennis nec umquam deficientis Dei Verbi, quod, vivens in ea, maximas quaestiones praegravesque interrogationes, quibus homo sollicitatur, nostra etiam aetate unum dissolvere valet; praecipua tum sedes, ***universo caritatis coetui*** praesidens ;[8] et fraterni munifica datrix subsidii; consiliorum denique et operum paci conciliandae fautrix.

Talis profecto Ecclesia, Mater et Magistra, Nostras nunc cogitationes Nostrasque deprecationes occupat : ***Ecclesia vivax, Ecclesia vera, Ecclesia una, Ecclesia sancta,***[9] ut iterum ad Fatimense sacrarium affirmavimus. Ecclesiam dicimus, in qua splendidissimo suo candore eluceant coram hominibus germanae illae virtutes, quae ethnicorum olim societatem vehementer permoverunt penitusque immutarunt: iustitia primum, animi fortitudo morumque castimonia, largitatis, abstinentiae et paupertatis studium, probitas atque integritas maximeque ***fides,*** quae teste Evangelio[10] ipsos concutit montes ; ***spes,*** quae mentem ab harum rerum fragilitate amovet eandemque ad aeternum Dei Regnum convertit; ardens demum ac benigna ***caritas,*** qua cum Deo fratribusque coniungimur. Ecclesiam dicimus humilitate ac simplicitate insignem, quae, nullo domita terrore, cunctos ad se alliciat et attrahat, in qua omnes suam matrem agnoscant suamque domum inveniant.

[5] Cfr. *A. A. S.* 58, 1966, p. 581.
[6] Cfr. *A. A. S.* 59, 1967, p. 595.
' *1 Tim.* 3, 15.
[8] Cfr. Ignat. Antioch., *ad Romanos,* 52.
• Cfr. *A. A. S.* 59, 1967, p. 595.
[10] Cfr. *Mt.* 21, 21.

Haec est enim Ecclesia, quam admotis ad Beatissimam Virginem Mariam, Matrem Ecclesiae, precibus in Eatimensi peregrinatione, a Nobis nuper suscepta, flagitavimus. Haec est Ecclesia, cuius exemplum ac formam, veramque imaginem, in primo pontificalis ministerii veluti limine, quibusdam saltem descripsimus lineis per Nostra Encyclicas Litteras ***Ecclesiam Suam,*** ut ipsa nempe constantius in dies studeret ***munere suo per f ungi ac mundo salutis fraternique amoris nuntium afferre.***[11]

Qui in praesenti etiam labores doloresque iter signant Ecclesiae — quandoquidem tot eius filii, variis incommodis affecti et iniuste vexati, a libera suae religionis professione decedere et in animi conscientia numquam abolendum fidei eliciendae officium tacitum tenere coguntur — iidem non solum de huiusmodi sanctimonia plane confirmant, verum etiam perpetuum Domini Iesu spondent auxilium afferuntque solatium : ***In mundo pressuram habebitis; sed confidite, ego vici mundum.***[12]

Sed latiore quodam conspectu universum quoque mundum nunc complectimur, oculis quidem anxiis ac simul spei simul maestitiae plenis; illum dicimus mundum, ad quem Concilii Oecumenici Patres incredibili benevolentia respexerunt. Nunc res et eventus volvuntur mundi : sive quia, hisce nostris temporibus, is se totus veluti excitavit, et nova sane ratione in seipsum penitus introspexit; sive quia ad eundem mundum, nempe ad eius immensam ac locupletissimam dexteritatis, peritiae ac fortitudinis copiam, Ecclesia novo atque apostolico studio oculos intendit, ei propria colendis animis ministeria flagranti caritate praebens, at eodem tempore novum quoddam comitatis testimonium ab ipso praestolans, ut eius valida opera assidue uti possit in Evangelio omnibus nuntiando.

Mundus hic tandem adolevit, idemque iustitiam, aequam bonorum distributionem, rerum progressionem pacemque petit ; huiusmodi nimirum mundum Ecclesia ***prae oculis habet, seu universam familiam humanam cum universitate rerum inter quas vivit : mundum, theatrum historiae generis humani, eiusque industria, cladibus ac victoriis signatum; mundum, quem christifideles credunt ex amore Creatoris conditum et conser-***

[11] Cfr. *A. A. S.* 56, 1964, p. 617.
[12] *Io.* 16, 33.

vatum, sub peccati quidem servitute positum, sed a Christo crucifixo et resurgente, fracta potestate Maligni, liberatum, ut secundum propositum Dei transformetur et ad consummationem perveniat.[13]

Attamen, hic praesertim mundus acerbissimos dolores et Nobis, qui totius Ecclesiae Pastoris munere fungimur, et iis omnibus parit, quos ***Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei:***[14] cum videamus, multos aeque se habere ad quaslibet religiosas spiritualesque veritates; proximorum amorem fere passim restingui; hominis potestatem, nulli obnoxiam, inani quodam ac deformi obsequio celebrari, unde tot tantique luctus recenti tempore hausti sunt; praeiudicata opinione repugnan contra agendi rationem Ecclesiae, quae etiam nunc in variis Nationibus plus minus ea libertate iisque iuribus caret, quae ipsi debentur, etiam ad propriam suarum rerum temperationem, ad sacrorum Pastorum electionem, ad sacerdotii candidatorum cultum et disciplinam, ad christianam adulescentium institutionem quod attinet.

Quodsi in votis est, ut — ubi sat probabilis vivendi modus instaurari potuit — Ecclesia, adhuc superstes, spem prae se ferat, fore ut eius vitae actionisque condiciones, quae sibi propriae sunt, ad meliores procedant exitus, Nobis tamen graviter de tristi ac duriore Ecclesiae statu adhuc est conquerendum, ceteris profecto illis in Nationibus, in quibus ipsa immerito arguitur quasi progredientibus doctrinarum studiis adversetur, et in contumaciae suspicionem falso vocatur, ideoque iure expoliatur tranquillam securamque vitam degendi.

Scitis, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii Nostri, de quibus intimis sane sensibus angamur.

Aliae vero anxietudines et angustiae premunt, siquidem incendium belli, fraternam afferens eaedem, hic illic exarsit atque pacem inter homines et tranquillam populorum consortionem in discrimen adducit. Liceat Nobis imprimis mentionem inicere de Vietnamiensi regione, quae diuturna conflictatione tam acriter uritur, cuiusque catholica communitas se praebet fervore alacrem et exemplo praefulget ob fidem, quam mente

[13] Const. past. de Ecclesia in mundo temporis *Gaudium et spes,* n. 2: *A. A. S.* 58, 1966, p. 1026.

[14] *Act.* 20, 28.

una profitetur, et ob fortitudinem animorum tot etiam inter calamitates. Est quidem dolendum quod Asia, qua inter meridiem et orientem spectat, adhuc tot rebus vexatur adversis, licet, quantum in Nobis positum esset, salutaria incepta geminaverimus. Favimus cuilibet conatui cum auctoritate suscepto eo consilio, ut eiusdem regionis alumni, quasi fratres, amore se invicem iterum prosequerentur cunctique, in suo quisque ordine et gradu, operam darent, securitate et libertate fruentes, restituendae patriae suae, liberae suisque legibus viventi, eidemque in re oeconomica et sociali provehendae.

Id ipsum dicimus etiam de condicione, quae in propinquioribus orientis partibus obtinet; ubi ex bello immanes contentiones eruperunt, tot homines sunt stragi obiecti, res pertinens ad prófugos magis est impedita et exulcerata; ubi pariter innotuit, quam incertus esset et impar status locorum sanctorum, quae quivis christianus cara habet ac religiosa.

Ubi primum de militum concursu certiores facti sumus, per Legatos Nostros publicae rei Moderatores observavimus, ut, quidquid rem graviorem redderet, devi tarent; coorto bello, omnia sumus moliti, quamvis frustra, ut a populis illic degentibus clades et aerumnas averteremus, utque saltem urbem Ierusalem servaremus ab acerbitatibus ac damnis belli; qua de causa cunctas gentes, ad quas spectaret, rogavimus, ut Coniunctis Nationibus postulantibus proeliorum intermissionem obsecundarent. Bellandi autem fine facto, non pepercimus Nobis, ut tot vulneribus saltem aliquatenus mederemur.

Itaque Nostram iteramus rogationem, cum graves adhuc quaestiones ad exitum sint adducendae: videlicet condicioni profugorum Palaestinensium, quae singulari ratione Nos affligit et excruciat, cum aequitate et magnanimitate oportet tandem prospiciatur et remedium afferatur; deinde causae illae difficiles et implicatae, ad regionum fines pertinentes, quarum congruens compositio non modicum tempus exspectatur, sine mora debent expediri, ut etiam totius generis humani bono consulatur; Ierusalem, urbs sancta, in aevum omne id debet manere quod revera est: Civitas Dei, liberum perfugium, ubi pax vigeat ac precationes fiant, locus, quo cuncti homines possint convenire, ubi mentes erigant, studeant concordiae; quam ob rem propriis legibus regatur oportet agnitis ab omnibus nationibus.

Verumtamen, iam omittentes cursim circumspectare ea, quae in mundo aguntur, recogitamus in errore eum versari qui pacem velit conciliare, quae non innitatur in iustitia, in agnitione iurium humanorum, in probatione iuris aliorum, quemadmodum suum ius quisque cupit observari. Concordiam enim et pacem non licet seiungi a iustitia et veritate. Haec quippe bona hominum generi precamur, et ut divina bonitas large impertiat, rogamus.

Sensus hactenus vobis aperuimus Nostros. Nihil ergo reliquum est, nisi ut sollemniter id peragamus, quod ad novos attinet Patres Cardinales creandos.

Hi autem sunt:

NICOLAUS FASOLINO, Archiepiscopus Sanctae Fidei in Argentina;

ANTONIUS PUBERI, Archiepiscopus titulo Darensis, Nuntius Noster in Hispania;

IOSEPHUS BELTRAMI, Archiepiscopus titulo Damascenus, Nuntius Noster in Batavia;

ALFREDUS PACINI, Archiepiscopus titulo Germiensis, Nuntius Noster in Helvetia;

GABRIEL MARIA GARRONE, Archiepiscopus titulo Turrensis in Numidia, Propraefectus Sacri Consilii Seminariis studiorumque Universitatibus praepositi;

PATRICIUS LUDO VICUS O'BOYLE, Archiepiscopus Vashingtonensis;

AEGIDIUS VAGNOZZI, Archiepiscopus titulo Myrensis, Delegatus Noster in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis;

MAXIMILIANUS DE FURSTENBERG, Archiepiscopus titulo Paltenus, Nuntius Noster in Lusitania;

ANTONIUS SAMORÉ, Archiepiscopus titulo Ternobenus, Antistes ab actis Sacri Consilii extraordinariis Ecclesiae negotiis expediendis;

FRANCISCUS CARPINO, Archiepiscopus titulo Serdicensis, Propraefectus Sacri Consilii disciplinae Sacramentorum praepositi;

IOSEPHUS CLEMENS MAURER, Archiepiscopus Sucrensis;

PETRUS PARENTE, Archiepiscopus titulo Ptolemaidensis in Thebaide, Antistes ab actis Sacri Consilii doctrinae Fidei tutandae;

CAROLUS GRANO, Archiepiscopus titulo Thessalonicensis, Nuntius Noster in Italia;

ANGELUS DELL'ACQUA, Archiepiscopus titulo Chalcedonensis, alter ab Eminentissimo Viro publicis Ecclesiae negotiis praeposito;

DINUS STAFFA, Archiepiscopus titulo Caesariensis in Palaestina, Propraefectus Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae;

PERICLES FELICI, Archiepiscopus titulo Samosatensis, Pro-Praeses Pontificii Consilii Codici Iuris Canonici recognoscendo;

IOANNES IOSEPHUS KROL, Archiepiscopus Philadelphiensis Latinorum;

PETRUS VEUILLOT, Archiepiscopus Parisiensis;

IOANNES PATRICIUS CODY, Archiepiscopus Chicagiensis;

CONRADUS URSI, Archiepiscopus Neapolitanus;

ALFREDUS BENGSCH, Archiepiscopus-Episcopus Berolinensis;

IUSTINUS DARMAJUWANA, Archiepiscopus Semarangensis;

CAROLUS WOJTYLA, Archiepiscopus Cracoviensis;

MICHAEL PELLEGRINO, Archiepiscopus Taurinensis;

ALEXANDER CAROLUS RENARD, Archiepiscopus Lugdunensis electus;

FRANCISCUS I. BRENNAN, Decanus Tribunalis Sacrae Rotae;

BENNO GUT, Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra renuntiamus S. R. E. Cardinales:

Ex ordine Presbyterorum:

NICOLAUM FASOLINO,

ANTONIUM RIBERI,

IOSEPHUM BELTRAMI,

ALFREDUM PACINI,

GABRIELEM MARIAM GARRONE,

PATRICIUM LUDOVICUM O'BOYLE,

MAXIMILIANUM DE FURSTENBERG,

ANTONIUM SAMORÉ,

FRANCISCUM CARPINO,.

IOSEPHUM CLEMENTEM MAURER,

PETRUM PARENTE,
CAROLUM GRANO,
ANGELUM DELL'ACQUA,
DINUM STAFFA,
IOANNEM IOSEPHUM KROL,
PETRUM VEUILLOT,
IOANNEM PATRICIUM CODY,
CONRADUM URSI,
ALFREDUM BENGSCH,
IUSTINUM DARMAJUWANA,
CAROLUM WOJTYLA,
MICHAELEM PELLEGRINO,
ALEXANDRUM CAROLUM RENARD.

Ex ordine Diaconorum:

AEGIDIUM VAGNOZZI,
PERICLEM FELICI,
FRANCISCUM BRENNAN,
BENNONEM GUT.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa✠tris et Fi✠lii et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

III - OPTIONES

Postea, Reverendissimus Cardinalis Alfredus Ottaviani, dimissa Diaconia S. Mariae in Domnica, optavit Titulum eiusdem ecclesiae, pro hac vice ad gradum Tituli presbyteralis evectae;

Reverendissimus Cardinalis Albertus di Jorio, dimissa Diaconia S. Pudentianae, optavit Titulum eiusdem ecclesiae, ad gradum Tituli presbyteralis restitutae;

Reverendissimus Cardinalis Franciscus Roberti, dimissa Diaconia S. Mariae in Cosmedin, optavit Titulum SS. XII Apostolorum.

IV - PROVISIO ECCLESIARUM

Hisce peractis, Summus Pontifex sequentes proposuit Ecclesias:

Metropolitanae Ecclesiae Panormitanae praefecit Emum P. D. Franciscum S. R. E. Cardinalem Carpino.

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Serdicensi Exc. P. D. Ernestum Oivardi, Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarium.

Metropolitanae Ecclesiae Onitshaënsi Exc. P. D. Franciscum Arinze, hactenus Episcopum tit. Fissianensem.

Metropolitanae Ecclesiae Theatinae R. P. D. Laurentium Franciscum Capovilla, Cubicularium intimum seu secretum « de numero participantium » Sanctitatis Suae et Canonicum Patriarchalis Basilicae S. Petri.

Metropolitanae Ecclesiae Goritiensi-Gradiscanae R. P. D. Petrum Coeolin, Archipresbyterum-parochum S. Ambrosii in urbe ((Monfalcone)) et Canonicum honorarium Capituli metropolitani Goritiensis-Gradiscani.

Archiepiscopali Ecclesiae Spoletanae Exc. P. D. Hugonem Poletti, hactenus Episcopum tit. Medelitanum.

Deinde Beatissimus Pater nuntiavit per Apostolicas sub plumbo Litteras assignavisse Se Titulum Ecclesiae suburbicariae Veliternae Emo P. D. Ferdinando S. R. E. Card. Cento; Titulum Ecclesiarum suburbicariarum Ostiensis, Portuensis et S. Rufinae Emo P. D. Eugenio S. R. E. Card. Tisserant, iam Episcopo earundem dioecesium ; Titulum Ecclesiae suburbicariae Albanensis Emo P. D. Iosepho S. R. E. Card. Pizzardo, iam Episcopo eiusdem - dioecesis ; Titulum Ecclesiae suburbicariae Praenestinae Emo P. D. Benedicto S. R. E. Card. Aloisi Masella, iam Episcopo eiusdem dioecesis.

Subinde Beatissimus Pater Sacrorum Antistites a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renuntiatus publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

Cordubensem in Argentina, Radulfum Franciscum Primatesta, iam Episcopum Fororaphaëliensem.

Rivi Nigri, Felicem Caesarem de Cunha Vasconcelos, iam Archiepiscopum Verissensem.

Forontonianensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ludovicum Poggi, Delegatum Apostolicum in Africa Centrali.

Popayanensem, Michaelem Angelum Arce, iam Episcopum Ipialensem.

Novicensem, Ecclesiam ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Angelum Pedroni, Delegatum Apostolicum in Thailandia, Laos et Paeninsula Malacca.

Salditanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Henricum Jenny, iam Episcopum Lycoanensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Aemilii Mauritii Guerry, Archiepiscopi Cameracensis, cui iam successit.

Gibbensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Marium de Miranda Vilas-Bôas, iam Archiepiscopum Parahybensem.

Ausuccurensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ludovicum van Steene, iam Archiepiscopum Bukavuensem.

Vadesitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Emmanuelem Martinum Dei Campo Padilla, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Aloisii Mariae Altamirano et Bulnes, Archiepiscopi Moreliensis.

ßouthvarcensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Cyrillum Conradum Cowderoy, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Chicagiensem, Ioannem Patricium Cody, iam Archiepiscopum Novae Aureliae.

Justinianensem et Praelatum Lauretanum, noviter erecta praelatura, Aurelium Sabattani, primum Delegatum Apostolicum in Sanctuario Lauretano.

Driziparenum, Theotonium Amai Ganguly, iam Episcopum Olivensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Laurentii Leonis Graner, Archiepiscopi Dacchensis.

Madytensem, Leonem Taylor, iam Archiepiscopum Lagosensem, iam vita functum.

Lagosensem, Ioannem Kwao Amuzu Aggey, iam Episcopum Siguitanum.

Babylonensem Latinorum, Mauritium Perrin, iam Archiepiscopum Novensem, Delegatum Apostolicum in Iraquia.

Mimianensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Georgium Augustum Louis, iam Episcopum Petrocoricensem.

Aptucensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Alfonsum Niehues, iam Episcopum Euroeensem in Epiro, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioachimi Domingues de Oliveira, Archiepiscopi Florianopolitani, cui iam successit.

Brisbanensem, Patricium M. O'Donnell, iam Archiepiscopum Pelusiotanum, per successionem.

Mandalayensem, Moysen U Ba Khin.

Tabaltensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem J. Maguire, iam Episcopum Antiphrensem, Coadiutorem Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.

Taurinensem, Michaelem Pellegrino.

Uthinensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Felicissimum Stephanum Tinivella, iam Episcopum Canensem.

Novae Aureliae, Philippum Matthaeum Hannan, iam Episcopum Hieropolitanum.

Assuritanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Augustinum Sépinski, Delegatum Apostolicum in Hierosolymita et Palaestina.

Birminghamiensem, Georgium Patricium Dwyer, iam Episcopum Loidensem.

AmasenuMj Iacobum Carroll, iam Episcopum Ateniensem, Auxiliarem Emi P. D. Normanni Thomae S. R. E. Cardinalis Gilroy, Archiepiscopi Sydneyensis.

Vazaritanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Alfredum Poledrini, primum Pro-Nuntium Apostolicum in Sambia.

Antinoitanum, Iosephum Descufli, iam Archiepiscopum Smyrnensem.

Smyrnensem, Alfredum Cuthbertum Gumbinger, iam vita functum.

Eborensem, Davidem de Sousa, iam Episcopum Funchalensem.

Pergensem, Iosephum Angelum Poli, iam Episcopum Pertensem.

Parahybensem, Iosephum Mariam Pires, iam Episcopum Arassuahyensem.

Truwillensem, Carolum Mariam Jürgens Byrne, iam Archiepiscopum Cuschensem.

Milesiensem, Salvatorem Pappalardo, Pro-Nuntium Apostolicum in Indonesia.

Banghohensem, noviter erecta archidioecesi, Iosephum Khiamsum Mttayo, iam Episcopum Obbensem.

Tharensem et N ons eng ens em, noviter erecta archidioecesi, Michaelem Kien Samophitak, iam Episcopum Octabensem.

Buhavuensem, Ludovicum Mulindwa.

Castellanum in Numidia, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Aloisium Maffeo, Vicarium Castrensem Reipublicae Italicae.

Zicensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Marium Maziers, iam Episcopum Augustopolitanum in Phrygia, Coadiutorem cum iure successionis Emi P. D. Pauli Mariae S. R. E. Cardinalis Richaud, Archiepiscopi Burdigalensis.

Madrapolitanum et Meliaporensem, Rayappa Arulappa.

Mitylenensem, Antonium de Castro Xavier Monteiro, iam Episcopum Ombitanum, Auxiliarem Emi P. *D.* Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Gonçalves Cerejeira, Patriarchae Lisbonensis.

Ancoragiensem, noviter erecta archidioecesi, Ioannem Iosephum Thomam Rayan.

Cuschensem, Richardum Durandum Flores.

Octavensem, Aemilium Mauritium Guerry, iam Archiepiscopum Cameracensem.

Taipehensem, Stanislaum Lokuang, iam Episcopum Tainanensem.

Satafensem in Mauretania Caesariensi, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iacobum Violardo.

Idicrensem, Ecclesiam ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ferdinandum Iosephum Antonelli.

Casamedianensem, Marcellum González Martin, iam Episcopum Asturicensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Gregorii Modrego et Casáus, Archiepiscopi Barcinonensis, cui iam successit.

Turrensem in Mauretania, Carolum Parteli, iam Episcopum Tacuarembianum, Coadiutorem cum iure successionis Emi P. D. Antonii Mariae S. R. E. Cardinalis Barbieri, Archiepiscopi Montisvidei.

Thysdritanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Carolum Quintero Arce, iam Episcopum Vallipolitanum, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioannis Navarrete et Guerrero, Archiepiscopi Hermosillensis.

Neapolitanum in Proconsulari, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Paulum Vignancour, iam Episcopum Valentinen - sem, Coadiutorem cum iure successionis Emi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Lefebvre, Archiepiscopi Bituricensis.

Turrensem in Numidia, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Gabrielem Garrone, iam Archiepiscopum Tolosanum.

Thibilitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Aloisium Mariam Ferdinandum de Bazelaire de Ruppierre, iam Archiepiscopum Camberiensem.

Camberiensem - Maurianensem et Tarantasiensem, noviter unitis « aeque principaliter » dioecesibus, Andream Bontems, iam Episcopum Maurianensem.

Sancti Ioannis de Cuyo, Ildefonsum Mariam Sansierra Robla, iam Episcopum Oriensem.

Tolosanum, Aloisium Ioannem Guyot, iam Episcopum Constantiensem.

Barquisimetensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Crispulum Benítez Fonturvel, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Maracaibensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Dominicum Roa Pérez, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Civitatis B olivar ensis, Chrisantum Mata Cova, iam Episcopum Cumanensem.

Neapolitanum, Conradum Ursi, iam Archiepiscopum Acheruntinum et Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Augusti Bertazzoni, Archiepiscopi-Episcopi Potentini et Marsicensis.

Villamagnensem in Tripolitana, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Patricium Finbarrum Ryan, iam Archiepiscopum Portus Hispaniae.

Tusuritanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Benelli, Pro-Nuntium Apostolicum in Republica Senegalensi et Delegatum Apostolicum in Africa Occidentali.

Tyrensem, Brunonem Wustenberg, Pro-Nuntium Apostolicum in Japonia.

Suvanum, noviter erecta archidioecesi, Victorem Foley, iam Episcopum Petinessensem.

Papeetensem, noviter erecta archidioecesi, Paulum Mazé, iam Episcopum Ascalonitanum.

Numeanum, noviter erecta archidioecesi, Petrum Martin, iam Episcopum Selinusiensem.

Ayacuquensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Otonielem Alcedo, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Huancayensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Marianum Hyacinthum Valdivia et Ortiz, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Piurensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Erasmum Hinojosa Hurtado, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Sinnadensem in Mauretania, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Marcellum Mariam Dubois, iam Archiepiscopum Bisuntinum.

Bloemfonteinensem, Iosephum Fitzgerald.

Kampalaensem, noviter erecta archidioecesi, Emmanuelem Kiwanuka Nsubuga.

Thigensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Aloisium de Rosario, iam Archiepiscopum Zamboangensem.

Zamboangensem, Linum R. Gonzaga et Rasdesales, iam Episcopum Palensem.

Lemnensem, Franciscum Poirier, iam Archiepiscopum Portus Principis.

Portus Principis, Franciscum Volfgangum Ligondé.

Bisuntinum, Marcum Armandum Lallier, iam Archiepiscopum Massiliensem.

Vulturiensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Franciscum Imberti, iam Archiepiscopum Vercellensem, nunc vita functum.

Salditanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Mariam Iosephum Lemieux, iam Archiepiscopum Ottaviensem, Nuntium Apostolicum in Eepublica Haitiana.

Vercellensem, Albinum Mensa, iam Episcopum Eporediensem.

Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Pauli Tarsensis Campos, Archiepiscopi Campinensis, Antonium Mariam Alves de Siqueira, Archiepiscopum Chalcidensem in Syria.

Massiliensem, Georgium Jacquot, iam Episcopum Vapincensem.

Portus Moresbiensem, noviter erecta archidioecesi, Virgilium Copas, iam Episcopum Bennefensem.

Madanganum, noviter erecta archidioecesi, Adolfum Alexandrum Nóser, iam Episcopum Hierpinianensem.

Rabaulensem, noviter erecta archidioecesi, Ioannem Höhne, iam Episcopum Urimensem.

Meraukensem, noviter erecta archidioecesi, Hermannum Tillemans, iam Episcopum Berissenum,

Perdicensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Moysen Alves de Pinho, iam Archiepiscopum Luandensem et Episcopum S. Thomae in Insula.

Bubbaritanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Marcellinum Olaechea Loizaga, iam Archiepiscopum Valentinum.

Scebatianensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Acacium Chacón, iam Archiepiscopum Emeritensem in Venezuela.

Apamenum in Syria, Michaelem 0'Brien, iam Archiepiscopum Camberrensem et Gulburnensem.

Temunianensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Augustum Bertazzoni, iam Archiepiscopum-Episcopum Potentinum et Marsicensem.

Albulensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Eduardum D. Howard, iam Archiepiscopum Portlandensem in Oregon.

Portlandensem in Oregon, Robertum Iosephum Dwyer, iam Episcopum Renensem.

Tacaratensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Marcum Gannon, iam Archiepiscopum-Episcopum Eriensem.

Thapsitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Alfredum Cifuentes Gómez, iam Archiepiscopum Serenensem.

Maraguiensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iosephum Antonium O'Sullivan, iam Archiepiscopum Kingstoniensem.

Kingstoniensem, Iosephum L. Wilhelm, iam Episcopum Saccaeotenum.

Thuggensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Constantium Maltoni, Pro-Nuntium Apostolicum in Pakistania.

Gortyniensem, Victorem Foley, iam Archiepiscopum Suvanum.

Ottaviensem, Iosephum Aurelium Plourde, iam Episcopum Lapdensem.

Montensem in Numidia, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Gregorium Modrego et Casáus, iam Archiepiscopum Barcinonensem.

Uppennensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Bernardum Iosephum Bueno Miele, iam Episcopum Bararitanum, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Felicis Caesaris de Cunha Vasconcelos, Archiepiscopi Rivi Nigri.

Mausiliensem Chaldaeorum, dioecesi in archidioecesim evecta, Emmanuelem Daddi, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Masuccabensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Urbanum Ioannem Vehr, iam Archiepiscopum Denveriensem.

Denveriensem, Iacobum Vincentium Casey, iam Episcopum Lincolnensem.

Anconitanum et Numanensem, Felicissimum Stephanum Tinivella, iam Archiepiscopum Uthinensem.

Vassinassensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Carolum Eugenium Parent, iam Archiepiscopum S. Germani.

ßistronianensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Alexandrum Floersh, iam Archiepiscopum Ludovicopolitanum.

Ludovicopolitanum, Thomam Iosephum McDonough, iam Episcopum Savannensem.

Titulanum in Proconsulari, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Paulum Mariam Kinám Ro, iam Archiepiscopum Seulensem.

Sinnensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Abelem Isidorum Antezana et Rojas, iam Archiepiscopum Pacensem in Bolivia.

Gaprensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iosephum Flobertum Cornelis, iam Archiepiscopum Lubumbashiensem.

Lubumbashiensem, Eugenium Kabanga.

Izirzadensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Petrum Leonard, iam Archiepiscopum Maduraiensem.

Maduraiensem, Iustinum Diraviam.

Libertinensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iustinum Danielem Simonds, iam Archiepiscopum Melburnensem.

Melbumensem, Iacobum Robertum Knox, iam Archiepiscopum Melitenaeum.

Camberrensem et Gulbemensem, Thomam Vincentium Cahill, iam Episcopum Cairnensem.

Maseruenum, Alfonsum Liguori Morapeli.

Questorianensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Marcellum Ioannem Berchmans Chabbert, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. **D''.** Aloisii Amadaei Lefevre, Archiepiscopi Rabatensis.

Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Ignatii López Umana, Archiepiscopi Carthaginensis in Columbia, Ruben Isaza Restrepo, Episcopum Larensem.

Faleritanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Horatium Semeraro, iam Episcopum Cariatensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Nicolai Margiotta, Archiepiscopi Brundusini et Administratoris perpetui Ostunensis.

KasJcar Chaldaeorum, archidioecesi noviter restituta, Emmanuelem Delly, iam Episcopum Palaeopolitanum in Asia.

Gummitanum in Byzacena, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Wolff, iam Archiepiscopum de Diego Suárez.

De Diego fëuarez, Albertum Iosephum Tsihoana, iam Episcopum Abthugnitanum.

Florianopolitanum, Alfonsum Niehues, iam Archiepiscopum Aptucensem, per successionem.

Cercinitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Amalium Poggi, Nuntium Apostolicum in Burundi et Ewanda.

Lugdunensem, Alexandrum Carolum Renard, iam Episcopum Versaliensem.

Tubunensem in Mauretania, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Franciscum J. Brennan.

Thuccaborensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Bennonem Gut.

Etenim caelesti ope implorata, primum hortati vos sumus, ut fidem in unum trinumque Deum profiteamini, atque iusiurandum fidelitatis erga catholicam et apostolicam Ecclesiam daretis, populo Dei bono exemplo praelucendi causa. Capiti deinde vestro Biretum, novae dignitatis vestrae insigne, imponentes, significavimus *opus esse vos usque ad sanguinis profusionem eniti, ut catholica fides laudibus praedicetur, ut populus christianus pace et tranquillitate utatur, ut deinde sancta Romana Ecclesia Ubertate et dis seminatione fruatur.* Postremo, vobis certo Titulo in alma hac Urbe collato, vos quodammodo nobiles *muneris Nostri adiutores* nominavimus.

Nunc autem, cum ad Ecclesiae Senatum Nostramque familiam pleno iure pertineatis, Nobis liceat salutem vobis dicere. Modestia vestra prohibet — quod ceterum vobis sane debitum, Nobis autem gratissimum foret — quominus singula vestra nomina commemoremus, ut in sua luce ponamus praeclara virtutis exempla uniuscuiusque propria, quae quidem Nostram existimationem vobis conciliaverunt vosque effecerunt *spectaculum mundo ... et hominibus.*[1]

Attamen, licet nolimus moderationem, quam postulatis, offendere, perplacet tamen opportunitatem nancisci singularis huius familiarisque colloquii, ut vobis nonnullos animi Nostri sensus patefaciamus, qui Nos gaudio afficiunt et ad eosdem vobiscum communicandos dulciter impellunt.

Cupimus in primis vobiscum communicare sinceram laetitiam Nostram, ac testari Nostrum caritatis affectum, Nostramque aestimationem, ob egregiam operam a vobis Ecclesiae fideliter praestitam, itemque vos certiores facere de fiducia, quam in vobis omnino collocamus.

Indicem nominum vestrorum recensentes, inter vos conspici-

[1] *1 Cor.* 4, 9.

mus sollertes sacros Pastores insignium Ecclesiarum, quae sive antiquitus sive recentiore tempore conditae, omnes tamen et magno christifidelium numero et vitae operumque catholicorum ubertate in exemplum florent.

Conspicimus viros alios provectae aetatis, alios integris suis viribus valentes, omnes tamen egregiis promeritis praeclarisque virtutibus pariter ornatos; quae quidem promerita et virtutes vos in Ecclesiae utilitatem ac Nostrae humilis personae propius iam nunc convertere vultis, ad id vel diuturniorem rerum usum vel vigorem maturae aetatis proprium adhibentes.

Item inter vos cernimus nonnullos, qui fidele ac praeclarum catholicae fidei testimonium exhibent, etsi in difficilibus rerum condicionibus sacrum ipsorum ministerium versetur.

In insigni vestro coetu etiam videmus adiutores huius Apostolicae Sedis fideles, sollertes, religionisque studio spectandos, qui plures iam annos prudentem atque egregiam operam Sanctae Sedi navarunt, sive eius partes sustinentes apud variarum Nationum Moderatores et Episcopos, sive in Romanae Curiae Dicasteriis, hoc est in Tribunalibus, in Sacris Congregationibus, et in Officio publicis Ecclesiae negotiis expediendis, quod Nobis propius est.

Neque passi sumus deesse a coetu vestro, qui Religiosorum Ordinum digne personam gereret; quare ex S. Benedicti Filiis elegimus venerandum Nobisque carissimum Abbatem Primatem Benedictinorum Confoederatorum.

Quodsi unicuique novorum Cardinalium propria peculiaria merita agnoscenda sunt, cum ipsorum persona et officio conexa, quae eos Purpuratorum Patrum honore dignos effecerunt, attamen omnium hoc commune meritum est, quod eos communi eiusdem laudis testimonio dignos facit: quod scilicet omnes ad prosperum exitum Concilii Oecumenici Vaticani II actuosam eamque egregiam operam contulerunt, sive in Officiis quae implexae Concilii ordinationi praeposita erant, sive in variis Commissionibus, sive in Secretaria, sive in disceptationibus, quae in Concilii aula habitae sunt.

Aetatis discrimen nullius momenti est quod attinet ad officia hodie a vobis suscepta; quocumque enim uniuscuiusque vestrum vita provecta est, uno eodemque tenemini mandato Eccle-

siae atque Summo Pontifici pari studio inserviendi ***omnibus diebus***[2] usque in finem. Siquidem, qui Romanae Ecclesiae laticlavio honestatur minime appétit conquiescere, sed, ut ait Decessor Noster fel. rec, pro comperto habet novas sibi curas suscipiendas esse, suamque vitam nova augeri praestantia: ***Nam quiviscumque ecclesiasticus vir ... sacrae Purpurne decore insignitur, non iam ad requietem curarum spectat, sed ad nova agenda negotia; quibus... nova quadam peculiari ratione ita vitam suam nobilitet, ut aliquando a Deo superna promereatur praemia, atque etiam, historia teste, grata hominum recordatione floreat***[3]

Quam ob rem proximi Decessores Nostri studiosis officiis singularique observantia Purpuratorum Patrum Collegium prosecuti sunt. Pius XII, Patribus Cardinalibus in Consistorium die decimo octavo mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto convocatis, ut triginta duos novos Cardinales nominaret — numerosiores utique quam antea numquam — effecit ut Sacrum Collegium clariore modo viris constaret e variis nationibus, adeo ut magis fulgerent unitatis et catholicitatis notae, quibus Ecclesia distinguitur. Ioannes XXIII, eadem vestigia secutus est in quattuor Consistoriis a se coactis ; nam primus praescriptis derogavit canonis 231 Codicis Iuris Canonici, quo statuebatur, Patres Cardinales non plures quam septuaginta esse debere, ut in eorum numerum cooptare t etiam viros ex illis regionibus, ad quas recens catholica fides lata esset; Litteris Apostolicis motu proprio datis die decima mensis Martii anno millesimo nongentesimo sexagesimo primo ***ius optionis,*** quod ad Dioeceses Suburbicarias pertinebat, obrogavit;[4] Cardinales in Curia residentes ab omnibus muneribus exsolvit, ad suarum episcopalium Sedium regimen spectantibus, quae per longissimum tempus sedulis ipsorum curis concreditae erant, cum ea munera graviora putaret, si coniuncta essent cum negotiis ab iis pertractandis in Sacris eiusdem Curiae Consiliis et Officiis ;[5] statuit ut omnes Patres Cardinales sacerdotii pleni-

[2] Cfr. *Luc.* 1, 75.
[3] Allocutio Consistorialis, habita die 19 Martii a. 1962 : A. *A. S.* 54, 1962, p. 197.
[4] A. A. /g. 53, 1961, p. 198.
[5] Cfr. Litt. Apost., motu proprio datae, *Suburbicariis Sedibus* : A. A. *S.* 54,1962, p. 253.

tu dine ornarentur;[6] ipse demum die undevicesimo mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, feria quinta in Cena Domini, duodecim Cardinales Diaconos episcopali dignitate auxit.

Nos quoque Nostram erga Sacrum Collegium voluntatem aperte declarare studuimus, tum peculiaribus editis normis, quibus Patriarchae Orientales in Cardinalium numerum cooptaren tur iique in eodem Collegio Ordini Episcopali accenseantur,[7] tum novis inductis praescriptis de successione et Decani et Sub decani eiusdem Sacri Collegii,[8] tum denique Purpuratorum Patrum ulterius amplificando numerum, qui centum et duodeviginti membris nunc constat.

In animo quidem habemus nonnihil recidere, quod spectat ad vestes atque ad ornamenta, quibus adhuc Patrum Cardinalium munus ex tradito more decoratur; attamen Nobis nullum est propositum Sacri Collegii dignitatem minuendi, quin immo eandem cupimus illa augere ratione, quae propria est Ecclesiae administrorum, quaeque decora distinguitur modestia, cum magnis gravibusque eorum muneribus consentanea.

Volumus praeterea mentem patefacere Nostram quod attinet ad indolem et munera Sacri Collegii, eo etiam consilio, ut quibusdam sermonibus nuper pervulgatis lucem afferamus.

Etenim — maxime post institutam Synodum Episcoporum — non defuerunt opinationes circa futuram condicionem Sacri Collegii: fuerunt qui exoptarent, ut omnino aboleretur vel saltem momentum eius et provincia imminuerentur; quin etiam dictum est idem esse iam institutum supervacaneum, quippe quod esset iuris ecclesiastici, non proxime deducti a divina Ecclesiae constitutione; nonnulli in eam demum opinionem venerunt, Sodales diversa ratione in Sacrum Collegium esse allegendos, quasi mandatum ad tempus acciperent, quod spatio certi cuiusdam officii exercendi adiungeretur.

Verumtamen non est cur inducamur ut disciplinam, a Decessoribus Nostris summa veneratione dignis traditam, immutemus; immo persuasum Nobis habemus multiplices Ecclesiae

[6] Litt. Apost, motu proprio datae, *Cum gravissimum: A. A. S.* 54, 1962, p. 256.

[7] Litt. Apost, motu proprio datae, *Ad Purpuratorum Patrum : A. A. 8.* 57, 1965, p. 295.

[8] Litt. Apost, motu proprio datae, *Sacro Cardinalium Consilio* : A. A. *8.* 57, 1965, p. 296.

necessitates suadere, ut novam vim novumque robur addamus muneribus, quae secundum leges conditas Sacro Collegio sunt gerenda, ampliore aptiusque disposito modo deposcentes eius ministeria, sive agatur de singulis sive de universo eius coetu, qui vere proprieque dicatur.

Munus enim Patrum Cardinalium Collegii proprium revera est sacrum proximeque contingit Ecclesiam, quippe quod in adiutrice opera Summo Pontifici navanda ad regimen universalis Ecclesiae versetur. Cum autem perfecta et plena sacerdotii dignitate polleant, Purpurati Patres simul Episcopalis Collegii sunt sodales, simul artissimo necessitudinis vinculo cum Romani Pontificis primatu coniunguntur, quoniam ex lege canonica praecipuum eorum ius est Beati Petri successorem eligere, qui Ecclesiae praesit. Quod quidem officium plurimum cautionis habet neque ab incitamentis atque periculis, quae cunctae sane Ecclesiae sint detrimento, vacat, nisi — ut nunc fit — ab amplissimo vestro Collegio obtegitur, quod sua auctoritate et stabilitate praestans ab iniquo quovis alienorum interventu incepto ve sit tutum.

Sed iam horam advenisse censemus, qua Nostri huiusce colloquii, fraterno more habiti, finem faciamus. Mutua iam caritate vobiscum sive animi sensus sive voluntatis consilia communicavimus, quibus omnibus nunc iuvat perpetuum implorare auxilium Dei Altissimi, ***cuius est totum quod est optimum,***[9] quique ***operatur ...et velle et perficere pro bona voluntate.***[10] At Nostra etiam, singulari et amantissima, Apostolica Benedictione vos prosequimur, id bene ominati, ut ***pax Domini sit semper vobiscum.***

Die autem xxix eiusdem mensis iunii, in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, Summus Pontifex initium dedit celebritatibus indictis undevicesimo volvente saeculo, ex quo iidem Apostolorum Principes Romae martyrium passi sunt. Vespere, in foro Petriano, cum viginti quattuor Emis Cardinalibus, quibus in Aede Sixtina Biretum rubrum pridie sollemni ritu imposuerat, Beatissimus Pater Sacrum concelebra-

[9] *Orat. Domin. VI post. Pentec.*

[10] *Phil. 2,* 13.

vit, hanc habens, post lectum Evangelium, omnibus, qui Eucharistico Sacrificio intererant, Allocutionem, antea gallico, anglico, germanico, hispanico, lusitano, polono, indonesiano graecoque sermone innumeros salutans peregrinos :

Fratelli e Figli, che assistete a questo rito, o che pur fisicamente lontani siete spiritualmente presenti e, portata dalle onde radiofoniche, ascoltate la Nostra voce, salute a voi! nei nomi santi e gloriosi degli Apostoli Pietro e Paolo, salute!

E salute a voi, venerati Presuli rappresentanti della Chiesa bizantina ortodossa, qua inviati dal grande Patriarca Atenagora, affinché la sua illustre e sacra persona e con essa la sua vasta comunità di credenti in Cristo, sparsa sulla terra, siano con noi unite nel rendere onore alla memoria di quei comuni santissimi Protettori; nel loro nome, salute!

E diremo salute ai Signori Diplomatici, che, facendo corona a questo rito, Ci procurano il piacere e l'onore di sentire a Noi vicine nello spirito le Nazioni, ch'Essi rappresentano. Diremo salute al Signor Sindaco di Roma, che Ci porta l'adesione storicamente e moralmente fedele dell'Urbe; diremo salute al Presidente della Provincia Romana; salute al cospicuo gruppo della Confederazione Italiana dei Sindacati dei Lavoratori, e con loro alle molte associazioni cattoliche, e alle moltissime comitive di pellegrini e di visitatori, venuti al seguito dei nuovi Cardinali.

A questi specialmente, con i quali stiamo concelebrando la santa Liturgia, diciamo, davanti a questa folla di fedeli, che Ci offre il segno di tutta la Chiesa, diciamo salute, con la pienezza di sentimenti che l'importanza del momento mette nel Nostro animo; e salute all'intero Sacro Collegio, a cui voi, nuovi degnissimi membri, siete stati associati per formare insieme il Nostro « Presbyterium » dell'Orbe, della Chiesa cattolica intera cioè, voi Cardinali; mentre il Collegio dei Parroci di Roma Ci circonda, quasi Nostro « Presbyterium » dell'Urbe; a tutti salute; ai Vescovi, al Clero, agli Alunni dei Seminari, ai Religiosi e alle Religiose, al Laicato cattolico, a ciascun fedele, ad ogni ospite presente, a tutti : salute !

Noi vi dobbiamo questo grido del cuore, perché molto vi siamo grati di volerCi assistere nella celebrazione che stiamo

compiendo, e perché molto Ci preme che sia da voi condivisa l'intenzione, a voi già nota, che caratterizza questo rito singolare. È un'intenzione ricca di significati; e Noi ora ne restringiamo l'esposizione ad una semplice notizia. Essa suona messaggio a voi, alla Chiesa intera.

Questa è per noi una solenne rievocazione; la memoria riprende in noi coscienza e chiarezza; essa ci ricorda la morte tragica e gloriosa di questi due pellegrini, venuti dalla terra di Gesù, e diventati, mediante la loro predicazione, il loro ministero, ed il loro martirio, fondatori di Roma cattolica. Si chiamavano Pietro e Paolo. Entrambi, in diverso modo, furono discepoli dapprima del Messia, Piglio di Dio e Figlio di Maria, Gesù, il Maestro e il Salvatore del mondo; poi suoi apostoli; coloro che hanno annunciato il Vangelo di Cristo, e hanno saputo in esso scoprire, per opera dello Spirito Santo, la novità liberatrice dall'antica concezione particolaristica della vera religione, ed hanno rivelato all'umanità il carattere unitario e universale del cristianesimo, il suo genio rinnovatore delle coscienze e delle forme della vita umana, la sua speranza escatologica. Essi, fondati sull'insegnamento di Gesù e sempre edotti dal suo Spirito, hanno basato il nuovo sistema religioso-sociale, che da tale concezione scaturiva e che si chiamò la Chiesa, sopra un principio originario e generatore dei rapporti vitali e salvifici fra Dio e l'uomo, la fede, l'accettazione cioè della Parola rivelatrice di Dio, quale in Cristo, Lui stesso Verbo eterno di Dio fatto uomo, trovò compimento e quale essi, gli Apostoli, dovevano promulgare e mediante il magistero da loro proveniente, dovevano insegnare, interpretare, difendere e diffondere. Il Concilio Ecumenico, testé celebrato, ricordò queste cose,[1] e ci ha esortato a risalire a queste sorgenti della Chiesa e a riconoscere nella fede il suo principio costitutivo, la condizione prima d'ogni suo incremento, la base della sua sicurezza interiore e la forza della sua esteriore vitalità.

Pietro e Paolo sono stati i primi maestri della fede, e con le fatiche e le sofferenze del loro apostolato vi hanno dato la sua prima espansione, la sua prima formulazione, la sua prima autenticità; ed affinché non restasse dubbio sulla certezza del

[1] Cfr. Const. dogm. de div. revel. *Dei verbum,* n. 7.

loro nuovo, meraviglioso, e duro insegnamento, sull'esempio del Maestro e con Lui sicuri d'una finale vittoria, hanno sigillato col sangue la loro testimonianza.

Questa essi diedero, con eroica semplicità, per la nostra certezza, per la nostra unità, per la nostra pace, per la nostra salvezza. E per quella di tutti i Fratelli, seguaci di Cristo; anzi per tutta l'umanità.

Perciò, Figli e Fratelli carissimi, noi ricordiamo, noi celebriamo questa nascita della Chiesa nella parola e nel sangue degli Apostoli mediante un esplicito, convinto e cordiale atto di fede. Un anno intero questo pensiero e questo proposito riempirà i nostri animi. Sarà l'Anno della Fede. L'anno post-conciliare, nel quale la Chiesa ripensa la sua ragion d'essere, ritrova la sua nativa energia, ricompone in ordinata dottrina il contenuto ed il senso della Parola vivificante della rivelazione, si presenta in attitudine di umile e amorosa certezza ai Fratelli ancora distinti dalla nostra comunione, e si prodiga per il mondo odierno qual è, pieno di grandezza e di ricchezza, e bisognoso fino al pianto dell'annuncio consolatore della Fede. Sì, Noi siamo convinti che questa nostra attestazione religiosa, questa nostra fede, concorre e vuole concorrere al benessere, alla fratellanza, alla pace di tutto il mondo, e sapete quanto il superamento giusto d'ogni presente conflitto sia nel Nostro cuore e in quello di tutta la Chiesa.

Figli e Fratelli carissimi, ascoltate la Nostra voce; non è la Nostra, è quella dell'ultimo umile successore di Pietro; la sua ascoltate; anzi quella sola che nell'Apostolo e nel magistero della Chiesa risuona, quella di Cristo.

Ricordate ciò ch'Egli disse : « Chiunque ascolta le mie parole e le mette in pratica sarà paragonato all'uomo saggio, che si è costruita la casa sulla pietra ... ».[2] E aggiunse Gesù: « Simone, figlio di Giona ..., tu sei Pietro e su questa pietra Io edificherò la mia Chiesa ».[3]

Deinde Beatissimus Pater anulum tradidit Emis Cardinalibus recens creatis, cooperatores eos constituens sui ministerii.

[2] *Matth.* 7, 24.
[3] *Matth.* 16, 18.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

Saeculo XIX expleto postquam Sancti Apostoli Petrus et Paulus martyrium Romae fecerunt, Indulgentiae conceduntur.

Ssmus D. N. Paulus Div. Prov. Pp. VI, post editam Adhortationem Apostolicam *Petrum et Paulum Apostolos* die 22 Februarii vertentis anni occasione undevicies centesimi anniversarii martyrii Beatorum Principum Apostolorum Romae facti, ut christifideles ex hac celebratione uberiores assequantur spirituales fructus, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 10 Iunii 1967 concessa, benigne dilargiri dignatus est gratias quae sequuntur, a die 29 mensis Iunii huius anni, iisdem Apostolis sacro, ad eundem insequentis anni diem valituras : 1. *Facultatem* pro unoquoque loci Ordinario ad normam can. 914 (cfr. can. 315) C. I. C, — vel, eo impedito, pro Episcopo opportune designando — impertiendi, adhibita praescripta formula, semel perdurante iubilari celebratione, die quo Symbolum fidei in honorem eorundem Sanctorum Apostolorum in ecclesia cathedrali vel in alia, sollemniore uti proponitur modo recitatur, *Benedictionem Papalem cum adnexa plenaria Indulgentia,* acquirenda a christifidelibus confessis, sacra Communione refectis et ad mentem Summi Pontificis *Pater* et *Ave* vel quamlibet aliam orationem pro sua pietate recitantibus, si huiusmodi sacrae functioni pie adstiterint et memoratam Benedictionem devote acceperint; 2. *Indulgentiam plenariam,* iisdem sub conditionibus, a fidelibus adipiscendam, *a)* semel, cum opportuniore festivo die in aliis ecclesiis et oratoriis, simili modo, *Credo* recitaverint; *b)* iterum semel, cum statuto definitoque die, inter sollemniores eligendo, eandem christianae fidei professionem unanimiter pronuntiaverint in suae familiae domo, in catholicarum consociationum sedibus, in scholis, in officinis, in valetudinariis, in omnibus denique coetibus seu conventibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, e S. Paenitentiaria Apostolica, die 28 Iunii 1967.

© IOSEPHUS Card. FERRETTO, *Paenitentiarius Maior*

Ioannes Sessolo, *Regens*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI si è degnato di assegnare ai nuovi Eminentissimi Porporati i seguenti Sacri Dicasteri :

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Nicola Fasolino : ***Sacramenti - Seminari;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Antonio Riberi : ***Concistoriale - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— a sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Giuseppe Beltrami : ***Riti - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— a sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Alfredo Pacini : ***Concilio - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Gabriele Maria Garrone : ***Concistoriale - Orientale;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Patrizio Luigi O'Boyle : ***Propaganda Fide - Riti;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Egidio Vagnozzi : ***Concistoriale - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Massimiliano de Furstenberg : ***Propaganda Fide - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Antonio Samorè : ***Concistoriale - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Francesco Carpino : ***Concistoriale - Concilio;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Giuseppe Clemente Maurer : ***Religiosi - Seminari;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Pietro Parente : ***Sacramenti - Concilio;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Carlo Grano : ***Riti - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Angelo Dell'Acqua : ***Concistoriale - Affari Ecclesiastici Straordinari;***

— A Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Dino Staffa : ***Orientale - Sacramenti;***

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Pericle Felici : *Sacramenti - Falbrica di San Pietro;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Giovanni Giuseppe Krol : *Orientale - Propaganda Fide;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Pietro Veuillot: *Seminari - Segretariato per l'Unione dei Cristiani;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Giovanni Patrizio Cody : *Concilio - Propaganda Fide;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Corrado TJrsi : *Religiosi - Seminari;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Alfredo Bengsch : *Orientale - Segretariato per l'Unione dei Cristiani;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Giustino Darmajuwana : *Propaganda Fide - Riti;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Carlo Wojtyla: *Orientale - Concilio;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Michele Pellegrino : *Concilio - Seminari;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Alessandro Carlo Renard : *Concilio - Religiosi;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Francesco J. Brennan: *Sacramenti - Segnatura Apostolica;*

— a Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Benno Gut: *Religiosi - Riti.*

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

11	maggio	1967.	A S. E. il sig. Don Ponce y Carbo Enrico, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Ecuador presso la Santa Sede.
24	»	»	A S. E. il Dr. van den Boeynants Paolo, Primo Ministro del Belgio.
»	»	»	A S. E. il sig. Harmel Pietro, Ministro degli Affari Esteri del Belgio.
10	giugno	»	A S. E. il sig. Vishnuprasad Chunilal Trivedi, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'India presso la Santa Sede.
»	»	»	A S. E. il sig. Ogawa Seishiro, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Giappone presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

26 maggio 1967. A S. E. il sig. Burin des Roziers Stefano *(Francia)*
31 » » A S. E. il sig. Luiz Archer Giuseppe *(Portogallo).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15 dicembre 1966. A S. E. il sig. Schütz Giovanni *(Germania).*
9 maggio 1967. Al sig. Gumbel Carlo *(Germania).*
24 » » Al Barone Van der Straten Waillet Francesco *(Belgio).*
26 » » A S. E. il sig. de Beaumarchais Giacomo *(Belgio).*
31 » » Al Dr. Pereira Rodrigues Paulo José Venancio *(Portogallo).*
» » » Al Dr. Hall Themido Giovanni *(Portogallo).*
» » » Al Dr. Nunes da Silva Manuele *(Portogallo).*
» » » Al Dr. Pereira Coutinho Luigi Maria *(Portogallo).*
» » » Al Gen. Pais Martins dos Santos Umberto *(Portogallo).*
» » » Al Gen. de Oliveira Fernando *(Portogallo).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Patire Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

23 febbraio 1967. Al sig. McGowan Dale Matteo Roberto *(Canada).*
25 » » Al sig. Tirelli Filippo (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 febbraio 1967. Al sig. Gery Ippolito (Lyon).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile

9 gennaio 1967. Al sig. Fallón Donaldo (Malines-Bruxelles).
28 » » Al sig. Minimi Francesco (Brescia).
21 febbraio » Al sig. Buracchini Bruno (Siena).
» » Al sig. Ceccherini Domenico (Siena).
» » » Al sig. Giusti Adalberto (Siena).
25 » Al sig. Tozzi Enrico Lucio (Roma).
28 » » Al sig. Pedace Giovanni (Roma).
» » Al sig. Pedace Ferdinando (Roma).
marzo » Al sig. Torciglione Lorenzo *(Italia).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare

28 febbraio 1967. Al sig. Usai Michelangelo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

18 gennaio 1967. Al sig. Le Divenah Paolo C. M. *(Francia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile-.

	gennaio	**1967.**	Al sig. Mandaroux Giovanni (Angers).
»	»	»	Al sig. Martin Gallevier de Mierry Giovanni (Angers).
»	»	»	Al sig. Cavet Paolo (Nantes).
»	»	»	Al sig. Lesage Onorato (Tours).
30	»	»	Al sig. Fioretti Giovanni (Treia).
21	febbraio	»	Al sig. Papáis Umberto (Concordia).
»	»	»	Al sig. Cento Ferdinando (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

13	giugno	**1966.**	Al sig. Staff ord Carlo (Cape Town).
18	gennaio	**1967.**	Al sig. Fribourg Roberto ***(Francia).***

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7	marzo	**1967.**	Al sig. Palmstier na Carlo-Federico ***(Svezia).***

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25	marzo	**1966.**	Al sig. Vischi Franco ***(Nigeria).***
8	gennaio	**1967.**	Al sig. Nowak Ottocaro (Wien).
18	»	»	AL sig. de Ionghe Eugenio A. I. (Malines-Bruxelles).
27	»	»	Al sig. D'Amelio Andrea (Roma).
»		»	Al sig. Milano Emilio (Ventimiglia).
30	»	»	Al sig. Ricottini Wulman (Treia).
»	»	»	Al sig. Roccetti Onelio (Treia).
8	febbraio		Al sig. Vinci Alfonso (Nicotera).
24			Al sig. Prenna Silvestro (Castellaneta).
»			Al sig. Borghi Umberto (Pesaro).
»			Al sig. Di Ferdinando Renato (Pesaro).
»	»		Al sig. Mircoli Domenico (Pesaro).
8	marzo		Al sig. Bobelak Stefano (Esarcato apostolico per gli Ucraini di Germania).
7			Al sig. Bonde Federico-Ulf ***(Svezia).***
		»	Al sig. Waern Jonas ***(Svezia).***
	»	»	Al sig. Von Platen Carlo Gustavo ***(Svezia).***

Il Cavalieratoi dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21	dicembre	**1965.**	Al sig. Rodríguez Giuseppe (Cebú).
»	»		Al sig. Ruiz Nicola B. (Cebù).
22	marzo	**1966.**	Al sig. Bartels Nicola Giuseppe (Roermond).
25		»	Al sig. Pugliese Raffaele ***(Nigeria).***
»			Al sig. Valent Rino Valentino ***(Nigeria).***
16	dicembre		Al sig. Ballings Arnoldo (Liége).
20	»	»	Al sig. Caravel Luigi Mario ***(Principato di Monaco)***
»	»		Al sig. Dugast Rouille Michele 0. M. ***(Principato di Monaco).***
9	gennaio	**1967.**	Al sig. Laudy Giovanni M. Vittore (Roermond).
10	febbraio		Al sig. Pessali Romeo (Como).
21	»	»	Al sig. Mori Alfredo (Pontremoli).
8	marzo	»	Al sig. Raho Tano (Aqrä).

An. et vol. LIX 30 Septembris 1967 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

Rosa aurea Apparitiopolitanae Basilicae B. Mariae Vir g. Immaculatae, quae vulgo « Aparecida » vocatur, tribuitur.

Dilecto Filio Nostro
Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae
Presbytero Cardinali de Vasconcellos Motta
Archiepiscopo Apparitiopolitano

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Celsissima Virgo Maria, quemadmodum pluribus locis per orbem terrarum evenisse cognoscitur, in amplissima quoque regione Brasiliensi veluti posuit pedem, ut singularis pietatis excitaret sedem, maternae caritatis suae munera impertiret poscentibus, christianam fidem novis proveheret auctibus. Etenim anno MDCCXVII ex aqua fluminis Paraibae, ut fertur, parva statua fictilis Deiparae a prima labe immunis fuit extracta ; cui, cum miro quodam modo apparuisset, vulgare nomen ((Aparecida » est inditum. Cultus deinde ei tributus est primo in piscatoris domo, qui imaginem in suo invenerat rete, deinde in aedicula eodem saeculo ibi condita, ac denique in templo magnifice exstructo, quod anno MDCCCLXXXVIII fuit dedicatum et a Sancto Pio Pp. X, Decessore Nostro, Basilicae Minoris dignitate auctum. Eiusdem vero Summi Pontificis auctoritate effigies illa paulo ante aureo diademate erat redimita. Exundantis vero fluminis instar, pietas erga Beatam Mariam Virginem,

nomine « Aparecida » insignem, tantopere increvit et propagata est, ut Pius Pp. XI, item Decessor Noster, precibus omnium Brasiliae Archiepiscoporum et Episcoporum obsecundans, eam eiusdem regionis caelestem Patronam renuntiarit. Pius vero Pp. XII, ne hierarchicus etiam honor deesset, archidioecesim Apparitionopolitanam, scilicet ab « Aparecida » appellatam, anno MCMLVIII constituit. Marialis huius religionis ardore infiammati, Catholici Brasilienses novam eamque maximam ecclesiam aedificare coeperunt, quae, nondum absoluta, iam nunc ut Sanctuarium Marianum istius Nationis celebratur. Eo igitur continenter Christifideles confluunt tamquam ad gratiae supernae fontem inexhaustum. Honori Deiparae Immaculatae, cui titulus « Aparecida » adicitur, in tota illa et immensa regione multa templa sunt condita et altaria dicata, eius imago in privatis domibus, in scholis et officiorum sedibus est proposita. Hic vero annus, qui ducentesimus quinquagesimus est a reperta illa minuta statua, ad quam tamen, si res altius consideretur, haec sacra verba licet transferre : « signum magnum apparuit » (*Apoc.* 12, 1), peculiaribus sollemnibus, ut accepimus, frequentato. Quae Nos quadam ratione participare et cumulare volentes, Rosam Auream ad inditum illud mariale sacrarium decrevimus mittere. Quod agentes, honorem etiam adhibere cupimus dilectae Nobis Brasiliensi Nationi et filios Nostros, qui istic incolunt, confirmare ad venerandam et imitandam Deiparam Virginem, quae in terra eorum « apparuit ». Assidue ergo « oculos suos ad Mariam attollant, quae toti electorum communitati tamquam exemplum virtutum praefulget » (cfr. Const. *Lumen gentium,* 65). Quodsi per hunc annum ad veram religionem marialem impensius — quemadmodum probe speramus — exardescent animi, efficietur, ut Fides laetis incrementis amplificetur et ad publica instituta privatamque civium vitam habeat vim et efficientiam salutarem. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, Apparitionopolitanae Basilicae Beatae Mariae Virginis Immaculatae, quae vulgo dicitur « Aparecida », *Rosam ex auro* conflatam ibique religiose asservandam harum Litterarum vi tribuimus et largimur. Quae vero in sollemni Benedictionis Rosae huiusmodi caerimonia a Deo supplices postulavimus, ut nimirum prospera cuncta concederet, adversa destrueret, ea iterum impenso animi ardore a misericordiarum Patre efflagitamus ut universo populo Brasiliensis Nationis cumulate impertiat. Ut autem hoc munus cum honore, quemadmodum par est, suscipiatur, volumus illud eidem Apparitionopolitano templo dari per Venerabilem Fratrem Nostrum Hamletum Ioannem

Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Cicognani, Episcopum titulo Suburbicariae Ecclesiae Tusculanae et publicis Ecclesiae negotiis Praepositum. Cum vero ibidem sacrum sollemne ea de causa peragetur, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui peccata sua confessi et sacra Communione refecti, vel eidem sacro interfuerint vel illo die templum visitaverint ibique pro Sanctae Ecclesiae bono pias preces ad Deum fuderint, de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli atque Nostra auctoritate confisi, Indulgentiam plenariam benevolenter in Domino elargimur. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, dominica IV in Quadragesima, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

EPISTULA

Ad E.mum P. D. Carolum S. R. E. Cardinalem Journet, decem expleta sacerdotii lustra celebraturum.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Decem sacerdotii lustra, per quae Deo eiusque Ecclesiae es famulatus, praeclaram opportunitatem Nobis praebent tam diuturnum temporis spatium tibi gratulandi rogandique Pastorem Supremum, ut praemia, quibus iam in hac terrena peregrinatione animus superna incensus caritate solet abundare, tibi affatim impertiat.

Non est dubium, quin e divina Eucharistia, qua tot ante annos primum litasti, lucem ac robur hauseris continenter ad vitam tuam sacerdotalem illustrandam alendamque. Est etiam prae Nobis ferendum, te virtutem coniunxisse cum sacra doctrina, qui optatissimus nexus veri nominis efficit magistrum. Meritam quippe adeptus es famam et laudem egregiis voluminibus et scriptionibus, quibus acri, quo polies, ingenio de theologia exposuisti; maxime vero iuvat memorare opera et studio tuo mysterium Ecclesiae, quod potissimum fuit in coetibus, historia dignis, Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, a te esse naviter, subtiliter, scite pertractatum, atque adeo te Sponsae Christi recondita doc-

trina et fidei catholicae integritate adiunxisse decorem. Nec licet praetermitti te adulescenti clero, in quo eiusdem matris Ecclesiae spes summa innititur, impensas curas adhibuisse et etiamnum adhibere, salutaribus praeceptis eum conformando sacrasque docendo disciplinas.

Talem Christi servum placuit Nobis te arctius cum Apostolica Sede coniungere, Patris Cardinalis munere credito ; in quo ita versari cognoscens, ut de priore vitae instituto, humili, abdito, operoso, nihil decedas.

Deus, qui est summum bonum, *quod in ea veritate, quam sapientiam vocamus, cernitur et tenetur,*[1] tibi vires suppeditet ad pergendum tam nobile iter. Quo, post longum vitae huius cursum, quem speramus, emenso, feliciter ad eundem pervenias, *qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur.*[2]

Ut autem fructuosior anniversarius dies tuus evadat, libenter id tibi facultatis facimus, ut postquam sollemni ritu divinis operatus eris, Nostro nomine Nostraque auctoritate adstantibus christifidelibus benedicas, proposita plenaria Indulgentia, ad Ecclesiae legem lucranda.

Quorum bonorum auspex et pignus sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, propinquis et familiaribus tuis, volentes in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die v mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Frings, Archiepiscopum Coloniensem, quinque condentem lustra ex quo consecratus est Episcopus.

Quinque plena mox erunt lustra, ex quo ipse, inter principes ascitus populi Dei, consecratus es Episcopus. Nos autem pro egregia existimatione et impenso benevolentiae studio, quibus te prosequimur, istam faustitatem eventus praeterire nolumus, quin voluntatis Nostrae novum apertumque exhibeamus testimonium et pignus, quod quidem fore tibi putamus iucundum.

[1] S. Aug., *De lib. arb. 2,* 9, 26: *PL* 32, 1254.
[2] Id., *De civ. Dei* 22, 30, 1 : *PL* 41, 801.

Quapropter quasi sertum imponentes piis laetitiis, quibus una cum clero et populo moderationi tuae commisso festo ritu grates Deo, omnium bonorum Auctori et Largitori, persolves pro tot collatis isto temporis spatio beneficiis caelestibus, tibi sincere et ex animo promimus vota.

His autem gratulationes Nostrae haud minus libenter internectuntur, propterea quod inter tot ardua discrimina rerum, strenue, scite, diligenter pastorali munere functus es et nunc quoque specimina edis egregiae diligentiae atque sollertiae.

Inter ceteras laudes, quibus diuturnum tuum Episcopi oflicium praeditum et ornatum fuit, quasque iam Decessor Noster Ioannes XXIII v. m. datis litteris recensuit, cum quinquagesimum ageres sacerdotii natalem, memorare praesertim placet perampla sedulaque caritatis incepta, a te strenue promota, ad egentium necessitates per terrarum orbem allevandas : ea dicimus opera, quae a verbis ((Misereor » et ((Adveniat » nuncupata sunt, eademque in tua archidioecesi, valido tuo impulsu ductuque, praeclara susceperunt incrementa; item magnificum ausum, quo cathedrale Coloniense templum, miro artificio per saecula renidens, sed recentis belli iniuriis vastatum ac magnam partem dirutum, restaurandum et in pristinum decorem curasti restituendum.

At praeter gregem tibi commissum, qui te amantissimum veluti patrem omni cum reverentia colit, universi quoque dilectae Germaniae Episcopi grato studiosoque animo te prosequuntur, qui eorum coetui sapientia et providentia, omnium cum admiratione, diu praeeras ; neque silentio praeterire volumus praecipuas quas sustinuisti partes in Oecumenico Concilio Vaticano II moderando, utpote in Patrum Cardinalium Praesidentium collegium ascitus.

Cuncta igitur felicia, salutaria, bono omine candida tibi cupimus, orantes Christum sacerdotem aeternum, a quo sacerdotalis gratia et honor proficiscitur, ut te digniorem usque suis donis faciat, et diu sospitet. Ultima igitur aetate vitae, quam tibi exoptamus longo etiam aevo diuturnam, et divinorum solador um dulcedine abunde repletam, sint tibi ea, quae maxime putamus felicitati tuae veri nominis congruere, sint, inquimus, in exemplum fides firma in corde, verum veritatis in ore, bona in mente voluntas, dilectio Dei in pectore, honestas in actione, patientia in rebus asperis et in amabilibus, spes in Creatore, amor vitae aeternae, perseverantia usque ad extremum vitae constans et stabilis, ac denique remuneratio ab aeterno Iudice accipienda, plane aequa crescentibus virtutibus et meritis, amplissima.

Haec imo e pectore ominati, ut auspicatus dies uberiorem afferat

fructum, id tibi facultatis facimus, ut, sacro pontificali ritu peracto, Nostro nomine Nostraque auctoritate christifidelibus benedicas, Indulgentia plenaria proposita, ad suetam Ecclesiae legem lucranda.

Nihil reliqui denique nobis est, nisi ut tibi, Dilecte Fili Noster, sollertibus Antistitibus Auxiliaribus tuis et Christi ovibus, quarum emolumento vigil prospicis, Apostolicam Benedictionem, caritatis Nostrae pignus et auspicem, libentissime impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvi mensis Maii anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

PAULUS PP. VI

II

E.mo P. D. Iosepho S. R. E. Cardinali Pizzardo, Praefecto S. Congregationis Seminariis Studiorumque Universitatibus praepositae, nonagesimum diem natalem celebraturo.

Cum perlatus Nobis sit nuntius, te mox nonagesimum celebraturum esse natalem, nequaquam patimur faustum huiusmodi eventum silentio praetergredi, quin tibi cuncta salutaria et optabilia ominemur. Hoc autem libenter facimus, ut cumulatior religiosa laetitia a te percipiatur, grato animo coniuncta, quo, tam longum emensum respiciens vitae tuae spatium caelestiumque donorum tibi usque adhuc impertitam copiam, impensiore sane studio illum sacri Psaltae monitum ad rem deducere contendes : *Laudado nomen Dei cum cantico et magnificavo eum in laude.*[1]

Votis ominibusque gratulationes quoque Nostras adnectimus, recordatione repetentes diuturnos tuos in Ecclesiae bonum insumptos labores, praesertim in Romana Curia, ubi sive in Officio publicis Ecclesiae expediendis negotiis, sive in Congregatione Seminariorum Studiorumque Universitatum, diligentia, prudentia, religionisque studio praeclara tibi merita comparasti. Ac suave semper erit Nobis illos iuventutis annos recolere, quibus apud Secretariam Status operam praestantes, te navum et benevolentiae plenum Nostrum praepositum experti sumus.

Benignissimus Deus, e cuius munere vivere, valere sancteque agere proficiscitur, tuam venerandam senectam diu servet actuosam et ala-

[1] *Ps.* 68, 31.

crem, suae gloriae in exemplum semper addictam, largitatis suae donis usque locupletiorem.

Haec sincero caritatis affectu percupientes, tibi, Venerabilis Frater Noster, et universis qui fausta hac data occasione te laeti circumstabunt, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die ix mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Sodalibus ex Ordine Fratrum Discalceatorum B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, qui religiosae suae communitatis Generali Coetui, Romae habito, interfuerunt. *

Chi siete voi, figli carissimi, che con la sola vostra presenza trasportate il Nostro pensiero in orizzonti storici tanto remoti e non poco discussi? Dal monte Carmelo venite e Ci portate il ricordo e quasi un soflìo del grande profeta, araldo potente di Jahve, Elia, figura del Precursore, che annunciò l'arrivo del Messia Gesù? E siete voi i seguaci degli asceti a cui S. Alberto di Vercelli, e lontano Patriarca latino di Gerusalemme, diede la prima regola (1208), tutta orientata verso l'orazione nella solitudine e nella penitenza e che il Nostro lontano Predecessore Onorio III, nel 1226, approvò? Voi precisate : sì, quella è tuttora la norma spirituale e ascetica basilare, alla quale abbiamo consacrato la nostra vita; ma noi, per la verità, siamo quei Carmelitani Scalzi, che discendono dalla riforma, operata quattro secoli fa, dai due grandi maestri della mistica cattolica, S. Giovanni della Croce e Santa Teresa di Gesù. Grande ed illustre famiglia religiosa, che rappresenta storicamente uno dei più insigni ed efficaci sforzi della Chiesa cattolica, decisa, dopo il Concilio di Trento, a ritrovare le proprie espressioni più ardite e più caratteristiche di santità tutta tesa, mediante l'umiltà e lo spogliamento di sé, e mediante una vita comunitaria resa scuola di carità, di semplicità, di scienza spirituale, alla contemplazione. Ascoltiamo allora la vostra definizione; la delinea per le

* Die 22 mensis iunii a. 1967.

sue figlie S. Teresa, ma sappiamo bene che questa straordinaria interprete delle cose di Dio è pure la vostra maestra.

« Así digo ahora que, aunque todas las que traemos este hábito sagrado del Carmen somos llamadas a la oración y a la contemplación (porque éste fué nuestro principio, de esta casta venimos, de aquellos santos Padres nuestros del Monte Carmelo, que en tan grave soledad y con tanto desprecio del mundo buscaban este tesoro, esta preciosa margarita de que hablamos), pocas nos disponemos para que nos la descubra el Señor. Porque cuanto a lo exterior, vamos bien para llegar a lo que es menester en virtudes ; para llegar aquí, hemos menester mucho mucho y no nos descuidar poco ni mucho; por eso, hermanas mías, alto, a pedir al Señor que pues en alguna manera podemos gozar del cielo en la tierra, que nos dé su favor para que no quede por nuestra culpa y nos muestre el camino y dé fuerzas en el alma para cavar hasta hallar este tesoro escondido, que es verdad que le hay en nosotras mismas *y).*[1]

E se aggiungiamo a questo programma di vita interiore il culto particolarissimo, che voi tributate alla Madonna, abbiamo individuato gli elementi principali costitutivi della vostra spiritualità. Ma allora qui sorge anche per voi la domanda, che si pongono non poche famiglie religiose, le quali parimente traggono dai secoli antichi la loro forma di vita; e la domanda è questa : voi, figli venerati e carissimi del Carmelo Teresiano, siete uomini del passato, o siete uomini tuttora del nostro tempo? Che a voi, come ad altri Istituti religiosi del vostro tipo, si debba riconoscere una onorata e ricca tradizione storica, nessuno dubita; anzi la cultura moderna è ben disposta a tessere le narrazioni e le lodi dei vostri fasti passati ; ma oggi? Non vi considera essa come dei sopravvissuti, ormai anacronistici ed estranei alle correnti vive di pensiero, di azione, inadatti a inserire nella circolazione degli interessi spirituali e sociali qualche valore degno della considerazione dell'uomo moderno?

Oh ! voi conoscete troppo bene la vittoriosa risposta, che si può dare a simili dubbi : la vostra stessa numerosa, compatta, libera e convinta compagine la offre, non come una semplice eredità del passato, non come un'apologia di forme di vita convenzionali, e nemmeno come ostinata stranezza religiosa incurante del mondo e delle sue evoluzioni; no, voi siete, sì, conservatori d'una scuola di spiritualità, che

[1] *Moradas del Castillo Interior, V,* cap. I; ed. B. A. C, pp. 392-393.

nel passato ebbe la sua prodigiosa origine e la sua meravigliosa fioritura; ma siete, al tempo stesso, persuasi di portare con voi valori che non invecchiano, e di perseverare nell'interpretazione della vocazione cristiana, che nessuna generazione riesce ad esaurire, e che nel perenne tentativo di adeguarsi al suo ideale si rinnova, si ringiovanisce, si manifesta sempre idonea, tanto a placare le più alte aspirazioni dello spirito, quanto ad alimentarne l'inestinguibile fiamma.

Del resto, il Concilio, cioè l'attualità e l'autorità della Chiesa, ha parlato ; e chi sa quante riflessioni voi avete fatto sulla rivendicazione ch'esso fa della vita contemplativa, la vostra. Rileggiamo insieme le auree parole : « Instituta quae integre ad contemplationem ordinantur, ita ut eorum sodales in solitudine ac silentio, in assidua prece et alacri paenitentia soli Deo vacent, in corpore Christi mystico ... praeclaram partem semper retinent)).[2] Dunque : un Istituto religioso come il vostro non solo conserva il diritto di vivere nella Chiesa d'oggi, e cioè, in certo senso, nel mondo d'oggi, ma risente la sua chiamata a inserire nella vitale vicenda del Popolo di Dio la propria originale testimonianza. La Chiesa non è un cimitero, non è un museo ; è un giardino dove ogni pianta ha sempre nuova primavera.

E allora, figli carissimi, quale la vostra?

Noi siamo sicuri che nelle lunghe e laboriose discussioni del vostro Capitolo voi avete già sapientemente elaborato i canoni del vostro ((aggiornamento » ; e Noi non possiamo far altro che raccomandarvi di dare volonterosa applicazione alle norme, che voi stessi vi siete prescritte per il vostro rinnovamento religioso. E in questa certezza Ci piace indovinare i punti sui quali certamente si è fermata la vostra attenzione e si sono affermati i vostri propositi. Così li esponiamo per dare a Noi ed a voi il gaudio d'una bella sintonia di pensieri ; e basti fuggevolmente.

Indubbiamente voi vi siete prefìssi, come il Concilio prescrive e come vuole la ragion d'essere d'un Istituto vetusto e moderno qual è il vostro : ripensare alle origini, prima di tutto. Questo è il primo rinnovamento : guardare indietro per andare avanti nella giusta direzione. La via è segnata alla sua partenza. L'albero vive della sua radice. E non è dubbio che la vostra più vitale radice è l'insegnamento di S. Teresa; esso vale principalmente per le Monache Carmelitane, ma nei suoi canoni fondamentali e nel suo spirito vale anche per voi; ogni oppor-

[2] Decr. de aecom. renov. vitae relig. *Perfectae caritatis,* 7: *A. A. S.* 58, 1066, p. 705.

tuno adattamento non deve contraddire, o deformare la fisionomia, religiosa caratteristica che una tale Riformatrice-Fondatrice ha impresso al Carmelo.

E perciò : contemplazione e culto mariano, come dicevamo, restano i suoi caratteri costitutivi. Abbiateli cari; abbiateli così cari da infondervi la vostra vocazione, la vostra attuale formazione, di uomini, di cristiani, di figli del nostro tempo, di alunni della Chiesa del Concilio. *Nova et vetera* : la formula è sempre buona ; ed oggi forse meno difficile che ieri, perché oggi abbiamo delle cose antiche migliore conoscenza, delle cose nuove maggior desiderio. E poi dovete ricordarvi che la vostra vocazione è singolare, che voi avete scelta una formula difficile e che la vostra via è quella stretta, austera ed ardua d'una vita ascetica, così distaccata da quella comoda e comune che le tendenze naturalistiche offrono oggi anche ai professanti della perfezione, e insieme così impegnata alla specifica ricerca della sublime arte dell'orazione e dell'intensità della conversazione spirituale, da qualificarvi davvero cercatori dell'unica pienezza, dell'unica pace, dell'unico amore nell'unione dell'anima a Dio.

Ma infine capiterà a voi, come capitò a Santa Teresa, di avvertire in tal modo i bisogni della Chiesa ed i mali della società da fare di essi non motivi di fuga, ma d'interesse spirituale e di concepire la vostra dedizione all'amor di Dio come un esercizio dell'amore del prossimo. Anzi, voi sapete, l'urgenza e la molteplicità dei bisogni della santa Chiesa così premeranno alla porta dei vostri conventi e delle vostre celle da persuadervi che per non aver distrazione ed interiore rimprovero nell'esercizio della vostra orazione dovrete farvi da monaci missionari, da solitari contemplativi farvi maestri di spirito e predicatori ai fratelli privi del pane del Vangelo e pur avidi del vostro alimento spirituale, da bravi carmelitani punto iniziati alla vita pastorale farvi bravissimi parroci e, se occorre, degnissimi Vescovi, come già avviene a onore del vostro Ordine, a edificazione della Chiesa di Dio e a gloria di nostro Signore. Lo sappiamo, questa non è la vostra vocazione, ma può essere, quando l'autorità e la carità della Chiesa ve lo chiede, un vostro dono, che punto impoverirà la vostra preghiera, ma le metterà fuoco di esperienza, di passione, di amore come nessun'altra cosa potrebbe fare. Quanto darete, per questa carità, tanto otterrete per la vivacità, per il realismo, per il rinnovamento del vostro impegno contemplativo. Non distrazione, ma nutrimento sarà per la stessa vostra vocazione carmelitana l'accettazione di ministero

parrocchiale, missionario, pastorale, quando la Gerarchia ecclesiastica responsabile ve lo offre ; è ciò, del resto, fra i meriti delle vostre tradizioni. Vi saremo grati anche Noi se, all'occorrenza, saprete saggiamente rinnovarli ed accrescerli.

— Ecco, dunque, quanto vi diciamo in terzo luogo: sia l'insegnamento della religione basato e tessuto continuamente su testi autorevoli della Sacra Scrittura, della Chiesa, dell'agiografìa. Il linguaggio della Scrittura è quello che, opportunamente usato, produce l'impressione più profonda sull'animo dei giovani, come, del resto, di tutti i fedeli; così il linguaggio dei documenti pontifici e conciliari apre con il suo realismo e con la sua succosità orizzonti nuovi, che attraggono la fiducia del giovane, mentre l'esempio vivo dei santi gli fa vedere incarnato nella realtà vissuta l'astratto valore dei principi.

— Quarto: perché questo insegnamento sia vivo, esso deve inoltre essere basato su atti religiosi, esercitati con sobrietà, con gravità, con convinzione. Senza oltrepassare i confini stabiliti all'insegnamento scolastico, bisognerebbe procurare di far giungere gli alunni a qualche pratica religiosa, preparata e compiuta con molta cura, che dia il senso aperto e eloquente del cristianesimo vissuto, che non è solo logica e impersonale dottrina, ma momento di spirituale pienezza, donazione a Dio Padre, mediante Cristo, nello Spirito e nella Chiesa.

— Quinto: per la medesima ragione, procurate di congiungere

(sempre col dovuto riguardo alla norma scolastica) la religione con l'esercizio di qualche buona azione. Il giovane è molto sensibile, ad esempio, verso i problemi delle Missioni, della fame nel mondo, della disoccupazione, del dolore di qualche compagno, o di qualche pubblica calamità. Sappiamo di Scuole che hanno dato un contributo rilevantissimo a varie iniziative benefiche, proprio per il fuoco acceso nell'animo degli alunni da Presidi e insegnanti meritevoli. Quando, dal sapere, si passa alla preghiera e all'azione, non si è forse fatto il vero cristiano, il vero uomo?

2. Ma, oltre che ai metodi e ai programmi, il Nostro discorso vorrebbe piuttosto rivolgersi alle vostre persone ! Quali requisiti, quali virtù occorrono per essere buoni e bravi insegnanti di religione? Sarebbe un discorso lunghissimo, e non ne abbiamo ora né il tempo né l'opportunità. Ma almeno qualche punto vogliamo indicarlo, a comune edificazione, e a ricordo di questo importante incontro.

Requisiti e virtù dell'insegnante di religione

— Anzitutto, la vostra preparazione, che suppone, oltre alla comune base culturale propria del sacerdote, uno studio coscienzioso, aggiornato e specifico della dottrina religiosa che si vuole insegnare, non che una riflessione continua per cogliere dai motivi spirituali, culturali, sociologici del tempo in cui si vive i riferimenti e gli appigli per inserire felicemente il discorso ; e inoltre è necessaria la conoscenza di qualche buona norma didattica, perché l'insegnamento non si improvvisa, ma è un'arte, una tecnica superiore; e mentre tutto, oggi, si specializza, sarebbe inconcepibile un insegnante di religione che si affidi abitualmente all'estro del momento. Ma soprattutto è necessaria la preghiera, perché questa preparazione dia i suoi frutti a tempo giusto : la preghiera dilata gli spazi interiori della nostra mente e del nostro cuore, e ci fa attingere direttamente da Dio la luce e il calore, con cui presentare la sua rivelazione. *Lucerna ardens et lucens* : l'elogio del Battista si attaglia perfettamente anche a voi.

— Poi, il vostro dovere di conoscere i giovani. Non è una folla anonima, che avete davanti, ma il « tu » personale di anime vivaci e frementi, che aspettano il colloquio con un'altra persona, che li comprenda e li ami. Occorre, sempre nell'ambito scolastico, perciò, avvicinarli, i giovani, farseli amici, saperli ascoltare nei loro problemi, conoscere che cosa fanno e che cosa leggono nel tempo libero. Quando

se ne è conquistata la confidenza, allora si stabilisce un rapporto umano che è fecondissimo di risultati.

— Ancora, è necessario un grande dominio di se stessi, per essere bravi insegnanti di religione, il *self-control* di cui tanto si parla. Quale efficacia, spesso determinante, ha l'esempio del prete ! Il giovane guarda a lui, lo scruta per vedere se vive quanto gli insegna, se è coerente e logico. Perciò bisogna che il sacerdote, pur essendo lieto, disinvolto, moderno, sia sempre educato, rispettoso, puro, ed anche un po' austero, perché non c'é nulla di più errato e funesto, stando con i giovani, che scendere in basso, nel linguaggio e nel tratto, con l'idea poi di portarli in alto. E una vera e genuina pietà personale, di cui l'alunno possa intuire la sincerità, deve dare il culmine a questo cumulo di doti : il prete è lo specialista di Dio, conoscerlo e amarlo è la sua vita, e così deve apparire, non per esibizione artefatta, ma per stile connaturale ; e solo così egli ottiene di far breccia nei cuori, anche a costo forse di qualche scacco momentaneo ed apparente.

— Inoltre, all'insegnante di religione è richiesto il disinteresse, a cui specialmente i giovani sono sensibilissimi. La tentazione del mestiere, dello stipendio, del successo può oscurare ogni altra dote pur splendida, e rovinare gli sforzi anche più sinceri. Quando l'insegnante di religione (anche se retribuito) si mostra disinteressato, cioè animato soltanto da motivi superiori, propri della sua missione, lascia nel cuore dei suoi alunni, anche senza tante parole, l'orma più profonda, quella che strappa alla fine l'ammirazione e l'emulazione.

— Infine, occorre amare la Scuola, la Scuola qual è, nella visione ideale e nella sua concreta realtà, per donarsi all'insegnamento (pur nei limiti stabiliti) con tutte le proprie forze e risorse e capacità fisiche, intellettuali, psichiche, con i propri talenti, con la propria cultura, con tutta la propria persona. Amate la scuola, consideratela il luogo più alto e più sacro, dopo la chiesa, per farvi risonare la parola illuminatrice e pacificante di Cristo, per plasmarvi anime forti e buone, per dare alla Chiesa e alla Patria le speranze del domani.

Ecco, diletti figli, le Nostre riflessioni e le Nostre consegne. Sono certamente già profondamente incise nel vostro cuore, ma confidiamo che le Nostre parole ne ravvivino in voi il proposito e l'entusiasmo. A tanto vi conforti la Nostra Apostolica Benedizione, che impartiamo con affetto a voi, ai vostri collaboratori, a tutti gli studenti delle vostre scuole, al benemerito Ufficio Catechistico della Conferenza Episcopale Italiana.

VII

Novensilibus Purpuratis Patribus, qui Biretum rubrum a supremis Civitatum Moderatoribus acceperant, Legatorum munere peracto, quibusque Summus Pontifex anulum tradidit Titulumque adsignavit: nempe, E.mo Card. Antonio Riberi Titulum, pro hac vice, S. Hieronymi a Caritate; E.mo Card. Maximiliano de Furstenberg Titulum, pro hac vice, Ss.mi Cordis Iesu ad Castrum Praetorium; E.mo Card. Carolo Grano Titulum S. Marcelli. *

Signori Coordinali,

Vi salutiamo con sincera devozione e con cordiale affezione, Fratelli Nostri veneratissimi nell'episcopato e Figli Nostri carissimi quali membri, nell'ordine presbiterale, del Sacro Collegio ; e siamo lieti di coronare col rito, che stiamo compiendo, le sacre e significative cerimonie, mediante le quali voi siete stati inseriti in quel Nostro peculiare Senato, che dal Nostro apostolico ufficio riceve il suo prestigio e la sua autorità, e che al medesimo ufficio Nostro apostolico offre assistenza e consiglio.

Quest'ultimo rito, Signori Cardinali, vuole mettere in piena evidenza l'unione particolarissima che alla Nostra umile persona e alla Nostra altissima missione lega ormai le persone vostre e l'opera vostra; un anello simboleggia tale unione ; e Noi siamo lieti, nel f arvene dono, di attribuirvi il suo chiaro ed alto significato. Voi, autorevoli e fedeli rappresentanti della Santa Sede nei suoi servizi diplomatici, voi, insigniti del carattere vescovile, non eravate certo disgiunti da una viva ed operante comunione con Noi; si deve infatti alle vostre relazioni con la Santa Sede, relazioni che già avete onorate con la vostra dignità episcopale e con i vostri meriti personali, oltre che al Nostro favorevole beneplacito, se oggi siete annoverati fra i Cardinali di Santa Romana Chiesa. Noi dovremmo, a questo proposito, come sarebbe tradizionale costume nell'occasione di questa investitura, ricordare quali titoli vi hanno raccomandato alla Nostra benevolenza e quali alla riconoscenza della Chiesa, acquisiti da voi in molti anni di esemplare dedizione ai vari e non facili servizi, che, sempre per l'onore della causa di Cristo e per il bene della Chiesa e non meno della moderna società, da questa Sede Apostolica vi sono stati affidati. Dovremmo narrare delle lunghe storie, piene alcune di fatiche e di peripezie, altre di paziente e laboriosa assiduità, tutte esemplari per lo spirito di devozione e di fedeltà alla santa Chiesa e al Papa ; spirito che le ha fervidamente animate e nascostamente illuminate. Non intendiamo in questo breve momento conce-

* Die 15 mensis iulii a. 1967.

derOi questo confortante piacere delle escursioni nei campi lontani della memoria; né tanto meno vogliamo con qualche facile panegirico turbare la vostra modestia ; solo Ci piace rilevare, per l'edificazione dei buoni, come oggi giungano a cotesto altissimo grado della gerarchia ecclesiastica persone virtuose, sagge e religiose, che non ne hanno usurpato l'onore per qualsiasi altrui umano favore, o per qualsiasi proprio terreno interesse, ma che lo hanno conseguito, senza alcuna loro ambiziosa pretesa, dopo diuturna e provata testimonianza della loro capacità di comprendere, di amare, di servire i più gravi e vitali interessi della Chiesa di Dio.

A Noi preme piuttosto ricordarvi, cari e venerati Signori Cardinali, che ora un nuovo vincolo a Noi vi lega, a questa Sede Apostolica, ai sempre più complessi e onerosi doveri, propri del mandato commesso da Cristo a Pietro e ai suoi successori, i quali vedono allargarsi ed agitarsi il campo aperto davanti alle loro pastorali fatiche. Voi venite in aiuto. Non è riposo l'incarico, che vi è conferito; sì bene nuova operosità, in cui l'esperienza e la saggezza accumulate nei vostri spiriti devono effondere quanto ancora la Provvidenza concede alle vostre forze, che auguriamo fiorenti, ed ai vostri anni, che speriamo lunghi e fecondi di bene. Con questa nuova nota distintiva : quella d'una più profonda, più completa, più personale comunione di animi e di azioni col Vicario di Cristo.

A Noi di conforto, a voi di merito alimentare reciprocamente questa comunione, la quale nell'anello, che Noi vi diamo, vuole avere il suo segno parlante e corroborante. Esso vi ricorda che voi appartenete, ormai, in forma qualificata e definitiva, a questa santa Chiesa Romana, che è posta al centro dell'unità e dell'universalità dell'intera Chiesa cattolica, e che dalla stessa sua posizione costituzionale trae impegno e forza a migliore esemplarità, a maggiore dedizione, a più generosa carità nel concerto e nella guida dei fratelli di fede del mondo intero. Questo stupendo e misterioso rapporto ecclesiale fra l'Urbe e l'Orbe, del quale voi divenite promotori e rappresentanti, merita continua e profonda meditazione, e dice di quale aspetto determinante e prevalente devono essere rivestite le vostre persone, che spiritualmente quasi con la Nostra si confondono, quello che l'Apostolo ad ogni cristiano prescrive : *Induimini Dominum Iesum Christum,*[1] il nostro rivestimento del Signore Gesù Cristo, ma che in noi tutti, sacerdoti romani, deve, quanto meglio ci consente l'emulazione dei migliori carismi,[2] interiormente imprimere, esteriormente esprimere l'immagine stessa di

[1] *Rom.* 13, 14.
[2] Cfr. *1 Cor.* 12, 31.

Cristo Signore. Voi sapete quanto a tale autentica e primigenia nostra vocazione questo periodo post-conciliare ci richiami, e quanto il mondo cattolico e profano esiga che ad essa noi tutti siamo con rinnovata coscienza coraggiosamente fedeli.

E poiché questa cerimonia apre subito la Nostra fiducia verso la vostra partecipazione alle Nostre apostoliche sollecitudini, faremo a voi una confidenza, o meglio daremo a voi la primizia d'un'interessante notizia, relativa ad un Nostro nuovo viaggio, suggerito questo da considerazioni di molto peso e di molta complessità, ch'è facile intuire, se non tutte esplorare, quando vi diciamo che abbiamo deliberato di recarci a Istanbul, l'antica Costantinopoli, e a Efeso, per onorare, in quest'alba dell'Anno della Fede, fra le varie città illustri di storia di quelle regioni orientali, le memorie degli importanti Concili Ecumenici là celebrati, ed anche (a Efeso) il pio ricordo della Madonna Santissima ivi venerata. Avremmo anche voluto, nell'occasione, visitare Antiochia dove, come è detto negli Atti degli Apostoli, « i discepoli (di Gesù) incominciarono a prendere il nome di cristiani » ;[3] ma questo non Ci è possibile.

A Istanbul Ci proponiamo di incontrare le Autorità di quella Nazione e di porgere loro il Nostro omaggio.

Desideriamo, poi, di rendere visita a Sua Santità il Patriarca Atenagora, prevenendo così una sua visita, ch'egli più volte ha manifestato il proposito di farCi. Vogliamo in tal modo compiere Noi stessi atto di onore verso l'illustre e venerato Patriarca ecumenico, per ricambiare i gesti di cortesia, da lui più volte compiuti verso di Noi e verso la Chiesa Cattolica Romana, inviando suoi rappresentanti, sia come Osservatori al Concilio Ecumenico, sia come visitatori e suoi rappresentanti in varie circostanze, per portare personalmente l'annuncio dell'anno commemorativo del Martirio dei Santi Apostoli Pietro e Paolo, e con l'annuncio l'invito a celebrare spiritualmente a Noi uniti lo storico ispiratore ricordo, per rievocare la sempre commossa memoria dell'incontro, che all'inizio del 1964, Noi avemmo la fortuna di avere col medesimo Patriarca a Gerusalemme, per discutere con lui sul modo migliore di promuovere gli studi teologici e canonici allo scopo di appianare la via verso un ristabilimento d'una perfetta comunione fra la Chiesa cattolica e la Chiesa ortodossa, e per esaminare insieme in quale forma e con quali mezzi si possa, con solidale sentimento, tutelare, nelle presenti congiunture, l'incolumità, non solo, ma il carattere sacro e peculiare dei Luoghi Santi nella terra, che fu patria di Cristo, teatro del Vangelo, culla della Chiesa, mèta ideale d'ogni cuore cristiano.

[3] *Act.* 11, 26.

Ci proponiamo, inoltre, di incontrare anche gli altri Gerarchi delle varie Chiese colà residenti ed i Rappresentanti delle Religioni non cristiane.

Secondo lo stile, ormai Nostro, il viaggio sarà rapidissimo, ed è previsto per i giorni 25 luglio, festa di S. Giacomo, e 26, festa di S. Anna.

Questo vi diciamo affinché i vostri cuori e le vostre preghiere vogliano confortare le Nostre intenzioni e ottenere dal Signore le grazie atte a rendere feconda per la sua gloria, per il bene della Chiesa, per la pace del mondo questa Nostra impresa, cui gli interessi della religione ed i pensieri della carità sono i veri ed unici motivi.

Sia ora con voi, Signori Cardinali, la Nostra affettuosa Benedizione Apostolica.

NUNTIUS RADIOTELEVISIFICAS

Iuvenibus Gallicis, qui interfuerunt Coetui Lutetiae Parisiorum habito a Sodalitate v. d. « Jeunesse Ouvrière Chrétienne ».*

Jeunes du monde ouvrier,

C'est pour Notre cœur de père une véritable joie d'être au milieu de vous aujourd'hui, présent par la parole, par l'image, par la pensée, par l'affection, par la prière. Nous sommes heureux de vous savoir rassemblés dans l'amitié fraternelle et dans l'amour du Christ. A cette grande rencontre de *Paris 67*, vous apportez toutes les difficultés des jeunes travailleurs : inquiétude devant l'insécurité, le chômage parfois, les conditions de vie et de travail. Vous êtes aussi porteurs de toutes leurs aspirations à être écoutés, pris au sérieux, aimés et aidés afin de construire avec ardeur un monde plus humain pour tous les hommes, une société animée par l'esprit de l'Evangile.

C'est dire que vous partagez ensemble une immense espérance, celle de bâtir un monde nouveau, aù tous se donnent la main comme des frères. Vous le chantez : « ton frère a besoin de toi. Le monde manque d'amour. Dieu t'appelle par leurs voix dans ta vie de tous les jours w.[1] Oui, Dieu vous appelle : c'est lui qui a crée l'homme, tout homme, « à son image et ressemblance)) ;[2] c'est lui qui met dans son cœur l'aspiration à devenir

* Die 2 mensis iulii a. 1967.

[1] Chant du Congrès, refrain.

[2] *Gen.* 1, 27.

pleinement homme, en luttant contre ((les carences matérielles et morales », et « les structures oppressives », en sortant du péché, et en marchant vers ((l'unité dans la charité du Christ qui nous appelle tous à participer en fils à la vie du Dieu vivant, Père de tous les hommes ».[3] Car le Christ, qui a donné sa vie pour nous, vous confie cette bonne nouvelle que vous avez reçue pour l'annoncer à votre tour aux autres : le Seigneur nous aime et nous appelle à l'aimer comme des fils et à nous aimer comme des frères.

En effet, vous le savez, le Christ s'est entouré d'une équipe, il a confié des responsabilités à ses apôtres, et quelles responsabilités : porter son message de salut au monde entier. A vous, qui découvrez le Christ chaque jour davantage à travers la *Jeunesse Ouvrière Chrétienne,* à vous d'en porter le témoignage vivant, à vous, comme le demande le Concile, de « rendre le Christ » visible pour les autres)).[4]

« Paris 67 », c'est pour tous les jocistes une étape de foi, d'espérance, et d'amour, sur le chemin de la vie. « Paris 67 », c'est pour vous tous un appel à vivre plus intensément votre vie d'hommes et de fils de Dieu, et à partager avec tous les jeunes travailleurs la joie qui vous anime. Car votre immense assemblée, c'est le signe du peuple de Dieu en marche, c'est l'Eglise toujours jeune qui, par vous, appelle garçons et filles du monde ouvrier à se découvrir frères dans l'amour du Christ, et à vous dire : « Nous voulons aller avec vous, car nous avons appris que Dieu est avec vous ».[5]

Chers fils, soyez fiers de votre foi, joyeux dans l'espérance, débordants de charité, et allez de l'avant. Soyez le ferment dans la pâte, le monde vous attend. Voyez combien grande et exaltante est votre responsabilité de jeunes et de chrétiens pour le développement intégral et solidaire des peuples. Tant d'hommes vivent dans l'injustice, tant d'autres sont victimes de la guerre, et tous ont pourtant au cœur soif de justice, soif de paix. A l'image du Christ, soyez des témoins de la justice, des messagers de paix, des semeurs d'amour.

De tout cœur, chers jocistes, Nous vous bénissons.

[3] Litt. Eneye. *Populorum progressio,* n. 21.
[4] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 31.
[5] *Zach.* 8, 23.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

MONTISCLARENSIS

DECRETUM

Translationis Cathedrae Episcopalis

Constitutione Apostolica « Christifidelium Regimini)) a Summo Pontifice S. Pio X, die 10 decembris 1910 data, paroecialis ecclesia Deo in honorem B. M .V. Immaculatae et S. Ioseph dicata in urbe vulgo « Montes Claros » extans ad cathedralis ecclesiae dignitatem evecta fuit.

Cum vero, insequentibus annis novum templum honori B. M. V. vulgo ((Nossa Senhora Aparecida » dicatum, fréquentions populi commoditate aptius, materia solidius magisque decorum ibidem exstructum fuerit, Excmus P. D. Iosephus Alves de Sá Trindade, Episcopus Montisclarensis, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut in hoc templum episcopalis Cathedra transferretur.

Porro Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Sebastiani Baggio, Archiepiscopi tit. Ephesini et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi translationem decori Ecclesiae Montisclarensis atque Sacrae Liturgiae ibi peragendae felicius cessuram, porrectas preces excipiendas censuit.

Quapropter, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a paroeciali ecclesia B. M. V. Immaculatae et S. Ioseph ad memoratum templum «Nossa Senhora Aparecida » Episcopi Cathedram transfert, idque ad cathedralis ecclesiae Montisclarensis dignitatem et gradum evehit, collatis praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae cathedrales ecclesiae iure communi decorantur.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, eadem Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P. D. Sebastianum Baggio deputare dignata est, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 15 mensis Decembris anno 1965.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *a Secretis*

L. **se** s.

83 Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor*

II

BRUGENSIS - TORNACENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Cum civiles provinciae Flandriae Occidentalis et « Hainaut » novam finium descriptionem nuper consecutae sint, commodum visum est, suadente Secunda Vaticana Synodo, ut ad consentaneam recognitionem limitum inter dioeceses Brugensem et Tornacensem deveniretur.

Quapropter Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Silvii Oddi, Archiepiscopi titularis Mesembriani et in Belgica Ditione Nuntii Apostolici, ratus huiusmodi finium immutationem animorum utilitati profuturam, hoc Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Brugensi distrahit integrum territorium districtus civilis vulgo « Mouscron)) nuncupati, idque dioecesi Tornacensi perpetuo adnectit.

Hac allata immutatione, Ecclesiae quas supra memoravimus posthac terminabuntur finibus quibus provinciae Flandriae Occidentalis et ((Hainaut » lege civili ibidem in praesens circumscribuntur.

Mandat igitur Sanctitas Sua, ut omnia acta et documenta praefati

districtus clericos, fideles bonaque temporalia respicientia a Curia Brugensi ad Curiam Tornacensem quam primum transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet, statuit ut, simul ac Decretum hoc ad effectum adductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium vel officium legitime retineant; ceteri autem clerici Seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec autem exsequenda idem Summus Pontifex Excmum Silvium Oddi, de quo supra diximus, deputare dignatus est, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 8 mensis Aprilis anno 1967.

CAROLUS Card. CONFALONIBRI, *Pro-Praefectus*

L. © S..

Ernestus Civardi, *Secretarius*

III

IQUIQUENSIS-ANTOFAGASTENSIS

DECRETUM

De finium dioecesium mutatione

Maiori Christifidelium spirituali bono apprime studentes, Exc.mi PP. DD. Ioseph a Carmelo Valle Gallardo, Episcopus Iquiquensis, et Franciscus Borgiae Valenzuela Rios, Episcopus Antofagastensis, audita Conferentia Episcopali Chilensi, unanimi consensu, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut fines ecclesiastici circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur ac aptius disponerentur, ita quidem ut dioecesium fines cum civilibus limitibus deinde convenirent.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Egani Righi Lambertini, Archiepiscopi Docleensis, in Repu-

blica Chilensi Apostolici Nuntii, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto a dioecesi Iquiquensi distrahit integrum territorium regionis vulgo *Quillagua* nuncupatae, intra fines civilis provinciae cui nomen *Antofagasta* exstans, illudque dioecesi Antofagastensi perpetuo adnectit.

Mandat insuper Sacra Congregatio Consistorialis ut documenta et acta praefati territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a tabulario Curiae Iquiquensis ad archivum Curiae Antofagastensis, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet statuit ut, simul ac praesens Consistoriale Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detineant; ceteri autem sacerdotes, clerici, Seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Exc.mum P. D. Eganum Righi Lambertini deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 5 mensis Iunii anno 1967.

CAROLUS Card. CONPALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. © S.

Ernestus Civardi, *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA SEU KAUNENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Georgii Matulaitis seu Matulewicz, Archiepiscopi titularis Adulitani, reformatoris Congregationis Clericorum Regularium Marianorum, fundatoris Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis.

SUPER DUBIO

An signanda, sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Christianae religionis summopere interest prae oculis omnium ponere atque extollere viros quorum vita in singulari et admirabili Dei servitio fuit impensa, ut ad eorum virtutum admirationem et imitationem fidelium animi alliciantur.

Hos inter recensendus procul dubio est Dei Famulus Georgius Matulaitis seu Matulewicz (in lingua lituana Matulevicius), qui, die 13 aprilis (iuxta calendarium Gregorianum 25 aprilis) anno 1871 in pago v. d. Luginé, intra dioeceseos fines tunc Seinensis in Lituania, e parentibus Andrea Matulaitis et Ursula Matulyte, humilis quidem conditionis socialis, honestate tamen et pietate conspicuis, novissimus inter octo liberos, natus est.

Tertium agens aetatis annum patre, post vero decimum et matre amissis, vitam duxit sub potestate fratris natu maioris, agrorum cultui addicti. A primaeva iam aetate fervida enituit pietate, et erga Deiparam Virginem filiali ferebatur amore. Ut scholas oppidi v. d. Marijampolé adiret, quinque chilometrorum viam pèdester pertingebat : interea agrestes labores peragere non desinebat. Vicesimo aetatis anno, avúnculo Ioanne Matulis opitulante, seminarium dioecesanum Kielcensem adivit, quo postea a Russiae gubernio clauso, ad illud Varsaviae in Polonia pertransiit, ubi acri ingenio et studiorum profectu prae aliis claruit. Anno 1895 ad Academiam Theologicam Petropolitanam missus, sacrae theologiae magister summa cum laude renuntiatus fuit. Anno 1898, die 31 decembris, magno cum animi solatio et gaudio, sacerdotio auctus fuit.

Kielcum reversus, sacri ministerii partes suscepit, at, valetudinis causa, Germaniam primum, Friburgum in Helvetia postea repetiit. Studiis numquam intermissis, sacrae theologiae lauream est consecutus, sacro ministerio continuo addictus. In Kielcensem dioecesim iterum reversus, coadiutor parochialis exstitit et iuris canonici in seminario magister. Brevi autem post, ingravescente morbo, in nosocomium pauperum Varsaviense receptus, cappellani munere apud Sorores functus est. Valetudine vero recuperata, ad opifices christiane consociandos assiduam operam dedit et universitariae iuventutis ordinationi strenue adlaboravit. Cum ingenii et doctrinae laude polieret, anno 1907 sociologiae et theologiae dogmaticae tradendae munus ei commissum fuit in Academia Petropolitana, ubi tantam moderatorum aestimationem et tironum affectum sibi comparavit ut alter rector eiusdem Academiae electus sit.

Anno 1909 Congregationem Clericorum Regularium Marianorum, quae ob temporum calamitates, ad unum tantum reducta erat sodalem, eumque generalem Moderatorem, ingressus, eam instaurare et reformare sategit. Venia igitur ab Ordinario et ab Apostolica Sede rite suscepta, vota nuncupavit, novasque Constitutiones conscripsit, quas sanctus Pius decimus anno 1910 probavit. Anno 1911 Moderatore generali vita functo, Georgius a duobus professis ad id munus electus est, quod tanta prudentia, diligentia et alacritate obivit, ut, cum ad caelos evolavit, 319 sodalibus Congregatio constaret.

Academicis officiis dimissis, Friburgum se contulit anno 1911, ubi novitiatus domum aperuit et plures sacerdotes ad religiosam vitam vocatos excepit. Anno 1913 in Americam Septemtrionalem profectus ad sacerdotes lituanos invisendos, Chicagiae alteram novitiatus domum aperuit.

Anno 1914 bello saeviente, in Poloniam redire coactus est, ubi plurimis incubuit caritatis operibus; novum aperuit novitiatum ac domum ad orphanos excipiendos educandosque. Bello autem ad finem vertente, anno 1918 Lituaniam repetiit, et in civitate Marijampolé domum religiosam ac novitiatum instauravit, plurimos excipiens tirones. Eodem anno Congregationem Sororum Pauperum excitavit, quae post Servi Dei obitum nomen mutavit in Sorores ab Immaculata Conceptione B. M. V.

Die 23 octobris eiusdem anni Benedictus Papa XV Dei Famulum, frustra quidem obnitentem, ad episcopalem sedem Vilnensem evexit, quod novum susceptum onus summa prudentia et caritate complevit,

de animarum salute unice sollicitus. In satis ampla dioecesi catholicam vitam fovit, concordiam valde vexatam et agitatam composuit et restauravi^ odium inter varias nationis gentes compescere summa alacritate studuit.

Anno 1925 Vilnensi episcopali sede demissa, Archiepiscopus titularis Adulitanus renuntiatus fuit, et Congregationi suae Romae stabiliendae operam navavit. Verumtamen in Urbe fundationis vix adumbratis lineamentis, Summus Pontifex, Pius XI, eodem anno, die 7 decembris, Dei Famulum Apostolicum in Lituania Visitatorem deputavit, ad sedandas controversias quasdam ibi enatas et ad dignam dioecesium ordinationem providendam, quod feliciter diligenterque perficere valuit.

Kaunae tandem, post chirurgicum interventum, die 27 ianuarii anno 1927 in festo S. Ioannis Chrysostomi, quem peculiari prosecutus est religione, Ecclesiae sacramentis piissime susceptis, quinquagesimo sexto aetatis anno meritis et virtutibus praeclarus, actuosam sanctamque vitam sancta morte coronavit. Exequiis solemniter persolutis, corpus in ecclesia cathedrali Kaunensi humatum ; anno 1934 ad ecclesiam paroecialem Marijampolensem translatum fuit ibique adhuc asservatur.

Vitae sanctitatis fama in dies percrebrescente, annis 26 ab eius obitu vix elapsis, iuridicae adornatae sunt inquisitiones in tribunali Vicariatus Urbis, Rogatoriales vero in Curiis ecclesiasticis Bruklyniensi, Luganensi, Mechliniensi, Buffalensi et Scrantonensi, ad S. Rituum Congregationem postea transmissae.

Servatis interea omnibus de iure servandis, die 26 iunii 1959 decretum prodiit super scriptis, ut ad ulteriora inoffenso pede procederetur. Interim ad Apostolicam Sedem perplurimae pervenerunt postulatoriae litterae quorundam Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Moderatorum Ordinum et Congregationum religiosarum nec non sacerdotum et christifidelium Lituaniae, Servi Dei Causae beatificationis introductionem deposcentium.

Tandem instante Revmo P. Casimiro Reklaitis, Congregationis Clericorum Regularium Marianorum Postulatore generali, Erhus ac Revmus Dominus Eugenius Cardinalis Tisserant, Episcopus titulo Ecclesiarum suburbicariarum Ostien. Portuen. et S. Rufinae, Causae Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrae Rituum Congregationis particulari Coetu, die 15 novembris 1966 coadunato, dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae Servi Dei, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, votis quoque inspectis

Praelatorum Officialium, re diligenti studio perpensa, rescribendum censuerunt : *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de praefatis Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua propria manu *Commissionem introductionis Causae Servi Dei Georgii Matulaitis seu Matulewicz, reformatoris Congregationis Clericorum Regularium Marianorum, fundatoris Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione B. M. V., Archiepiscopi titularis Adulitani, signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 9 februarii 1967.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

II

TOLOSANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Antonii Mariae a Vauro, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Undevicesimo saeculo, cum inimici Crucis Christi in Gallia et in aliis Europae regionibus Ecclesiam sanctam impetere omni ope conarentur, divinus eius Fundator invictos defensores excitavit qui verbi Dei nuntiatione, operibus apostolatus et sanctissimis vitae exemplis eam illustrare et amplificare omnimode studuerunt.

Hos inter strenuos Ecclesiae assertores numerandus est Dei Famulus Antonius Maria a Vauro, sacrae eloquentiae vi, apostolicis virtutibus ac sanctitatis fama in universa Gallia celebratus.

Vauri, in archidioecesi Albiensi, die 23 Decembris anno 1825 e piissimis parentibus Ioanne Clergue et Rosa Amilhau natus, Franciscus Leo in baptismate vocatus est. In gymnasio minori Tolosano primaria studia perfecit, ibique adulescens vivaci indole, ingenio ditissimo et in Deum ardenti pietate praeditus, erga magistros mitis, comis cum sodalibus, sedulus in addiscendis humanioribus litteris apparuit. In eoque gymnasio

postea, adhuc simplex levita, apostolatus signa praebuit praesertim erga gerulos, mercatores aliosque operarios, quos, ut Christo lucrifaceret, ad spiritualia exercitia saepe vocabat.

Sacerdotio initiatus die 21 Septembris anno 1850, Vicarius in loco S. Gaudentii renuntiatus est; ibique perennia fervoris et caritatis monumenta reliquit. Ad sublimiorem vitam vocatus, inter Fratres Minores Capucemos die 13 Iunii 1855 admissus est, in coenobio Massiliensi, Antonii Mariae nomine recepto. Anno sequenti professionem solemnem emisit. Tolosam reversus, anno 1857 coenobium aedificavit in quo ad mortem usque per mansurus erat.

Praedicationis atque eloquentiae ardore, caritate in pauperes, aliisque virtutibus universalem prorsus aestimationem sibi conciliavit, praesertim ob sacras missiones populares quas, magno cum christifidelium emolumento, crebro praedicabat. Et ita per annos fere quinquaginta eximius inter viros apostolicos in vinea Domini operarius vitam strenue impendit.

Deiparae Virginis, ad quam, iam ab infantia, singulari ferebatur amore, cultum ubique augere sategit, eiusque sacras aedes a fidelibus pro viribus frequentari curavit. Ad specum Massabielle, ubi Immaculata Virgo Sanctae Mariae Bernardae Soubirous se conspiciendam obtulit, christifideles cum eorum sacerdotibus et episcopis solemnium supplicationum more adduxit; et fere omnes peculiares caeremoniae et sacrae functiones quae in sanctuario Lapurdensi adhuc peraguntur, ipsum auctorem vel saltem fervidum promotorem habuere. Anno 1874 illam vespertinam processionem cum facibus accensis inauguravit, quae brevi tempore celeberrima evasit et ad haec usque tempora perseverat : benedictioni vero languentium cum SS. Sacramento, invocationes et acclamationes Evangelii cum magna fide ingeminantium, ipse dedit initium. In latere montis oppido et sanctuario imminenti, duos specus ornavit et in sacella convertit, quorum alterum S. Mariae Magdalenae, alterum Virgini Perdolenti solemniter dicavit. Annis amplius triginta peregrinationi nationali Galliae, quae quotannis fieri solet, interfuit atque verbo Dei nuntiando, peccatoribus convertendis, aliis sacris ministeriis diu noctuque fere sine intermissione indefessus incubuit. Erga pauperes summa exarsit caritate, atque materna semper efferbuit in miseros et afflictos miseratione, quos opere et consilio iuvare numquam destitit. Evangelicae paupertatis amator, tunicam semper obsoletam gerebat, et cum pallium immutari necesse esset, hoc sibi deligebat quo alter iam ex fratribus indutus fuerat.

Tandem senio confectus, aegrotantem quemdam amicum sacerdotem, summo licet saeviente frigore, invisere voluit; at pneumonia correptus est. Ecclesiae Sacramentis itaque pie susceptis, invocatoque frequenter Lapurdensis Virginis nomine, Tolosae obdormivit in Domino die 8 Februarii anno 1907.

Sanctitatis fama qua Antonius Maria dum viveret adhuc fruebatur, ita ut ab omnibus «Sanctus Tolosanus» appellaretur, post mortem mirabiliter crevit atque diffusa est. De ea in archiepiscopali Curia Tolosana anno 1928 Processus ordinaria auctoritate instructi sunt ac Romam anno 1932 ad S. Rituum Congregationem transmissi.

Ad Apostolicam Sedem interim quamplures pervenerunt postulatoriae litterae Antonii Mariae Causae beatificationis introductionem deposcentes. Servatis tandem omnibus de iure servandis, die 28 Maii anno 1941 decretum prodiit super scriptis ut ad ulteriora inoffenso pede procederetur.

Tandem instante Revmo P. Bernardino a Senis, Ordinis Fratrum Minorum Capuceinorum sollertissimo Postulatore generali, in Congregatione ordinaria particulari Sacrorum Rituum, die 24 Ianuarii anni huius habita, Emus ac Revmus Dominus Henricus Cardinalis Dante, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Causae Servi Dei, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, votis quoque inspectis Praelatorum Officialium, re diligenti studio perpensa, rescribere censuerunt : *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de praefatis Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua propria manu *Commissionem introductionis Causae Servi Dei Antonii Mariae a Vauro, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuceinorum, signare benigne dignata est.*

Datum Romae, die 9 Februarii 1967.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. $ S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

III

CATANENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano, Sororis Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Totus exterius laborabat et totus interius Deo vacabat : in altero pascens conscientiam, in altero devotionem. Laboris ergo tempore, intus orabat seu meditabatur absque intermissione exterioris laboris, et exterius laborabat absque iactura interioris suavitatis (Gaufridi Vita S. Bernardi, I, c. 3, n. 26).

Ad quidem auream regulam *vitae mixtae,* quam Sanctus Paulus Apostolus *excellentiorem viam* (1 Cor. 12, 31) appellat, totam Serva Dei Magdalena Catharina Morano vitam ita conformavit, ut ipsa actuose *illuminare quam lucere solum* et *contemplata aliis tradere quam solum contemplari* (S. Th. 2.2 q. 188, a. 6) merito valuerit.

In pago *Cherio,* prope archiepiscopalem Taurinensem civitatem, die 16 mensis novembris anno 1847, e Francisco Morano et Catharina Pangella parentibus, tam honestis et piis quam humilibus et pauperibus, nata est; postridie, Magdalenae Catharinae ei nominibus impositis, sacris baptismi undis est renata ; sexta fuit ex octo liberis, quorum tamen tres iam antea mortui fuerant et alii duo immature non post multum tempus obierunt.

Anno 1849, in oppidum v. d. *Buttigliera d'Asti,* eius familia, domestica egestate pulsa, post bellum inter Pedemontium et Austriam, migravit; ibi postea scholam frequentare coepit, quae hodie *materna* nuncupatur, cuique pia mulier iuxta illius temporis morem praeerat, et ubi adhuc puellula prima christianae vitae praecepta et catecheseos rudimenta didicit.

Anno 1855, patre orbata est ; pauloque post morte erepta est et eius primogenita soror, Francisca, in suae aetatis flore sedecim annorum; quapropter maximus fuit luctus summaque familiae egestas; itaque Magdalena, cum esset vix annorum octo, repentino filia nata maior facta

est : et, suam amplexa illacrimantem matrem, tamquam fortis mulier, perdulcibus verbis eam conabatur, in tam adversis rebus, consolari.

Quamvis prompto ingenio praedita sibique ad litteras fere innata esset propensio, tamen, domestica inopia cogente, studia dimittere debuit, et viduae matri oboediens, eam in texturae opere adiuvare; sed, cum tantam litteris studendi cupiditatem explere non posset, ita aegrotare coepit, ut sacerdos Pangella, matris sobrinus, quoddam praebuerit subsidium, quo initia saltem litterarum perficere potuit.

Domestica egestate permanente, proposito magistralia studia persequendi coacta est desistere; attamen, huiusmodi iacturae memoria serius eam adegit ad complectendos cura singulari tot pueros et puellas, multis quidem rebus indigentes, sed eruditione praesertim indigentiores et caritate.

Primo fuit Magdalena decennis sacra Synaxi refecta, anno autem 1860 sacro Chrismate unita : ad utrumque peculiare eventum magna cura se paravit, mente et corde, una cum voluntariis castigationibus, vigiliis et ieiuniis, quin etiam cum consilio sese Deo omnino devovendi et martyrii palmae desiderandae.

Anno 1862, matre consentiente, ludi magistrae munus accepit, quod per circiter quindecim annos, magna peritia obiit, maiore diligentia gessit, et maxima cum caritate perfecit : quare publicae auctoritatis laudem omniumque admirationem merito sibi comparavit. Interim auxilio matri suae erat, et, vacuum tempus studiis tribuendo, magistrae inferioris et superioris gradus diploma omnibus punctis est consecuta.

In schola et in paroeciali ecclesia, in actionibus religionis et socie tatis, verbo et opere, ubicumque et omnibus, semper praeclaro exemplo fuit : regula enim, quam sibi imposuit, et ordine fideliter servatis, consiliis insuper et responsis prudentium sui spiritus moderatorum obsequenter acceptis, in saeculo vixit, usque ad trigesimum suae aetatis annum, sicut actuosissima religiosa.

Tandem, post eius vitae praedictas vicissitudines, superiori sese Deo vovendi proposito, divina opitulante gratia, satisfacere potuit. Incerta prius, utrum vitam contemplativam an activam eligeret, supremo lumine ducta, suoque spiritus moderatori obsecuta, scite viam mediam iniit, et Instituto Filiarum Mariae Auxiliatricis, die 15 augusti 1878, nomen dare constituit : ad Deum per contemplationem amandum proximumque per actuosam vitam diligendum.

Duce sancta Maria Dominica Mazzarella, praedicti novi Instituti Confundatrice, die 8 decembris 1878, religiosum habitum induit; die

autem 4 septembris subsequentis anni, primam professionem emisit; dieque 2 septembris 1880, votis perpetuis se obstrinxit, qua oblata occasione, Salesianae Familiae etiam Fundatorem cognovit.

Paulo post mortem sanctae Confundatricis, a qua Soror Morano propriam Salesianae Familiae peculiarem indolem haurire atque in se transfundere festinanter valuit, Superiorum iussu, in Insulam Siciliam, mense septembri 1881, se contulit. Ibi, sine ulla fere intermissione, per quinque et viginti annos mansit, variis sibi concreditis, decursu temporis, Directricis et Inspectricis officiis fungebatur, cum prudentia et sedulitate, fortiter et suaviter, sicut *lucerna ardens et lucens* (Io. 5, 35).

Zelo domus Domini compulsa, Siculam regionem longe lateque sine intermissione peragravit, Salesianum vexillum proponens in viginti religiosis domibus, quas Oratoriis et Scholis, Collegiis et Officinis, affatim instruxit et ornavit : quare Salesianae Siculae Provinciae Soror Morano vera dici potest Fundatrix. Ubique per Insulam, sive pro pueris sive pro adultis catecheseos scholas instituit; quas, arcessitu Catanensis Archiepiscopi, sub vicesimi saeculi initium, apud quattuordecim Catanenses paroecias instituit et usque ad pervigilium suae mortis sedulo curavit.

Inter tot opera et labores, quae Soror Morano, semper Deo confisa et materno auxilio Beatissimae Virginis Mariae, assidue et impigre, aequo animo ac serena fronte, obibat, omnibus, qui eam rogabant, ut infirmae valetudini consuleret, haec verba recantare solebat : *Quiescemus in caelo, quiescemus in caelo!*

Die 26 martii anno 1908, laboribus fracta sed meritis et virtutibus plena, Serva Dei, unum et sexaginta annos nata at iam caelo matura, suam piissimam et auctuosissimam vitam conclusit in Domino.

De fama sanctitatis Servae Dei, qua etiam vivens fruebatur, quaeque post eius obitum late diffusa est, ordinariae inquisitiones, inter annos 1935 et 1942, factae sunt Processibus Catanensi informativo atque rogatorialibus Taurinensi et Caracensi, qui, post ordinarium suppletivum Catanensem, inter annos 1947 et 1952 ador natum, omnes de iure Romam missi sunt.

Multae interim ad Apostolicam Sedem pervenerunt postulatoriae litterae quorundam Patrum Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, atque Ordinum Moderatorum et Superiorum Congregationum et Institutorum, necnon laicorum virorum in dignitate et

auctoritate constitutorum, Beatificationis Servae Dei introductionem Causae deposcentes.

Deinde, S. Rituum Congregatio, scriptis eidem Servae Dei tributis ad normam iuris rite perpensis, die 29 maii 1958, decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset.

Instante itaque Revmo D.no Carolo Orlando, Societatis Salesianae et Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis Postulatore generali, Emus ac Revmus Dominus Benedictus Cardinalis Aloisi Masella, Ponens seu Relator Causae, in Ordinario particulari S. Rituum Congregationis Coetu, die 15 novembris anno 1966, dubium proposuit disceptandum : *An signanda sit Commissio introduotioins Causae Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositis, post relationem ipsius Emi Ponentis, inspectis Praelatorum Officialium suffragiis, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt : *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de his omnibus Summo Pontifici Paulo Papae VI per infrascriptum Cardinalem, S. Rituum Congregationis Praefectum, fideli relatione, Sanctitas Sua *Commissionem introductionis Causae Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano, Sororis Instituti FiliCùrum Mariae Auxiliatricis, signare propria manu benigne dignata est.*

Datum Romae, die 9 Februarii 1967.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

QUEBECENSIS

Nullitatis matrimonii (Paterson - Simon)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Pii Simon, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 16 octobris 1967, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Pii Simon, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ernestus Fiore, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 7 iulii a. 1967.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Pie Simon, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 octobre 1967, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Pie Simon, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

TRENTONENSIS

Nullitatis matrimonii et dispensationis (Campean - Gerber)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Jutta Gerber, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 4 decembris 1967, hora meridiana, pro concordatione vel subsignatione sequentium du biorum :

1. *An constet de matrimonii nullitate, in casu;* et quatenus negative:
2. *An consilium praestandum ut Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu.*

anche qui, imperituro. A tali titoli, che raccomandano questo tempio alla Nostra attenzione, aggiungasi il fatto che la devozione al grande Santo portoghese, divenuto italica gloria per il suo glorioso sepolcro nella omonima basilica di Padova, vi è molto sentita, ed essa oltrepassa perfino la cerchia pur ampia della comunità cattolica. E, nel nome di Sant'Antonio, la grande, la genuina, la vigilante carità che non ha confini, qui ha saputo accomunare e affratellare le anime, di ogni provenienza e convinzione. Onore a voi, figli di S. Francesco, onore a voi, sacerdoti e religiosi delle altre parrocchie ed istituzioni cattoliche, che curate gli interessi spirituali in questa nobile terra, col decoro dei sacri riti, col fervore genuino che cementa inscindibilmente i cuori, col fascino di sincere e vissute virtù umane e cristiane ! Il Signore vi premi, vi assista, e benedica i vostri sforzi.

Ma il Nostro saluto vuole abbracciare altresì tutto il Popolo di Dio, che qui oggi si raccoglie, rappresentanza eletta dei cattolici di questa città e dell'intera Turchia : le Suore operose e silenziose, a cui tanto si deve per il loro prezioso apostolato, per l'assistenza umile e nascosta che prestano a tante necessità, per la testimonianza che danno con la loro semplice presenza nel mondo ; e voi tutti, ottimi genitori, giovani generosi e pieni di speranza, fanciulli diletti. Tutti, tutti vi salutiamo, tutti abbracciamo, e proprio non vorremmo dimenticare nessuno, pregandovi di dire ai vostri cari, tornandovene a casa — specialmente a quelli che sono provati dalla sofferenza — che il Papa li ama, e si aspetta tanto dalla loro fede.

Sì, diletti Figli e Figlie, è questo il Nostro ricordo, anzi la Nostra parola d'ordine, che vi affidiamo a memoria dell'odierno incontro di anime : Ci aspettiamo tanto dalla vostra fede. Il Nostro viaggio, come abbiamo detto fin dal primo suo annunzio, si compie all'alba dell'Anno della Fede, nella venerazione di luoghi che ben a ragione devono dirsi privilegiati, per i monumenti di fede che racchiudono, e per il significato che rivestono per noi, eredi lontani e, vogliamo sperare, non immeritevoli. Il ricordo dell'Anno della Fede sarà per sempre legato nel cuore — per Noi e per voi — a questo Nostro viaggio di unità e di amore. Ebbene, sappiate sempre mantenere alta la fiamma della fede ! Il Concilio Ecumenico, nel ricordare ai laici la loro partecipazione al triplice ufficio, sacerdotale, profetico e regale di Gesù Cristo, li ha istantemente esortati a vivere di fede, esercitando il sacerdozio comune dei fedeli « col ricevere i sacramenti, con la preghiera e il ringraziamento, con la testimonianza di una vita santa, con l'abnegazione e l'ope-

rosa carità »[1] e diffondendo « dovunque la viva testimonianza di Lui, soprattutto per mezzo di una vita di fede e di carità ».[2]

Noi siamo certi che voi risponderete a questo appello, rendendo a Gesù quell'amore concreto, che diventa « lode di gloria »[3] per il Signore, gioia intima per se stessi, luce d'esempio per gli altri. Mantenetevi fedeli con piena adesione dell'intelligenza e dell'affetto, della mente e del cuore; e la grazia del Signore sarà sempre con voi, a confortarvi, a guidarvi, a illuminarvi, a farvi sentire — ve lo diciamo con le parole di San Paolo — non già « stranieri e pellegrini, ma concittadini dei Santi e membri della Casa di Dio, sopraedificati sul fondamento degli Apostoli e dei Profeti, con lo stesso Cristo Gesù quale pietra angolare, in cui tutta la costruzione, ben compaginata, cresce come tempio santo del Signore ».[4]

È il Nostro augurio, diletti Figli e Figlie, la Nostra preghiera, la Nostra Benedizione.

Excellentissimis Viris Turcarum Reipublicae Praesidi, Supremi Consilii publicae rei administrandae Praesidi aliisque publicae rei Moderatoribus, qui Beatissimum Patrem in aëronavium portu salutarunt, antequam Smyrnam petens Costantinopoli discederet. *

Nous ne voulons pas quitter Istanbul sans prendre congé des personnalités distinguées qui Nous y ont accueilli, et en premier lieu de Leurs Excellences le Chef de l'Etat et le Chef du Gouvernement, qui ont eu l'amabilité d'être présents à Notre arrivée.

Nous voudrions laisser s'exprimer, si brièvement que ce soit, les sentiments de joie, d'admiration, de reconnaissance, qui remplissent Notre cœur au terme de cette inoubliable visite.

Inoubliable vraiment : tant par les attentions délicates des Autorités turques, que par les rencontres si riches de signification et d'intérêt que la Providence Nous a ménagées au cours de Notre bref séjour dans cette cité.

Inoubliable aussi par la vision, que Nous emportons dans les yeux, de l'étonnant panorama de la Corne d'Or, et de vos splendides trésors

[1] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 10.
[2] Ibid. n. 11.
[3] Cfr. *Eph.* 1, 6-14.
[4] Cfr. *Eph.* 2, 19-21.
* Die 26 mensis iulii a. 1967.

d'art et de culture. Qui pourra, jamais oublier, après les avoir vues, les mosaïques de Sainte Sophie et du Saint Sauveur?

Oui, vraiment, qu'il s'agisse de ses beautés naturelles ou de celles que le génie humain y a accumulées, cette ville est unique au monde, et Nous ne saurions assez dire Notre joie d'avoir pu la contempler de Nos yeux.

Si Nous devions exprimer un regret, ce serait celui de n'avoir pu Nous attarder, autant que Nous l'aurions aimé, à regarder dans le détail toutes ces merveilles.

Notre itinéraire Nous fera maintenant connaître une autre région du territoire de votre belle patrie et visiter brièvement des villes chargées, elle aussi, d'un prestigieux patrimoine d'histoire et de culture : Smyrne et Ephèse. Nous emporterons ainsi de la Turquie un bouquet de souvenirs qui resteront à jamais gravés dans Notre mémoire.

A tous ceux qui ont contribué à l'enchantement de ce séjour, toute Notre gratitude! Aux Autorités de ce Pays accueillant et hospitalier, un salut plein de déférente et reconnaissante cordialité! A tous le souhait que Nous formons du fond du cœur : que Dieu vous protège, vous assiste et vous garde !

Ad urbis Smyrnae Praefectum, Civitatis Rectores plurimosque cives, qui laeti receperunt advenientem Summum Pontificem indeque progredientem, autoraeda vectum, ad antiquam urbem Ephesum, ut sacra loci illius monumenta inviseret. *

Nous saluons avec joie les Autorités et la population d'Izmir, qui veulent bien Nous accueillir.

Les yeux encore remplis des beautés naturelles et artistiques que Nous avons contemplées à Istanbul, Nous Nous dirigeons maintenant vers d'autres lieux également riches d'histoire et de culture, et auxquels sont attachés des souvenirs particulièrement précieux au point de vue religieux : Izmir, l'ancienne Smyrne, la ville episcopale de Saint Polycarpe, a un glorieux passé chrétien ; Ephèse, où séjourna le grand Saint Paul, et où se tint le troisième Concile œcuménique, d'une si grande importance pour l'Eglise, contient des sites et des sanctuaires vénérés par une longue tradition.

* Die 26 mensis iulii a. 1967 (Civitatis Moderatoribus scripto tradita, ob temporis spatii defectum).

A la suite de Notre Prédécesseur le Pape Jean XXIII, qui vint ici en 1931, pour le quinzième centenaire du Concile d'Ephèse, Nous vénérons à Notre tour avec grande joie ces lieux bénis, et Nous savons gré à tous ceux qui faciliteront ou accompagneront Notre pèlerinage. Sur les Autorités et la population d'Izmir, Nous appelons de tout cœur l'abondance des divines faveurs.

Ad Smyrnaeos catholicos Christifideles, in ecclesia cathedrali S. Ioannis. *

C'est une joie pour Nous de vous trouver réunis, pour Nous accueillir, dans votre belle cathédrale, et de pouvoir évoquer avec vous les grands souvenirs chrétiens qui se sont inscrits dans cette région d'Asie Mineure, et que la Providence Nous permet de venir vénérer aujourd'hui.

Comment ne pas se sentir ému en pensant que le grand Apôtre Saint Paul a parcouru toutes ces régions, prêchant l'Evangile et fondant les premières communautés chrétiennes, au milieu des péripéties, parfois si dramatiques, racontées dans les Actes des Apôtres? Il suffit de lire les merveilleuses Epîtres qu'il adressa ensuite aux Galates, aux Ephésiens et aux Colossiens, pour comprendre combien il aima ces fils de son cœur et de son apostolat, et quelle part ils avaient dans cette ((sollicitude de toutes les Eglises)),[1] qui ne lui laissait pas de repos. Vous êtes, chers Fils, les continuateurs de ces chrétiens de la primitive Eglise évangélisés par Saint Paul. C'est pour vous un premier titre d'honneur.

Il y a un autre. C'est dans cette contrée, à Nicée, à Constantinople, à Ephèse, à Chalcédoine, que l'Eglise a tenu ses premiers grands Conciles et défini avec autorité les formulations de la foi qui sont parvenues inchangées jusqu'à nous.

L'Orient et l'Occident étaient unis alors dans la profession de cette foi bénie. Et l'un des motifs de Notre voyage, vous le savez, a été le désir de hâter l'heure où se retrouvera, pour le bonheur de tous, cette union parfaite dans la profession du même *Credo.*

L'honneur que vous avez d'habiter ce Pays vous impose, plus qu'à d'autres, le devoir de professer avec joie et fierté cette foi, définie sur votre terre. Il vous impose aussi le devoir de prier et de travailler, selon

* Die 26 mensis iulii a. 1967. -

[1] *2 Cor. 11,* 28.

vos moyens, à la recomposition de l'unité des chrétiens. Nous vous y exhortons de tout Notre cœur.

Bien d'autres chers souvenirs Nous remontent à l'esprit en vous voyant: le courage serein du grand martyr Saint Polycarpe, qui fut évêque de cette Cité; la joie des Ephésiens, vos voisins, acclamant la maternité divine de Marie au Concile tenu dans leur ville en 431. Comment ne pas évoquer aussi les sept Eglises auxquelles s'adressait Saint Jean dans l'Apocalypse, et qui toutes sont situées dans cette région?

Vous êtes, chers Fils, détenteurs de richesses spirituelles auxquelles il Nous est doux de venir participer. Sachez y puiser la force d'être toujours des chrétiens exemplaires, dignes d'un si glorieux passé, dignes de l'Eglise et de son Chef, le Christ, dont l'humble Vicaire vous salue avec affection, vous encourage et vous bénit.

Beloved sons and daughters of Smyrna !

We bring you paternal greetings, and We felicitate you on the generosity and enthusiasm with which you have collaborated in the restoration and maintenance of this beautiful Cathedral Church. May it be for you and your families a source of rich divine grâces, in pledge of which We lovingly bestow upon you all Our Apostolic Blessing.

Smyrnae in aeroporto habita, antequam Beatissimus Pater velivolum conscenderet, in Italiam rediturus. *

Au moment de quitter le sol hospitalier de ce Pays, Nous saluons avec la plus vive cordialité le noble peuple turc et ses distingués Représentants, qui ont bien voulu Nous accueillir avec tant d'égard et de courtoisie, et Nous entourer d'aimables attentions au cours de Notre séjour.

Nous adressons l'expression de Notre reconnaissance à tous ceux qui ont contribué à l'agrément et à l'utilité de ce voyage. Notre pensée se tourne avec émotion vers toutes les personnalités, civiles ou ecclésiastiques, que Nous avons eu l'honneur et la joie de rencontrer. Elle va vers tous Nos chers Fils catholiques de Turquie vers vous, en particulier, habitants d'Izmir, qui êtes venus Nous saluer au moment du départ. Elle s'élève enfin et surtout, pleine de gratitude, vers Dieu, le Père

* Die 26 mensis iulii a. 1967.

Tout-Puissant et miséricordieux, qui a guidé Nos pas sur cette terre privilégiée, où s'inscrivirent jadis les pacifiques conquêtes de son Apôtre et les premières affirmations conciliaires de son Eglise.

Tandis que Notre foi se nourrissait de ces grands souvenirs, Nos yeux contemplaient l'étonnant ensemble de beautés naturelles et de merveilles artistiques dont ce Pays est justement fier. C'est tout cela que Nous emportons dans Notre cœur, avec le désir accru de travailler, dans l'esprit de Notre entrevue avec le Patriarche Athénagoras, à la grande cause de l'union des Chrétiens, et au rapprochement entre les hommes et entre les nations.

Dieu veuille bénir ces intentions, bénir ceux qui les partagent et Nous aideront à les réaliser, bénir le grand et beau Pays dont Nous avons été l'hôte, son Président, Monsieur Cevdet Sunay, et ses Gouvernants. Qu'il daigne récompenser tous ceux qui Nous ont montré de la bienveillance, et répandre sur eux et sur tous les habitants de la Turquie l'abondance de ses bénédictions.

NUNTII

A Beatissimo Patre Epheso missi, e sacra aede iniuria temporum collapsa, in qua tertia Oecumenica Synodus coacta est. *

I

A Nos Vénérables Frères les Patriarches, Primats, Archevêques, Evoques et autres Ordinaires en paix et communion avec le Siège Apostolique.

Du lieu sanctifié par la prédication de l'Apôtre des Nations [1] et par le témoignage des Pères du Concile d'Ephèse, Nous vous saluons, Frères vénérables, avec des paroles de charité, de paix, de consolation.

Le Tout-puissant, dans sa miséricorde, Nous a permis, au début de l'Année de la Foi, de rendre visite aux lieux où se sont rassemblés les Pères et Docteurs de l'Eglise pour rendre témoignage aux vérités fondamentales de la révélation faite par Dieu en son Fils Jésus-Christ.

A Nicée, à Constantinople, à Ephèse, à Chalcédoine, ils ont servi et proclamé la Parole de Dieu qui leur était confiée, fidèles à leur ministère

* Die 26 mensis iulii a. 1967.

[1] Cf. *Act.* 19.

de successeurs des Apôtres, luttant pour maintenir l'unité dans la vérité et dans la charité selon les paroles de l'épître de Saint Paul aux chrétiens d'Ephèse : « Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis)).[2]

Le Seigneur, comme il a été avec eux, sera toujours avec son Eglise. Il est aussi avec nous, qui à l'époque du deuxième Concile du Vatican sommes au service de l'Evangile dans un esprit de fidélité et d'ouverture aux nécessités et aux souffrances du monde d'aujourd'hui.

Que l'intercession de la bienheureuse Vierge Marie, qui a été acclamée à Ephèse par les Pères du troisième Concile œcuménique et par tout le peuple fidèle comme la « Theotokos », la Mère de Dieu, obtienne pour vous et pour tout le peuple confié à votre sollicitude pastorale la bénédiction abondante du Dieu et Père de notre Seigneur Jésus Christ.

II

A Nos vénérables Frères les Patriarches et Primats de toutes les Eglises orientales orthodoxes, paix et salut dans le Christ notre Seigneur.

Ce pèlerinage aux lieux bénis par les travaux des Pères des grands Conciles œcuméniques Nous permet de mieux connaître l'unité profonde dans la foi prêchée et proclamée par ces pasteurs et docteurs, qu'en dépit des divergences réelles qui nous réparent, nous possédons en commun.

Nous avons échangé avec Sa Sainteté le Patriarche œcuménique Athénagoras I un saint baiser de paix. A vous aussi, chers Frères dans le Christ, Nous désirons exprimer Notre estime, et Notre charité fraternelle. Avec un plein respect pour vos usages et traditions légitimes Nous voudrions, pour Notre part, vous déclarer Notre volonté de faire progresser le dialogue de la vérité dans la charité.[1]

Que les successeurs des Apôtres obtiennent par l'intercession des saints Pères de l'Eglise l'avènement du jour tant désiré, où nous serons tous unis dans la célébration de l'Eucharistie de notre unique Seigneur.

Avec charité chrétienne Nous saluons également Notre frère Sa Grâce l'Archevêque de Cantorbéry et les Pasteurs dès autres Eglises et communautés ecclesiales.

[2] *Eph.* 4, 5-6.
[1] Cf. *Eph. 4,* 15.

La prédication inspirée de l'Apôtre Paul aux anciennes Eglises d'Asie est restée l'héritage commun de tous les chrétiens. Ses épîtres font partie des Saintes Ecritures qui, ((dans le dialogue lui-même sont dés instruments insignes entre les mains puissantes de Dieu pour obtenir cette unité que le Sauveur offre à tous les hommes)).[2]

Méditant l'enseignement de l'Apôtre et des premiers Conciles œcuméniques, Nous Nous sentons unis à vous dans la prière du Seigneur, que nous savons parfaitement un[3] et que soit rétablie entre nous pleinement, « l'unité de l'Esprit par ce lien qu'est la paix)).[4]

LITTERAE

A Summo Pontifice Paulo VI Athenagorae I Patriarchae Oecumenico Constantinopoli traditae, de initis inter Ecclesiam Occidentis et Ecclesiam Orientis rationibus unitatis redintegratio^ fovendae.

Anno ineunte, quem a fide appellavimus, quemque ad memoriam martyrii a sanctis Apostolis Petro et Paulo abhinc xix saecula facti celebrari iussimus, Nos Paulus, Romanae Ecclesiae Episcopus et Catholicae Ecclesiae Caput, cui est statutum in animo suarum esse partium omnia praestare, quae universae sanctaeque Christi Ecclesiae prosint, dilectissimum Fratrem Nostrum Athenagoram, Archiepiscopum orthodoxum Constantinopolitanum eundemque Patriarcham oecumenicum revisentes, incredibili cupiditate exardescimus illud tandem effectum videndi quod Christus supplicando imploravit : « Ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me : ut sint consummati in unum : et cognoscat mundus quia tu me misisti »-[1]

Quae profecto cupiditas cum constantissima voluntate Nostra coniungitur ea omnia, quantum poterimus, perficiendi, quae diem maturare queant, quo inter Ecclesiam Occidentis et Ecclesiam Orientis expleta communio redintegretur : ut omnes nempe christiani in ea unitate recomponantur, ex qua possit Ecclesia significantius testari, Patrem in hasce terras Filium suum eam ob causam misisse, ut universi homines in eodem Christo filii Dei fierent, et fraterno more in caritate et pace viverent.

[2] Décret conciliaire *De oecumenismo,* n. 21.
[3] Cf. *Io.* 17, 23.
[4] *Eph.* 4, 3.
[1] *Io.* 17, 22-23.

Cum persuasissimum sit Nobis : non aliud nomen esse sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos neri[2] quodque iisdem hominibus tribuere fraternitatem pacemque possit, nuntium propterea pronis auribus audimus, quem Ioannes, discipulus ille carissimus, ab Epheso ad Asiae Ecclesias misit : « Quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum ; et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo)).[3]

Quod Apostoli et viderunt, et audierunt et nuntiaverunt nobis, idem nobis Deus permisit ut fide acciperemus. Per Baptismum ((enim nos unum sumus in Christo Iesu)).[4] Praeterea « vi successionis apostolicae, sacerdotium et Eucharistia nos artius etiam invicem coniungunt ».[5] Etenim tam intima tamque arcana communione inter nos copulamur, ut dona participantes a Deo Ecclesiae suae impertita cum Patre per Filium in Spiritu Sancto societatem habeamus. In Filio reapse filii facti,[6] pariter vera miraque ratione aliorum hominum fratres facti sumus.

Quoniamque in qualibet Ecclesia cuiuslibet loci hoc divini amoris efficitur mysterium, nonne exinde locutionem illam tralaticiam profectam esse putemus, ex qua variorum locorum Ecclesiae inter se veluti sorores appellari consueverunt? [7] Eiusmodi videlicet sororis more nostrae Ecclesiae per ea saecula vixerunt, cum una simul Oecumenica Concilia celebraverunt, quibus pro fidei deposito adversus quamlibet corruptionem propugnatum est.

Sed nunc, post diuturnas utrimque ortas dissensiones variasque voluntates, Dei beneficio fit ut nostrae Ecclesiae se iterum sorores agnoscant, nihil impedientibus difficultatibus superiore tempore inter nos ortis. Christo Iesu nos illuminante, facile animadvertimus quantopere oporteat, his victis difficultatibus, eo pervenire ut communio, quae utramque partem devincit, quaeque iam tam est ferax, cumulata perfectaque evadat. Cum autem utrimque profiteamur « fundamentalia dogmata christianae fidei de Trinitate et de Verbo Dei, ex Maria Virgine incarnato, in Conciliis Oecumenicis in Oriente celebratis definita »,[8] et vera Sacramenta et Sacerdotium hierarchicum habeamus, in primis

[2] Cfr. *Act.* 4, 12.
[3] *1 Io. 1,* 3.
[4] Cfr. *Gal.* 3, 28.
[5] Cfr. Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 15.
[6] Cfr. *1 Io.* 3, 1-2.
[7] Cfr. Decret, de oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 14.
[8] Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 14.

opus est ut, fidei sanctae servientes nostrae, operam fraternam conferamus et curas ut, una simul viis idoneis et progredientibus inventis, in vita Ecclesiarum nostrarum communionem illam, quae, quamvis imperfecta, iam viget, foveamus et efficiamus.

Deinde opus est ut ab utraque parte, per mutua commercia, sive sacerdotum conformationi, sive christiani populi vitae et institutioni excolendae explicatior, altior, aptiorque detur opera. Opus tum est ut per sincera de re theologica colloquia, quae fraterna caritas paraverit, quamvis legitimae maneant diversitates quod attinet ad liturgiam, ad vitam spiritualem, ad disciplinam, ad theologiam, inter nos tamen noscamus et observemus,[9] usque ad eum finem, dum in perspicua sinceraque confessione cuiusvis revelatae veritatis consentiamus. Ut autem communio et unitas redintegretur atque servetur, diligentissime cavendum est, ne « quid ultra imponatur ... oneris quam haec necessaria)).[10]

Itaque simul spe et caritate moti, simul assidua precatione subnixi, simul denique unicum illud necessarium[11] exoptantes, cui cetera omnia subiciantur oportet, iter nostrum non tantum pergemus, sed etiam intendemus, in nomine Domini.

Die XXV m. Iulii anno Domini MCMLXVII.

PAULUS PP. VI

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Emmanuelem S. R. E. Cardinalem Gonçalves Cerejeira, Patriarcham Lisbonensem, quem eligit ac nominat, ut ex omnibus nationibus duobus Conventibus, Mariologico atque Mariano, in Lusitania habendis, praesideat.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Publicis pietatis significationibus erga Caeli Reginam, quae in Lusitana Natione hoc vertente anno feliciter celebratae sunt — quibus quidem Nosmet ipsi interesse voluimus cum ad Fatimense templum peregrinati

[9] Cfr. Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio,* nn. 14-17.

[10] Cfr. *Act.* 15, 28; Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 18.

[11] Cfr. *Luc.* 10, 42.

sumus — aliae eaeque magni momenti proximo mense Augusto accèdent : geminus scilicet ex omnibus Nationibus Congressus, alter Mariologicus Lisbonae celebrandus, alter Marianus, qui in Fatimensi urbe paulo postea subsequetur.

Oculos mentemque adiecimus ad quaestiones in utroque Conventu agitandas, ac putamus sapienti quadam congruentique ratione factum esse, ut in iisdem seligendis normae a Concilio Oecumenico Vaticano II sumptae sint. Hoc enim Concilium, etsi abstinuit a quovis novo Marialis doctrinae capite statuendo, nihilominus tam praeclara dixit de Beatissima Virgine Maria, ut novae iam patere viae videantur sive ad theologica studia altius excolenda, sive ad christiani populi pietatem erga Deiparam rectius salubriusque promovendam.

Quare meritas laudes tribuimus Pontificiae Academiae Marianae Internationali, quod in Lisbonensi Conventu illustrandam sibi proposuit originem Marialis cultus ; ita quidem ut, exploratis omnibus christianae antiquitatis monumentis, clarius percipiatur admirabilis ille laudum concentus omnium aetatum in Deiparam Virginem, qui in suis exordiis submissus, postea clarus et sublimis extollitur eumque audimus <(quasi vocem turbae magnae et sicut vocem aquarum multarum et sicut vocem tonitruorum magnorum w.[1]

Nec minoris utilitatis fore putamus Conventum Fatimensem, qui cum agere debeat de materna ope Beatissimae Virginis saeculorum decursu christiano populo collata, apte in sua luce ponet matris munus, quod ad Mariam pertinet, quodque Concilium Oecumenicum his verbis spei et solacii plenis descripsit : « Haec autem in gratiae oeconomia maternitas Mariae indesinenter perdurat, inde a consensu quem in Annuntiatione fideliter praebuit, quemque sub cruce incunctanter sustinuit, usque ad perpetuam omnium electorum consummationem. In caelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed multiplici intercessione sua pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis. Materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus necnon in periculis et angustiis versantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur ».[2]

Pios autem fructus, qui ex geminis Conventibus profecturi sunt, eiusmodi fore speramus, ut non modo theologorum coetus, verum etiam ditent christifideles, qui ad Caelestem Fatimensem Reginam oculos

[1] *Apoc.* 19, 6.

[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 02: *A. A. S.* 57 (1965) p. 63.

attollunt veluti ad supernae lucis pharum et ad pignus melioris aevi, quod in vera pace fraternaque populorum concordia innitatur.

Quae ut abunde contingant, Nos, qui impensissimo semper amore inditum Lusitaniae populum prosecuti sumus, volumus ut proxime celebrandis Congressibus pro gravitate eventus nitor quam maxime accedat; quamobrem te, Dilecte Fili Noster, eligimus ac nominamus, qui nomine Nostro Nostraque auctoritate iisdem praesideas.

Tu, qui nullis umquam pepercisti curis atque laboribus, ut apud Lusitanam Nationem Marialis cultus promoveretur, ut pro certo habemus, honorificum tibi concreditum munus ita persolves, ut Nostris votis atque exspectationi apprime respondeas, tibi novam de Ecclesia benemerendi opportunitatem invenías, omnibus autem, qui proximis celebritatibus intererunt, spiritualem profectum compares uberrimum.

Haec ex animo ominati, tibi, Dilecte Fili Noster, sacris Antistitibus, magistratibus, docentibus, itemque sacerdotibus et christifidelibus omnibus qui ad utrumque Marialem Congressum convenient, Apostolicam Benedictionem, caelestium munerum pignus peramanter largimur; ac praeterea tibi tribuimus facultatem semel Apostolicam Benedictionem, postquam sacris pontificali ritu operatus eris, adstantibus impertiendi, cum adnexa Indulgentia Plenaria suetis condicionibus lucranda.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xvi mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Eugenium S. R. E. Cardinalem Tisserant, Sacri Collegii Decanum, sexagesimo anno volvente ex quo sacerdotio auctus est.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Propediem sexagesimus abibit annus, postquam ipse, Venerabilis Frater Noster, sacerdotio initiatus es; ac prorsus, singulari Dei dono, temporum dispositoris, omnium bonorum fontis et largitoris, tibi, viribus animi et corporis integris iuveniliter virenti, iucundum sane erit, sanctam renovare memoriam semper a te culti semperque colendi illius diei, quo ad sacri presbyteratus gradum evectus es ac subinde primum religiosissime ad aram litasti.

Ut tam laetabilis eventus explicatae recordationis praeter modum

simus participes, postulat sane impensa benevolentia, qua vetere flamma saepeque testata te prosequimur, postulant huic par existimationis Nostrae iudicium et perinsignis dignitas quam obtines.

Caritas enim, cui nihil dulcius obsequi est, plane Nobis suadet, ut cum fratribus in episcopatu Nostris, tecumque imprimis, quaecumque ipsis fausto contingant habeamus communia, et miscendo Nostrum gaudium illorum gaudio veluti sertum et cumulum afferamus.

Itaque eos vehementer tibi gratulamur labores, quos tam diuturno temporis spatio tulisti, praeclaris functus muneribus, in quibus obeundis tua eluxit divinarum humanarumque rerum ampla cognitio, tuus rerum exstitit usus, tua animi altitudo et praestantia eminuit. Praesertim in memoriam revocare Nobis nunc licet, te insignia messuisse merita utpote Cardinalem Consilio Ecclesiae Orientali praepositum, Bibliothecarium et Tabularium Sanctae Romanae Ecclesiae, Ostiae, Portus et Sanctae Rufinae suburbicarium Episcopum, ubi nitentia vestigia reliquisti sollertis, navi, überaus pastoris, cuius praeesse fuit prodesse, cuius excellere fuit servire.

Quae honoris causa digne recolentes, a Christo Iesu, gaudio et corona Praesulum, exposcimus, ut multiplicibus solaciis, quibus te ad altare accedentem, tot annorum decursu, imbuit, per proxima fausti diei sollemnia supernae bonitatis Suae divitias adiciat et in te effundat. Precamurque ut diu te servare velit, semper calentem sacrosanctae Eucharistiae religione et fervore, quibus perpetua iuventa sacerdotalis robur animi viret et aeternae beatitatis praevia et praenuntia suavissima delibatur dulcedo.

Ut haec, quae tibi ex animo flagrantia omina promimus, adspectabili dato pignore et exhibito signo, clare patefiant, tibi calicem ad sacro litandum dono damus, temet orantes, ut cum immaculatum Agnum immolabis, memor sis Nostri, qui memores fuimus et sumus tui, eo vel maxime quod a te episcopalem consecrationem suscepimus.

Quo autem salutarior anniversarius dies tuus evadat, libenter id tibi facultatis facimus, ut postquam sollemni ritu divinis operatus eris, Nostro nomine Nostraque auctoritate adstantibus christifidelibus benedicas, proposita plenaria Indulgentia, ad Ecclesiae legem lucranda.

Tibi denique, Venerabilis Frater Noster, Apostolicam Benedictionem, praecipuae caritatis Nostrae pignus, peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

III

Ad E.mum P. D. Aloisium S. R. E. Cardinalem Traglia, vicaria potestate Urbis Antistitem, decem condita lustra celebraturum, ex quo ad sacri presbyteratus ordinem est evectus.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Qui urbis Romae Episcopi munere, Deo disponente, fungimur — illam dicimus Urbem, quae Beati Petri Cathedra eiusque falli nescio magisterio condecoratur, sanctorumque Martyrum purpurata sanguine igneis veluti gemmis per saecula splendet — nil Nobis carius, nil sane iucundius ducimus, quam animum Nostrum iis omnibus obtestari gratum, qui Nos, iam gravissimis universae Ecclesiae curis distentos, in Romana dioecesi regenda haud parum allevant, atque adeo Nobis in huiusmodi pastorali officio digne, sedulo, rei magnitudini congruenter explendo adiutricem navant operam : inter quos tu, dilecte Fili Noster, primas utique partes sustines, quippe qui Nostro nomine et auctoritate vicariam exerceas potestatem ac validissimum Nobis praebeas auxilium, quod magni pendimus, Nostrorum consiliorum particeps atque interpres.

Cum igitur perceperimus, fore ut proximo mense Augusto tibi decem condantur lustra, ex quo sacram Dei aram, Eucharistica hostia primum litaturus, scandisti, sincero perfundimur gaudio hanc laetam, faustam sollemnemque nanciscendi occasionem, ut animi Nostri sensa tibi expromamus, ac singularem benevolentiam in te Nostram palam perspectam cognitamque novo habeas indicio.

Nos enim non fugiunt tua lectissima merita, quae in Romanae Ecclesiae utilitatem et decorem, hoc tam diuturnum per temporis spatium, tibi collegisti. Ex quo enim sacerdos es factus, te praestitisti « bonum ministrum Christi Iesu, enutritum verbis fidei et bonae doctrinae »,[1] in magisteria primum incumbendo, tum in Romana Curia commissas partes explendo, denique Decessoris Nostri Pii XI voluntate sacras in Urbe vices gerendo, quo in munere tam firma recti conscientia ac flagranti tui devovendi studio diu enituisti, ut desideratissimus Noster Decessor Ioannes XXIII te in Patrum Cardinalium Collegium cooptaverit suumque elegerit Provicarium.

[1] Cfr. *1 Tim.* 4, 6.

Nos vero, quasi cumulum huic honorum laborumque serto imponentes, perspectis tui animi dotibus probatoque pastoralis sollertiae usu, te Nostrum degimus Vicarium in urbe Roma, qui Nostrae exspectationi et spei quam qui optime respondisti atque respondes, ita ut S. Pauli Apostoli verba ad te merito accommodare queas : *Abundantius laboravi : non ego autem, sed gratia Dei mecum.*[2]

Romanorum sacerdotum, qui tuum sunt gaudium tuaque corona,[3] agmine proximis diebus saeptus, et bene ominantibus christiani populi verbis consalutatus, dum praeteritum tempus cogitatione complectens, ista in sollemni commemoratione intimo gaudio perfusus, Aeterno Pastorum Principi grates ex imo pectore ages. Quam ob rem fac, ut, ex anniversario sacerdotii tui natali nova incitamenta et alacriores usque vires sumens, inceptum opus pergas, e quo tantos exspectamus fructus, ad promovendum tuendumque dilectae Nostrae dioecesis in sanctitate profectum, in apostolatus operibus vigorem, ac potissimum — dum annus celebratur, quem «a fide » voluimus appellari ob xix recurrens saeculum a Petri et Pauli facto martyrio — in profitenda fide ardorem et studium egregium.

Tibi a Christo Iesu affluentia dona precamur, ut te diu incolumem, alacrem atque valentem servet, placida sapientia exornatum, humanitate et magnanimitate praestantem, ac pastoralium rerum usu praecipuum.

Ut autem propensae voluntatis Nostrae pignus habeas praesentissimum, Apostolicam Benedictionem tibi peramanter impertimus, eamque ad tuos etiam propinquos, ad Romanum clerum dilectumque populum hac data occasione pertinere cupimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxvin mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

[2] *1 Cor.* 15, 10.

[3] Cfr. *Phil.* 4, 1.

ALLOCUTIONES

I

Sodalibus ex Ordine Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, qui **Romam convenerunt, ut Generali religiosae suae communitatis Consilio interessent. ***

Dilecti filii,

Magno gaudio affecti hodie vos coram excipimus qui, Capitulares Patres delecti a Clericis Regularibus Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, ad celebrandum Capitulum Generale Instituti vestri Romam convenistis. Passi non estis laboribus vestris finem imponere, antequam Vicario Christi, qua filii addictissimi et amantissimi, obsequium praeberetis et Benedictionem Apostolicam impetraretis, quae vobis ipsis ac praesertim negotiis in Capitulo vestro tractandis prodesset. Quod libenter admodum facimus, dilecti filii, eo vel magis quod inter vos novum vestrum Generalem Praepositum contuemur, cui quidem et salutem plurimam dicimus et benevolentiam votaque Nostra significare exoptamus.

Vobis plane in comperto est, quanta aestimatione vestram religiosam familiam prosequamur, sive ob sanctitatis fructus quos inde ab ortu suo in Ecclesia proferre non destitit, sive ob singularia promerita quae in christiana iuventute educanda sibi comparavit.

Hanc autem aestimationem Nostram confirmat et auget Generale Capitulum, quod celebratis, cuius labores eo potissimum spectant, ut, legibus Instituti vestri ad normas Concilii Oecumenici Vaticani Secundi sapienter aptatis, vita religiosa vestra impensius et alacrius ducatur atque apostolatus vester hodiernis animarum necessitatibus magis respondeat. Qua de re gaudemus Nobis, gratulamur vobis, dum vos certiores facimus, Nos enixas Deo fundere preces, ut vobis propitius adsit et operi, quod aggressi estis, benigne faveat.

At Nos hodie adiistis non solum ut obsequium Christi Vicario exhiberetis, verum etiam ut verba a Nobis audiretis, e quibus apostolica vestra navitas lucem, ductum ac salutare incitamentum acciperet. Id revera Nostris quoque optatis apprime respondet. Quare Nobiscum recogitantes quid nostra tempora ab Instituto vestro instantius requi-

* Die 26 mensis augusti a. 1967.

rant, nihil aptius Nobis videtur, quam vobis triplicem fidelitatem commendare : fidelitatem scilicet erga spiritum Conditoris vestri, erga Ecclesiam, atque erga causam scholae catholicae.

In primis vobis cordi sit fidelitas erga spiritum Conditoris vestri. Religiosa enim Instituta tamdiu vigent ac florent, quamdiu in eorum disciplina et operibus, et in sodalium moribus ac vita integer Conditoris animus perstat ac spirat. Quaelibet ergo legum accommodatio ad mutatas temporum condiciones, quaelibet disciplinae renovatio ita procuranda est, ut propria Instituti natura et forma indemnis servetur. Nulla propterea ineunda incepta et opera, quae cum praecipuo Instituti vestri munere non congruat, nulla disciplinae mutatio, quae a mente Conditoris quoquo modo discedat. Hic vitae ubertas Instituti vestri posita est, atque hinc etiam caelestium gratiarum copia numquam defutura.

Praeterea fidelitatem erga Ecclesiam vobis commendatam volumus. Praesenti hoc tempore, quod Concilii Oecumenici celebrationem proxime sequitur, si magno cum solacio cernimus christifidelium multitudines qui christianae vitae renovandae alacrem dant operam, attamen facere non possumus quin vehementer doleamus ob multos, pro dolor, qui ab Ecclesia desciscunt eamque obiurgant atque offendunt. Immo catholici non desunt, qui in eam nonnisi diffidenter et suspiciose intueantur, atque adeo graves dolores ac difficultates haud raro eidem gignunt. Quare, si alias umquam, hodie potissimum Ecclesia indiget fidelitate vestra. Nec satis est fidelitas quae tantummodo externa sit, vel quae in consuetudine quadam innitatur ; sed opus est fidelitas fortis, intrepida, quae in animis vestris altas radices agat, quaeque secumferat firmum erga ecclesiasticum magisterium obsequium, sinceram reverentiam erga Apostolicam Sedem atque promptam alacritatem in exsequendis normis Concilii Oecumenici. Hac in re vobis semper in exemplum praeluceat fidelitas illa, quam Conditor vester per totius vitae decursum professus est ac vobis veluti sacra hereditate reliquit. Qui quidem — meminisse iuvat — iam moriturus duos religiosos sodales suos in Petrianam Basilicam misit, ut nomine suo extremum fidei oboedientiaeque officium Summo Pontifici et Sanctae Sedi praestarent.

Denique commendamus vobis fidelitatem erga causam scholae catholicae; quae causa nostris etiam temporibus sanctissima et gravissima censenda est, etsi, pro dolor, eius necessitas ac momentum non semper, ut oportet, aestimentur. Ceterum apud omnes constant innumerae difficultates in quibus catholicae scholae hodie versantur sive — quod maxime

laudandum est — ob publicarum scholarum diffusionem, sive etiam ob placita *statalismi* et *laicismi*, uti aiunt, quae fere ubique plus minusve invalescunt. Hac in re vobis plane cognitae sunt curae et sollicitudines Ecclesiae, necnon eius doctrina, quam Concilium Oecumenicum sollemniter confirmavit. Hanc igitur catholicae scholae causam omni cum fidelitate tueamini, immo tanto fidelius quanto acrius eadem oppugnatur. Attamen simul opera danda est, ut schola catholica institutum evadat, quod ceteris exemplo sit ob excellentes instituendi rationes, necnon ob alacre studium, quo praeceptores sanctissimo huic muneri se devovent. Quae si praestiteritis, verissime in vos referre poteritis illam sancti Pauli sententiam : « Dei adiutores sumus » ; nihil enim sanctius, nihil utilius cogitari potest, quam adiutricem conferre operam ad iuventutem recte educandam, ex qua Ecclesiae et civitatis futura tempora pendent.

Habetis iam, filii dilectissimi, ea breviter commemorata, quae Nobis ad religiosae vitae vestrae incrementum hodie magnopere postulari videntur. Quae omnia vobis testentur, quanta sollicitudine Ordinem vestrum consideremus, quantamque spem Ecclesia in opera vestra collocet. Iter terendum arduum sane est. Sed animum ad spem erigite, quia Iesu Christi causa agitur ; Ipse semper vobiscum erit. Nos interea, dum vobis de obsequio gratias persolvimus, omnipotentem Deum rogamus, ut Ordo vester ampliora in dies incrementa capiat, afferatque uberiores usque salutares fructus; quorum in auspicium vobis singulis universoque Instituto vestro Apostolicam Benedictionem effusa caritate impertimus.

II

Iis qui interfuerunt Conventui sexto Internationali habito a Sodalitate v. d. « **Croisade des aveugles** ». *

Chers fils,

C'est pour Nous une grande joie d'accueillir votre **6**ème Congrès international. Déjà votre mouvement avait reçu les encouragements et la bénédiction de Notre prédécesseur Jean XXIII, de vénérée mémoire. Et vous voici de nouveau à Rome désireux de rencontrer le Pape, pour recevoir de lui quelques directives pour guider votre recherche sur « L'aveugle en dialogue dans le monde moderne ». Nous vous recevons d'autant plus volontiers que cette recherche du dialogue Nous paraît

* Die 29 mensis augusti a. 1967.

très importante pour les chrétiens aujourd'hui, comme Nous l'avons souligné dans Notre première Encyclique *Ecclesiam suam.*

Depuis sa fondation, votre croisade — vous employez justement le mot au sens chrétien de *porter sa croix* —, votre croisade, disions-Nous, s'est efforcée de témoigner du Christ auprès des aveugles, par l'offrande, unie à celle du Crucifié, de cette croix qu'est votre cécité. En aidant tous vos membres à mieux découvrir leurs possibilités, vous les engagez en même temps à prendre leurs responsabilités d'Eglise, généreusement. Et selon les orientations maîtresses de la Constitution conciliaire *Gaudium et Spes,* vous vous efforcez de guider vos frères vers leur plein épanouissement humain et chrétien, en sorte que chacun réponde à sa vocation, selon le dessein de Dieu.[1] Et votre généreux effort vous fait dépasser les frontières, comme Nous le demandions Nous-même dans Notre récente Encyclique sur le développement des peuples, afin d'aider les aveugles des pays en voie de développement à prendre eux aussi en main leur destin pour réaliser en plénitude la croissance à laquelle le Créateur les appelle. En partageant ainsi humblement votre richesse, c'est la joie que vous donnez aux autres, et qui éclaire aussi en même temps votre don généreux.

Chrétiens, vous témoignez ainsi au milieu de vos frères de la foi qui vous anime et qui inspire votre charité agissante. Semeurs d'espérance, vous contribuez à l'édification du corps du Christ qui, à travers les joies et les épreuves de ce monde, chemine vers la Lumière éternelle. Car n'est-ce pas le propre de toute vie humaine d'être à la recherche de la Vérité et de l'Amour, comme le rappelait le grand apôtre Paul aux Athéniens : tous « cherchent Dieu, dans l'espoir de le découvrir à tâtons. Et certes II n'est pas loin de chacun de nous; car c'est en Lui que nous avons la vie, le mouvement et l'être ».[2] Cette « vraie Lumière qui éclaire tout homme))[3] n'est point visible aux yeux du corps, c'est un regard de foi qui permet seul de la découvrir, et, du coup, toute la vie en est transfigurée, encore que cette vision demeure obscure tout au long de notre cheminement terrestre, comme saint Paul encore nous en avertit : ((Aujourd'hui certes nous voyons dans un miroir, en énigme ; mais alors ce sera face à face. Aujourd'hui, je connais d'une manière partielle ; mais alors je connaîtrai comme je suis connu ».[4]

[1] Cfr. Litt. Encyc. *Populorum progressio,* n. 15.
[2] *Act.* 17, 27-28.
[3] *Io.* 1, 9.
[4] *1 Cor.* 13, 12.

Oui, nous aspirons tous à cette vision que Pierre nous promet au terme de cette vie terrestre : « Vous en tressaillez de joie, dit-il à ses chrétiens, même s'il vous faut quelque temps encore être affligés par diverses épreuves ; ainsi seulement bien éprouvée, votre foi — plus précieuse que l'or, qui, tout périssable qu'il est, doit subir l'épreuve du feu — vous assurera louange, gloire et honneur lors de la révélation de Jésus-Christ. Vous l'aimez sans l'avoir vu; vous croyez en lui sans le voir encore, et vous en tressaillez d'une joie ineffable et toute céleste, sûrs de remporter la fin de votre foi, le salut de vos âmes ».[5]

Chers fils, que le Seigneur vous aide à vivre selon le don que vous avez reçu, comme le levain dans la pâte, qui ne doit pas perdre sa qualité de ferment, mais la faire fructifier pour que ce qui l'entoure soit transformé. Il vous faut pour cela être humblement à l'écoute de la Parole de Dieu, vivre dans son intimité, approfondir votre foi, la nourrir des sacrements de la foi. Qu'en cette année de la foi, votre prière se fasse plus instante, pour que ce grain de sénevé croisse chaque jour dans vos âmes et qu'il soit' donné en partage à tous ceux qui vous entourent. Vous répondrez ainsi à votre vocation, vous porterez témoignage, vous serez apôtres, et votre présence sera bienfaisante dans le monde. Le Seigneur, Nous en sommes sûr, bénira votre effort et lui fera porter de nombreux fruits dans l'Eglise. De tout cœur Nous le Lui demandons en vous donnant Notre paternelle et affectueuse Bénédiction Apostolique.

III

Moderatoribus et sociis e Sodalitate v. d. « Apostolato della sofferenza », Arce Gandulfi a Beatissimo Patre coram admissis. *

Diletti figli e figlie.

Salutiamo fra i vari gruppi presenti quello che si qualifica col titolo di « Apostolato della sofferenza » e che merita, proprio per questo titolo, una speciale Nostra considerazione. Lo salutiamo e lo benediciamo, rivolgendo il Nostro affettuoso pensiero a quanti promuovono ed assistono questa ed ogni altra forma di spirituale assistenza e di fraterno servizio agli ammalati; e agli ammalati stessi corre il Nostro pensiero e si estende dappertutto, dovunque sono infermi, pazienti e minorati,

[5] *1 Pt.* 1, 6-9.

* Die 30 mensis augusti a. 1967.

dovunque il dolore fisico, e con esso quello morale, tormenta, mortifica ed umilia membra umane, quelle specialmente di fratelli Nostri nella fede e figli Nostri, come appartenenti al gregge di Cristo, che di esso Ci ha fatto pastore. Ricordiamo tutti questi aggregati alla immensa e diffusa città del dolore, negli ospedali, nelle cliniche, negli ospizi, ed anche più quelli che sono rimasti nelle loro case, custoditi dalla pietà e dalla bontà dei loro familiari, e quelli ancora che mancano di assistenza sanitaria e di conforto spirituale, portando con la pena della malattia quella, spesso non meno grave, della solitudine e della povertà. Noi abbiamo ancora presenti gli incontri, sempre per Noi commoventi ed ammonitori, che avemmo occasione, e quasi vorremmo dire fortuna, di avere con Fumana sofferenza, misteriosa e pietosa nei bambini, e quasi intollerabile nei giovani, nelle vittime del lavoro e del dovere, nelle persone su cui appoggia la cura d'una famiglia, desolata anch'essa per la malattia di chi ne era il cuore ed il sostegno; e quella triste e quasi senza speranza dei vecchi, dei cronici, degli alienati. Oh, fratelli sofferenti, oh, figli doloranti sparsi nel mondo, Noi vorremmo che la Nostra voce arrivasse a tutti ed a ciascuno di voi per ripetervi, mentre Noi stessi piangiamo con voi, la parola di Gesù, l'uomo del dolore : « Non piangere **m.**[1]

La dottrina cristiana del dolore

Perché questa nostra compassione? Per il sentimento comune che rende sensibile chi ha cuore d'uomo verso il dolore dei suoi simili, e lo sollecita, per uno dei più nobili impulsi della natura umana, a dirsi ed a farsi solidali e pronti al soccorso dei mali altrui? Sì, certamente; noi, uomini come siamo, vogliamo essere partecipi a questa compassione filantropica, che fa gli uomini civili e stringe gli uni e gli altri nei vincoli sentimentali e morali di una sorte comune ; vogliamo anzi onorare l'educazione e l'organizzazione, che la nostra società moderna, ripudiando certa rediviva spietata fierezza pagana verso i deboli e verso i sofferenti, va saggiamente promovendo. Ma dobbiamo aggiungere che noi, come seguaci di Cristo, e ministri della sua parola e della sua carità, abbiamo anche altri motivi per curvarci, con immensa riverenza e con vivissimo interesse, su quanti soffrono e piangono.

La dottrina cristiana sul dolore è un'enciclopedia; investe tutta la vita umana, pervade la storia della redenzione, entra nella pedagogia

[1] *Lue.* 7, 13.

ascetica e nell'iniziazione mistica, si collega col destino eterno dell'uomo. Se in questo breve momento vogliamo contentarci d'uno sguardo su questo vasto mondo, dove il conflitto fra il male ed il bene sembra placarsi nella sublimazione della sofferenza, cercando un sentiero per percorrerlo ed esplorarlo, potremo soffermarci sulla considerazione della posizione che il cristiano occupa nella Chiesa. La Chiesa è il Corpo mistico di Cristo; ogni cristiano è un vivente inserito in questa comunione soprannaturale, dove nessuno è confuso, dimenticato ed inutile : ciascuno è membro ; cioè ha una sua funzione insostituibile da compiere, ciascuno una vocazione sua propria, articolata ed armonizzata con quella di tutti gli altri membri del corpo ecclesiastico ; e tutti traggono identica vita e ordine singolare dall'unione col Capo della Chiesa : Cristo, il Quale effonde il suo Spirito vivificante in tutta la compagine dei cristiani. Ognuno è cristiforme.

Già questa è verità consolantissima per chi soffre. Nessuno soffre solo. Nessuno soffre inutilmente. Anzi, secondo panorama, chi soffre ha titoli speciali per avere maggiore partecipazione alla comunione con Cristo : nel sofferente, ce lo ricorda il Concilio,[2] si rispecchia in maniera più fedele l'immagine di Cristo; più intima, possiamo dire, se Gesù stesso ha voluto identificarsi con i minimi suoi fratelli;[3] chi soffre diventa, in modo singolare, conforme al Signore.[4]

Cooperatione alla redenzione di Cristo

Di più : chi soffre, chi soffre con Cristo, coopera alla redenzione di Cristo, secondo la celebre e luminosa teologia di San Paolo : « Compio nella mia carne ciò che manca alle passioni di Cristo a vantaggio del corpo di Lui, che è la Chiesa)).[5] Il sofferente non è più inerte e di peso negativo per la società umana e spirituale a cui appartiene; è un elemento attivo ; è uno, come Cristo, che patisce per gli altri ; è un benefattore dei fratelli, è un ausiliario della salvezza. Solo che questa estrema valorizzazione del dolore esige due condizioni : l'accettazione e l'offerta, l'accettazione paziente e capace d'intuire (altra meravigliosa visione del dolore cristiano !), d'intuire un ordine dietro e dentro il dolore stesso, la mano paterna, anche se grave, del medico divino che sa trarre il bene, un bene superiore, da un male, il male della sofferenza ;

[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 8.
[3] Cfr. *Matth.* 25, 35 ss.
[4] Cfr. Decr. de apost, laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 16 in fine.
[5] *Col.* 1, 24.

e l'offerta, che al dolore dà valore proprio della vittima, che annulla in se stessa le esigenze della giustizia e che da se stessa trae la somma espressione dell'amore; dell'amore che dà, dell'amore totale.

Oh ! Quanto vi sarebbe da meditare e da dire su queste prospettive cristiane del dolore, le quali sembrano e sono estremamente lontane dalla concezione naturalistica della vita, ma sono, in pari tempo, di facile conquista per chi sente e subisce e patisce la severa e spesso atroce realtà del dolore. E aggiungiamo l'ultimo paradosso : di facile godimento. Ditelo voi, cari malati cristiani ; ditelo voi, cari sofferenti delle più varie pene, che avete fede in Cristo Signore, e che proprio in virtù di coteste pene sperimentate una strana, ineffabile comunione col Crocifisso; non potete forse anche voi, in un impeto interiore di eroismo cristiano, ripetere le parole dell'Apostolo : « Sovrabbondo di gaudio in ogni tribolazione nostra »? [6]

Sia detto tutto questo ad istruzione nostra : così è la vita cristiana ; e sia detto a consolazione dei Nostri figli e fratelli sofferenti, con la Nostra confortatrice Benedizione Apostolica.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Christifidelibus urbis Sanctissimae Assumptionis universaeque Paraquarianae Reipublicae, in festo Deiparae Virginis caelo receptae. *

Amadísimos Hijos,

Se alegran en la solemnidad de este día los Angeles al conmemorar la entrada de María en el Cielo. Se alegra la Iglesia en la memoria y veneración de esta Mujer singular que en la tierra ((precede con su luz al peregrinante Pueblo de Dios como signo de esperanza cierta y de consuelo hasta que llegue el día del Señor », y « glorificada ya en los Cielos en cuerpo y alma, es imagen y principio de la Iglesia que habrá de tener su cumplimiento en la vida futura».[1] Se alegra — ¡y con cuánto motivo ! — la Ciudad de Asunción en la fiesta de su celestial Patrona : fue en efecto el Capitán Salazar y Espinosa el que tal día como hoy en el año 1537 « asentaba un fuerte, casa y pueblo » en el

[6] *2 Cor.* 7, 4.

* Die 15 mensis augusti a. 1967.

[1] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 68.

vértice del ángulo que forman los ríos Paraguay y Pilcomayo, y fundaba así entre ribazos y colinas « la muy noble, la muy ilustre Ciudad comunera de las Indias », la ciudad de Nuestra Señora de la Asunción, ahora Capital de la República.

Su creciente comunidad cristiana fue una de las primeras diócesis de América, de donde partieron por doquier hombres que erigieron ciudades en el nuevo mundo, y misioneros, como el Beato Roque González de Santa Cruz, que confesaron con su sangre la fe católica.

Hoy Asunción, ciudad madre de ciudades, es gran capital y hermosa urbe por cuyas calles y avenidas amplias y bien trazadas circula un torrente de vida y laboriosidad, de optimismo y de esperanza. La fe en Dios y el culto a la Virgen sobre todo han configurado un Pueblo austero y de costumbres morigeradas. Que irradie él siempre estos ideales en la paz, el orden y el trabajo. « In bonis iustorum exultabit civitas » :[2] en los bienes de los justos se alegra la ciudad.

Con este júbilo en el alma, mezclado al vuetro, queridos Hijos, henos aquí entre vosotros. Dejadnos abarcar con la mirada a la Nación entera para decir a todos que el Vicario de Cristo tiene muy dentro de su corazón al Paraguay. ¡ Paraguay ! Al acercarnos a tí para repasar tu historia, lo hacemos en actitud de respeto. El genio de Domingo Martínez de Irala, mediante la organización de la Ciudad Madre, con la erección del Cabildo y de numerosas capellanías, con la construcción de su hermosa Catedral, la fundación de pueblos, la catequización de los naturales, el establecimiento del gobierno, al amparo de una racional distribución de tierras, dio vida y ser a la Comunidad Paraguaya mereciendo de la posteridad el título de ((creador del Paraguay ».

Con nuestra admiración por los proceres que registran sus anales, va también nuestro deferente homenaje a los regidores actuales de la cosa pública, y, en ellos, a cuantos con su esfuerzo concurren al progreso de sus habitantes : sabemos el dinamismo con que se trabaja por actualizar las leyes fundamentales y las instituciones públicas del País, al que se desea dotar de una legislación a tono con las exigencias de los tiempos y de la madurez política y de desarrollo social adquiridos. Vemos con esperanza que por parte de los responsables se quiere tener en la debida cuenta la voz de la Iglesia, por lo que a ella se refiere y para el campo de su competencia : ella « desempeña — y ha desempeñado — un papel muy especial en la vida del País, principalmente por su contribución

[2] *Prov.* 11, 10.

histórica a la formación de la nacionalidad y por el inestimable aporte de su función civilizadora ».[3]

Al pueblo noble de tan hidalga tierra dirigimos hoy nuestro saludo afectuoso con un voto : que trate él siempre de conservar en su vigor y lozanía los valores religiosos y morales que de su grandeza son prez y ornato. Poco será cuanto en especial se haga para conseguir una conveniente educación de la niñez y juventud : el aprovechamiento y la valoración de todas las energías del sector público y privado miren siempre a conseguir la debida promoción de la persona humana « en orden a su fin último y al bien de las sociedades, de las que el hombre es miembro y en cuyas responsabilidades participará cuando llegue a ser adulto » ; [4] la colaboración de la enseñanza privada con la oficial es camino fecundo para tal meta. La santificación del matrimonio y la protección de la institución familiar en el respeto de las leyes sagradas impuestas por el Creador y confirmadas en el evangelio, es otro de los pilares en que se asienta el bienstar duradero de toda agrupación y merece por tanto la salvaguardia del poder público y la defensa de parte de todos.

Para nuestro amadísimo Señor Arzobispo de Asunción y los demás Hermanos en el Episcopado, para los Sacerdotes y Familias Religiosas, una palabra de especial aliento, de cariño y de felicitación. Vuestros trabajos, realizados con tanta humildad y generosidad, no quedarán sin la bendición de Dios. Sabed que es grande nuestro gozo en particular por el manifiesto resurgir de las vocaciones eclesiásticas y religiosas, por los frutos copiosos de la Acción Católica, por el desarrollo prometedor de la joven Universidad Católica de Nuestra Señora de la Asunción. ¡ Adelante !

Constante se alza nuestra plegaria al Cielo por vosotros, venerables Hermanos y amados Hijos, apóstoles seglares, trabajadores, enfermos, niños, ancianos : « Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic haereditati tuae)).[5] Salva, Señor, a tu pueblo y bendice al Paraguay.

Sea prenda de las gracias que sobre vosotros imploramos de Nuestro Señor Jesucristo, por intercession de María Santísima, nuestra más amplia y efusiva Bendición Apostólica.

[3] *Declaración del Episc. Paraguayo,* 25 die. 1966.

[4] Declaratio de educat. christ. *Gravissimum educationis momentum,* n. 1.

[5] *Ps.* 27, 9.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 31 Maii 1967. — Titulari episcopali Ecclesiae Girbitanae praefecit Exc. P. D. Marianum Gavióla, hactenus Episcopum Cabanatuanensem.

die 1 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Teglatensi in Numidia R. D. Petrum Meurice Estiu, Cancellarium Curiae archiepiscopalis S. Iacobi in Cuba, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Henrici Pérez Serantes, Archiepiscopi S. Iacobi in Cuba.

die 8 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Beirensi, Exc. P. D. Emmanuelem Ferreira Cabrai, hactenus Episcopum titulo Obbitanum.

die k Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thubunensi in Numidia, Exc. P. D. Antonium Mariam Cazaux, hactenus Episcopum Lucionensem.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Thagastensi R. P. D. Antonium Mauro, Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae a Secretis.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Carthaginensi R. P. D. Augustinum Casaroli, Sacrae Congregationis negotiis ecclesiasticis extraordinariis expediendis a Secretis.

die 11 Iulii. — Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Pauli Chevalier, Episcopi Cenomanensis, Exc. P. D. Bernardum Alix, Episcopum titulo Medianensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vicohabentianae R. D. Angelum Scapecchi, e dioecesi Arretina, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Telesphori Ioannis Cioli, Episcopi Arretini et Administratoris Apostolici Biturgensis.

die 15 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Obregonensis Exc. P. D. Michaelem González Ibarra, hactenus Episcopum Rivoriensem.

die 16 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Hierpinianae Exc. P. D. Antonium Poma, hactenus Episcopum Mantuanum, quem constituit Coadiutorem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Card. Lercaro, Archiepiscopi Bononiensis.

die 17 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gummitanae in Proconsulari R. P. D. Ioannem Moleón Andreu, Rectorem Universitatis Catholicae « Sanctae Mariae » in civitate vulgo « Asunción)) appellata, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Iosephi Hannibalis Mena Porta, Archiepiscopi SS. Assumptionis.

die 20 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Tamallumensi Exc. P. D. Georgium I. Biskup, hactenus Episcopum Desmoinensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excrhi P. D. Pauli C. Schulte, Archiepiscopi Indianapolitani.

die 25 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Matharensi in Numidia R. P. D. Laurentium Böggering, Protonotarium Apostolicum ad instar participantium, Vicarium Generalem dioecesis Monasteriensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Höffner, Episcopi eiusdem dioecesis.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Ceramensi Exc. P. D. Fortinum Gómez León, hactenus Archiepiscopum Antequerensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thuccensi in Mauretania Exc. P. D. Ignatium de Alba et Hernández, hactenus Episcopum Colimensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maximianensi in Byzacena Exc. P. D. Caelestinum Fernández et Fernández, hactenus Episcopum Huajuapanensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Antequerensi Exc. P. D. Ernestum Corripio Ahumada, hactenus Episcopum Tampicensem.

— Cathedrali Ecclesiae Colimensi R. D. Leobardum Viera, curionem paroeciae vulgo « San Martin » in civitate Guadalaiarensi.

— Cathedrali Ecclesiae Rivoriensi R. D. Everardum López, curionem paroeciae vulgo « San José de Analco » in civitate Guadalaiarensi.

die 27 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Pacensi in Bolivia Exc. P. D. Georgium Manrique Hurtado, hactenus Episcopum Orurensem.

die 28 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Serenensi Exc. P. D. Ioannem Franciscum Fresno Larrain, hactenus Episcopum Copiapoënsem.

— Metropolitanae Ecclesiae Antofagastensi, nuper erectae, Exc.

P. D. Franciscum Borgiae Valenzuela Rios, hactenus Episcopum Antofagastensem.

die 31 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Dipologanae, noviter erectae, R. D. Felicem Zafra et Sánchez, e clero dioecesis Tagbilaranae, vicerectorem Seminarii eiusdem dioecesis.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Plestiensi Exc. P. D. Leonem Christophorum Byrne, hactenus Episcopum tit. Sabadiensem et Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Marci Carrol, Episcopi Vichitensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Leonis Binz, Archiepiscopi Paulopolitani et Min neapolitani.

— Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Georgii Leonis Leech, Episcopi Harrisburgensis, Exc. P. D. Iosephum T. Daley, Episcopum tit. Barcaeum.

die 3 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Huachensi R. P. Laurentium León, Ministrum provincialem Ordinis B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum in Republica Peruviana.

— Cathedrali Ecclesiae Callaënsi, noviter erectae, R. D. Eduardum Picher Peña, e clero archidioecesis Limanae, Secretarium generalem Instituti ((Charitas)) cognominati in Republica Peruviana.

— Titulari episcopali Ecclesiae Urusitanae R. P. Dantem Frasnelli, sodalem Congregationis Oblatorum S. Ioseph Astae Pompejae, quem constituit Praelatum Huariensem.

die If Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Garanhunensi Exc. P. D. Miltonium Correa Pereira, hactenus Episcopum tit. Coronensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Legi Volumniensi R. P. D. Franciscum Paulum McHugh, sodalem Societatis Scarborensis pro Missionibus ad Exteras Gentes, Praelatum Itacoatiarensem.

die 8 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Cabanatuanensi Exc. P. D. Vincentium Reyes, hactenus Episcopum Boronganensem.

die 15 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Tetcitanae R. P. D. Iacobum Collins, e Congregatione SSmi Redemptoris, Praelatum Miracemanum Superiorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lemellefensi R. P. D. luvenalem Roriz, e Congregatione SSmi Redemptoris, Praelatum Rubiatabensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pacatensi R. P. D. Thomam Balduino, ex Ordine Fratrum Praedicatorum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Aloisii Antonii Palha Teixeira, Episcopi tit. Lundensis et Praelati SS. Conceptionis de Araguaia.

II

BARRENSIS DE PIRAHY

DECRETUM

De concathedralis erectione et nominis mutatione

Cum urbs *Volta Redonda* nuncupata, dioecesis Barrensis de Pirahy, novissimis bisce temporibus felicia susceperit incrementa et christifidelium numero incolarumque industria ad ferri et aeris fabricam pertinenti floruerit, eademque ab ecclesia cathedrali nimis distet, Excmus P. D. Altivus Pacheco Ribeiro, Episcopus Barrensis de Pirahy, quo aptius animarum bono, praesertim opificum, consuleret, ab Apostolica Sede enixe expostulavit ut templum paroeciale in memorata urbe extans, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis vulgo appellatae «Nossa Senhora das Graças » dicatum, ad dignitatem ecclesiae concathedralis eveheretur, atque dioecesis Barrensis de Pirahy, priore retento, novo quoque Voltaredondensi augeretur nomine.

Porro haec Sacra Congregatio Consistorialis, attento favorabili voto Excmi P. D. Sebastiani Baggio, Archiepiscopi titularis Ephesini et in Brasilia Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, memoratum templum « Nossa Senhora das Graças)) ad dignitatem et gradum ecclesiae concathedralis evehit, ita ut posthac in eodem cathedra episcopalis erigi possit ac debeat, onere imposito Episcopo per dimidiam anni partem ibique residendi.

Statuit insuper ut, eiusdem dioecesis nomen — attento vulgari titulo — deinceps sit *Barrensis de Rirai-Voltaredondensis.*

His allatis mutationibus, demum indulget ut dioecesis Barrensis de Pirahy eiusque pro tempore Episcopus in posterum vocari possit ac valeat *Barrensis de Pirai-Voltaredondensis.*

Ad haec omnia exsecutioni mandanda haec Sacra Congregatio memoratum Excmum P. D. Sebastianum Baggio deputat, eidem necessarias et opportunas tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum,

onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 26 mensis Ianuarii anno 1965.

CAROLUS Card. CONPALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

f Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

IKELAËNSIS
(BOKUNGUENSIS - IKELAËNSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioeceseos

Cum Excmus ac Revmus Dominus Ioseph Weigl, Episcopus Ikelaënsis, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde *Bolcunguensis - IJcelaënsis* nuncuparetur, iuxta nomen civitatis vulgo Bokungu, ubi sedes episcopalis nuper translata fuit, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, re mature perpensa auditoque favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia et Apostolici in Congo Nuntii, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 16 mensis Iunii a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

Eduardus Pecoraio, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

VERULANA

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Mariae Fortunatae Viti, monialis conversae Ordinis S. Benedicti.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Servorum Dei sanctitudo non modo virtutum heroicitate, verum et miraculis eorum intercessione patratis evincitur. Quod revera in Causa Venerabilis Dei Famulae Mariae Fortunatae Viti, monialis conversae Ordinis S. Benedicti, evenit. Sollertissimi enim actores ut ad eius beatificationis solemnia deveniatur, post virtutum heroicitatem a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI decreto diei 8 Aprilis anno 1964 probatam, duas extraordinarias sanationes selegerunt, quae veri miraculi notas praeseferre videbantur, quasque S. Rituum Congregationis iudicio pro iuridica cognitione proposuerunt. En earum brevis historica descriptio.

I. Maria Aloisia Tomaselli, tres tantum aetatis annos agens, Carnelli, in dioecesi Verulana, vertente mense Ianuario anni 1939 aestu febrique iactari coepit cum convulsionibus. Paucos post dies Doctor Faticante aegrotam inspexit, et gravi generali statu affectam invenit cum agitatione motoria et evidenti nucae rigiditate, vomitu et impossibilitate alimentationis. Diagnosim igitur dedit de meningite tuberculari, quam postea, liquidi examine peracto, Professor Zeri, primarius nosocomii Sorani, nec non et medentes nosocomii Pueri Iesu in Urbe, quo puellam parentes adduxere, die 24 Februarii confirmarunt, atque prognosim prorsus infaustam emiserunt. Domum reversa, novendiales preces Servae Dei Mariae Fortunatae Viti ferventer elatae fuere a parentibus et consanguineis. Statim regressionem morbi puella die 12 Martii persentire coepit usque ad totalem sanationem, quam medici a curatione plene confirmarunt.

II. Palma Staccioli, septennis, loci v. Ponte Felcino, apud Perusiam, anno 1937 mense Iunio boa aegrotavit; at post sex dies e lecto exsurgens, in terram cecidit et animus eam reliquit. Doctor Vischia eam in clinicam paediatricam Perusinam die 9 Iunii 1937 recipi iussit,

e qua, omnibus inspectionibus peractis, in clinicam medicam eiusdem civitatis translata fuit. Medentes meningite tuberculari áffectam edixerunt, atque diagnosim omnino infaustam emiserunt. Quum vero spes omnino deficeret de puellae sanatione, eam parentes domum reduxerunt, letalem exitum expectantes.

Interim enixis precibus Dei Famulam Mariam Fortunatam Viti parentes adprecati sunt puellae sanitatem eius intercessione poscentes. Die 29-30 Iunii aegrota statim convalescere coepit, et perfectam sanationem medentes et periti plene confirmarunt.

De duabus praefatis sanationibus iuridicae inquisitiones annis 1952-1956 in tribunali Vicariatus Urbis apostolica auctoritate peractae fuerunt, de quarum validitate die 29 Novembris anni 1964 decretum fuit.

Servatis omnibus de iure servandis, Consilium medicum S. Rituum Congregationis in sessione diei 9 Novembris 1965 praefatas sanationes diligenti studio perpendit, et omnes adstantes extra naturales leges eas evenisse edixerunt.

Dispensatione indulta a Congregatione Antepraeparatoria super assertis miraculis decreto diei 18 Septembris 1965, die 14 Martii anni huius Congregatio Praeparatoria habita fuit, ac tandem die 17 Iulii subsequentis Congregatio Generalis coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI, in qua Emus ac Revmus Dominus Benedictus Cardinalis Aloisi Masella, titulo Ecclesiae Suburbicariae Praenestinae, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et omnes qui aderant, tam Patres Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, quam Officiales Praelati et Consultores theologi unanimi consensu affirmative responderunt. Quae suffragia intento animo secutus, Beatissimus Pater suam mentem statim aperire non dubitavit, iussitque decretum super assertis miraculis apparari, scilicet : *Constare de perfecta et instantánea sanatione puellarum Mariae Tomaselli et Palmae Staccioli a meningite tuberculari, intercessioni Venerabilis Servae Dei Mariae Fortunatae Viti, monialis conversae Ordinis S. Benedicti, tributa.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 17 Iulii 1967.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. *ÍB* S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

II

ANICIENSIS

Canonizationis Beati Fratris Benildi, Confessoris, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Ad supremos caelitum honores impetrandos Beato Benildo, Confessori, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, bina facta tamquam prodigiosa, quot nempe pro iuridica Causae conditione afferri probarique necesse erat cognoscenda, sollertes actuosique actores exhibere curarunt.

Duarum sanationum historia breviter hic proponitur.

I. Frater Augustinus Subirana Piqué, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, vigintiduo annorum aetate actionem chirurgicam appendicetomiae subiit anno circiter 1948. In domo loci v. Cambriels anno 1949 morbo laborare coepit, quem medici a curatione ulcerae duodenali tribuerunt. Subsecutae curae incassum evenerunt, nam dolores prosecuti sunt : et ita mense Februario anno 1958 Tarraconae, post alteras inspectiones radiographicas, ulcera duodenalis iuxtapilorica inventa est, et die 1 Martii subsequentis actio chirurgica peracta fuit cum resectione gastroduodenali subtotali et anastomosi gastrodigiunali transmesocolica termino-laterali ; inventae quoque fuerunt nonnullae adhaesiones peritoneales in regione ileocaecali, actionem chirurgicam appendicetomiae subsequentes. Cursus postoperatorius felix evasit, et Frater Augustinus suum collegium repetere valuit. At paucos post dies supervenit vomitus, pirosis et stomachi saturitas. In clinicam denuo receptus alteram actionem chirurgicam subiit die 11 eiusdem mensis Martii de occlusione intestinali cum adhaesionibus postoperatoriis. Breve tamen post tempus denuo nova supervenit occlusio intestinalis, et ideo tertia laparatomia ex parte medentium peracta fuit die 21 eiusdem mensis Martii. Aegroti vero valetudo in peius evasit, et medici prognosim omnino infaustam dederunt. Morientium sacramenta Fratri Augustino administrata fuere; interim vero confratres tironesque collegii beato Benildo enixas preces admoverunt, aegroti sanitatem impetrantes. Misericors Deus has preces excipere benigne dignatus est, atque hora secunda diei 26 eiusdem mensis Martii statim morbus recessit et medici a curatione totalem valetudinem confirmarunt.

II. Lucia Prat, vidua Arbousset, iam a viginti annis tumore in parotide laborabat, quem tamen parvipendit et numquam curare sategit ; postea vero difficultatem digerendi animadvertit. Anno 1956 eadem

difficultas aucta est, et aegrota a quinquaginta octo ad triginta sex bilibras reducta, liquida tantum sumere potuit; dolores vero in cavea gastrica fortiter persensit. Circa finem anni 1956 doctor Brun aegrotam inspexit et radiographiée totum stomachum a tumore maligno invasum advertit. Die 4 Decembris eiusdem anni doctor Cabanettes chirurgicam actionem peregit, quae tamen inutilis prorsus evasit ob morbi gravitatem. Prognosim igitur infaustam emisit. Hinc novendiales preces beato Benildo parentes effundere coeperunt, quibus expletis, nullis sumptis medicamentis, aegrota convalescere coepit, et post breve tempus valetudini restituta fuit.

Super praefatis duabus assertis miris sanationibus iuridicae inquisitiones peractae fuerunt in archiepiscopali Curia Tarraconensi annis 1960-1961, et in episcopali Curia Nemausensi anno 1961, ac Romam transmissae.

Servatis omnibus de iure servandis, die 12 Iulii 1963 decretum prodiit super Processuum validitate; atque de eis Consilium medicum S. Rituum Congregationis disseruit in Sessionibus dierum 25 Maii 1964 et 27 Maii 1966, praefatasque sanationes extra naturales leges evenisse edixit. Dispensatione per decretum diei 3 Martii 1964 a Congregatione Antepraeparatoria super duobus assertis miraculis disceptandis indulta, die 4 Aprilis anni huius Congregatio Praeparatoria habita fuit, ac demum die 17 subsequentis mensis Iulii Congregatio Generalis coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VT, in qua Emus ac Revmus Dominus Paulus Cardinalis Giobbe, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam beato Benildo ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Emi Patres Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, Revmi Praelati Officiales nec non et Revmi Consultores theologi unanimes fuerunt in proferendum adfirmativum responsum. Quae suffragia intento animo secutus, Beatissimus Pater mentem suam statim aperire non dubitavit, iussitque decretum apparari super assertis duobus miraculis intercessioni Beati Benildi tributis, scilicet : *Constare de perfecta instantaneaque sanatione Fratris Augustini Subirana Piqué ab occlusione intestinali cum adhaesionibus postoperatoriis, et Dominae Luctae Prat, viduae Arbousset, a cancro diffuso lethali, intercessioni Beati Benildi, Confessoris, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, tributa.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 17 Iulii 1967.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. $ S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

27 maggio 1967. S. E. Revma Monsig. Poggi Amelio, Arcivescovo tit. di Cercina, ***Nunzio Apostolico nel Burundi e nel Rwanda.***

11 giugno » S. E. Revma Monsig. Clarizio Emmanuele, Arcivescovo tit. di Claudiopoli di Isauria, ***Delegato Apostolico in Canada.***

17 » » S. E. Revma Monsig. Forni Raffaele, Arcivescovo tit. di Egina, ***Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba Siriana.***

19 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Governatori Lauro, ***Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.***

30 » » S. E. Revma Monsig. Marchioni Ambrogio, Arcivescovo tit. di Severiana, ***Nunzio Apostolico in Svizzera.***

8 luglio » S. E. Revma Monsig. McGeough Giuseppe, Arcivescovo tit. di Emesa, ***Nunzio Apostolico in Irlanda.***

» » > S. E. Revma Monsig. Righi Lambertini Egano, Arcivescovo tit. di Doclea, ***Nunzio Apostolico in Italia.***

) S. E. Revma Monsig. Sensi Giuseppe Maria, Arcivescovo tit. di Sardi, ***Nunzio Apostolico in Portogallo.***

) S. E. Revma Monsig. Dadaglio Luigi, Arcivescovo tit. di Lero, ***Nunzio Apostolico in Spagna.***

» ») S. E. Revma Monsig. Raimondi Luigi, Arcivescovo tit. di Tarso, ***Delegato Apostolico negli Stati Uniti d'America.***

14 » S. E. Revma Monsig. Martini Carlo, Arcivescovo tit. di Abari, ***Nunzio Apostolico in Chile.***

15 » » S. E. Revma Monsig. Civardi Ernesto, Arcivescovo tit. di Sardica, ***Segretario del Sacro Collegio.***

22 » » S. E. Revma Monsig. Felici Angelo, Arcivescovo tit. di Cesariana, ***Pro-Nunzio Apostolico in Olanda.***

29 » » S. E. Revma Monsig. Pirozzi Felice, Arcivescovo tit. di Graziana, ***Nunzio Apostolico in Venezuela.***

5 agosto » S. E. Revma Monsig. Poggi Amelio, Arcivescovo tit. di Cercina, ***Pro-Nunzio Apostolico in Uganda.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

2 maggio 1967. S. E. Revma Monsig. Bretault Giuseppe, Vescovo titolare di Celle di Mauritania.
8 » » S. E. Revma Monsig. Charue Andrea Maria, Vescovo di Namur.
11 luglio » S. E. Revma Monsig. Fogar Luigi, Arcivescovo titolare di Patrasso.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

17 aprile 1967. Monsig. Oleckowski Stanislao (Siedlce).
24 » Monsig. Van Hussen Ermanno Giovanni (Utrecht).
5 maggio » Monsig. Christoph Leone (Osnabrück).
» » Monsig. Tindall Carlo (Leeds).
16 » » Monsig. Cunningham Giovanni Giuseppe (Hexham and Newcastle).
» » » Monsig. Grant Paolo (Hexham and Newcastle).
31 » » Monsig. Kelly Giovanni Giuseppe (Leeds).
7 giugno » Monsig. Marocchi Arnaldo (Parma).
» » Monsig. Triani Pietro (Parma).
19 luglio » Monsig. Drews Bernardo (Berlin).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

Il Collare dell'Ordine Piano:

25 luglio 1967. A S. E. il Generale Sunay Cevdet, Presidente della Repubblica di Turchia.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

25 luglio 1967. A S. E. il sig. Suleyman Demirel, Presidente del Consiglio dei Ministri di Turchia.
» » » A S. E. il sig. Ihsan Sabri Cagliyangil, Ministro degli Affari Esteri di Turchia.
» » » A S. E. il sig. Huveyda Mayatepek, Ambasciatore di Turchia presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 luglio 1967. A S E. il sig. Goppel Alfonso, Ministro-Presidente della Baviera *(Germania Federale).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 luglio 1967. A S. E. il sig. Van der Meulen Giuseppe *(Belgio).*
24 » » A S. E. il Generale Pereira de Castro Raul *(Portogallo).*

An. et vol. LIX 31 Octobris 1967 N. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Nonnulli Episcopi dioecesani uti Membra in Sacras Romanae Curiae Congregationes cooptantur.

PAULUS PP. VI

PRO COMPERTO SANE est quid Concilium Oecumenicum Vaticanum **II** de Ecclesiae Dei natura etiam visibili docuerit, itemque plane constat quid idem Concilium senserit de necessitate accommodandi nostrae aetatis rationibus ea omnia subsidia atque instrumenta, quibus Ecclesia utitur, ut efficaciore modo salutis opus sibi concreditum valeat inter homines exsequi.

Revera Ecclesia, cui invisibile eius Caput Christus Iesus iugem suam salutaremque assiduitatem praebere non cessat, talem externae suae compaginis amplitudinem assecuta est ut, quamvis non paucae neque exiguae difficultates ei ubique fuerint .supervadendae, universas terrarum orbis partes iam attigerit. Quare, si alias umquam, hodie potissimum negotia, quae ad Ecclesiam pertinent, universale momentum habere dicenda sunt, ad eaque rite expedienda opus est animi praeparatione, mentis habitu rerumque usu vere catholicis.

Iure igitur merito Concilium Oecumenicum, inter normas opportune sancitas per Decretum ***Christus Dominus,*** votis expetivit ut in Membra Dicasteriorum Romanae Curiae cooptarentur ***etiam aliqui Episcopi praesertim dioecesani, qui mentem, optata ac necessitates omnium Ecclesiarum Summo Pontifici plenius referre valerent.***[1]

Nos vero qui, ex providentis Dei consilio, licet impares, Pastoris Universalis munere fungimur, ac probe conscii sumus gravitatis officii Nobis concrediti, nihil potius habemus quam ut Ecclesiae bonum animorumque salutem magis magisque promoveamus; cumque praeterea studio flagremus ad effectum deducendi normas a Concilio Oecumenico Vaticano II statutas, libenti sane animo operam damus, ut etiam iusta optata ac vota, quae Venerabiles Nostri in Episcopatu Fratres inter idem Concilium significaverunt, efficiantur.

Quamobrem, ut Nostra Romana Curia feliciter obire possit nova eaque gravia munera, quae ex normis votisque Concilii Oecumenici oriuntur, utque ipsi, auctis necessitatibus, praesto sit scientia atque prudentia Nostrorum in Episcopatu Fratrum, sedulo studio vias atque rationes consideravimus, quibus Dicasteria Ecclesiae Universalis regimini praeposita sapienti ipsorum consilio et opera plus plusque uti possent; prorsus enim persuasum habemus, si maioris momenti argumenta coniunctis sententiis, ordinate diligenterque perpendantur, exinde universam vitam catholicam emolumentum reapse percepturam esse, idque prodesse posse non solum ad expedienda graviora Ecclesiae negotia, sed ad ipsas solvendas quaestiones, quae hodie homines sollicitos tenent.

Itaque, rebus omnibus mature perpensis, postquam sententiam rogavimus viros scientia auctoritateque praestantes ac supernum Dei lumen supplicibus precibus invocavimus, motu proprio haec quae sequuntur statuimus ac decernimus:

i Decr. *Christus Dominus,* n. 10; A.A.S. LVIII, 1966, p. 677.

I. Sacris Romanis Congregationibus, praeter Patres Cardinales, assignantur etiam aliquot Episcopi dioecesani, qui earundem Congregationum pleno iure erunt Membra.

II. Hi Episcopi intersunt tamquam Membra coetibus plenariis, in quibus res maioris momenti et naturam principii generalis habentes sint pertractandae. Ceteri vero coetus ordinarii sacrarum Congregationum procedere pergent iuxta praxim, iisdemque intererunt Patres Cardinales iique Episcopi Membra, qui forte in Urbe adsint.

III. Ad praecavenda autem incommoda, quae Dioecesibus oriri possint ob crebram diuturnamque absentiam sacrorum Pastorum (qua de re in memoriam revocamus normas de Episcoporum residentia iure canonico statutas), decernimus ut coetus plenarii sacrarum Congregationum habeantur, nisi peculiaria adiuncta aliter suadeant, semel in anno, tempore opportune statuendo ab iisdem Congregationibus.

IV. Nominatio Episcoporum Membrorum, quam Nobis reservamus, hoc modo fiat: Cardinales Praefecti singularum Congregationum opportunas instituant percontationes atque investigationes apud Conferentias Episcopales et, si casus ferat, etiam indicem quaerant Episcoporum candidatorum, qui in rebus, de quibus agitur, peculiari peritia polleant; his peractis, eorum nomina proponant, qui a Nobis libere eligantur.

V. Singulis sacris Congregationibus accensentur septem Episcopi Dioecesani, ita seligendi, ut ceteris praeferantur ii qui rerum, de quibus agitur, vere sint periti; congrua etiam ratio habeatur terrarum continentium, quas ipsi incolunt, ita ut Ecclesiam Universalem quodammodo exprimant.

Pro coetibus plenariis sacrae Congregationis de Religiosis,

ratione habita peculiaris muneris huius Dicasterii, nominabuntur decem Membra, quorum tria eligenda erunt ex indice Superiorum Generalium Ordinum vel Congregationum Clericalium, quem Unio Romana Superiorum Generalium conficiet et Cardinali Praefecto exhibebit.

VI. Ut sacrae Congregationes rerum usu fruantur semper novorum ac valentium Membrorum, eorundem munus ad quinquennium vigebit.

VII. Quod attinet sive ad moderationem S. C. de Propaganda Fide sive ad tempus quo Membra munera sua sustinebunt et ad alia peculiaria praescripta, servandae sunt cum Normae a Nobis impertitae per Litteras ***Ecclesiae sanctae*** motu proprio die 6 augusti anno 1966 datas, ad exsequendum Decretum Concilii Oecumenici Vaticani II ***Ad Gentes divinitus,***[2] tum aliae quoque Normae quae, per Constitutionem Apostolicam de Romana Curia proxime edendam, statuentur.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vi mensis Augusti, in festo Transfigurationis D. N. I. C, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

2 Cf. Decr. *Ad Gentes divinitus,* n. 15: A.A.S. LVIII, 1966, p. 963.

CONSTITUTIO APOSTOLICA DE ROMANA CURIA

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

REGIMINI ECCLESIAE UNIVERSAE Romani Pontifices, Beati Petri Successores,[1] pro temporum adiunctis et necessitatibus consulere studuerunt, ascitis viris peritis qui sibi consilio et auxiliatrice opera praesto essent. Ad hoc quod attinet, in primis Presbyterium Urbis et S. E. E. Cardinalium Collegium, quod ex illo volventibus saeculis originem traxit, sunt memoranda. Paulatim etiam, ut notum est, ex Officio quod, ad expediendas Litteras Pontificias pertinens, saeculo iv primum inchoatur, plura manarunt Officia; quibus accessit Auditorium, quod, saeculo xni verum effectum Tribunal,[2] a Ioanne XXII (1316-1334) perfectius est ordinatum.[3] Augescente vero negotiorum magnitudine, Coetus seu Commissiones Purpuratorum Patrum, qui ad peculiares quaestiones pertractandas erant delecti, saeculo xvi Summo Pontifici efficaciore ratione adesse coeperunt; e quibus deinde Romanae Curiae Congregationes sunt ortae. Xysto V, Decessori Nostro, laudi cedit, quod in

[1] Cf. Conc. Vatic. I, Sess. IV, Const. dogm. *Pastor aeternus,* cap. 2: Denz. n. 3057; C.I.C., can. 218, § 1; Conc. Vatic. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* n. 18 (A.A.S. LVII [1965],-p. 21); Decr. *Christus Dominus,* n. 2 (A.A.S. LVIII [1966], p. 673).

[2] N. Dei Re, *La Curia Romana, Lineamenti storico giuridici,* Roma 1952, pp. 217-218.

[3] Cf. Bullarium Romanum, Ed. Romana, T. III, P. II, p. 195/B. Constitutio *Ratio Iuris,* quae sine die nunc datur, in editionibus Romana et Taurinensi Bullarii Romani sub anno 1326 ponitur; attamen, auctores recentiores, uti Michael Tangi *(Die Päpstlichen Kanzleiordnungen von 1200-1500,* Oeniponte 1894, p. 83) et Emmanuel Cerchiari *(Capellani Papae et Apostolicae Sedis auditores Causarum Sacri Palatii Apostolici seu Sacra Romana Rota ab origine ad diem usque 20 septembris 1810,* III, Romae 1919, pp. 69), qui eam denuo excuderunt e codicibus, sub anno 1331 eamdem ponunt.

Constitutione ***Immensa Aeterni Dei*** die xxn mensis Ianuarii anno MDLXXXVIII edita,[4] eiusmodi Sacra Consilia apto ordine disposuit et Romanae Curiae formam provide descripsit. Progrediente vero aetate factum est, ut quaedam obsolescerent, quaedam essent addenda, quaedam aliter componenda. Quod opus Decessor Noster Sanctus Pius X est aggressus, Constitutionem a verbis ***Sapienti consilio*** incipientem die xxix mensis Iunii anno MCMVIII edendo.[5] Cuius ordinationes, sagacis et sollertis illius Ecclesiae Pastoris perenne documentum, in Codicem Iuris Canonici, paucis mutatis, sunt receptae.

Non est diffitendum Romanae Curiae Officiales, quorum numerus saepe satis parvus fuit, Romanis Pontificibus et universae Ecclesiae egregiam operam navasse, maxime ex quo Concilium Tridentinum christifidelium familiae novum tribuit vigorem.

Profecto non minima ex parte eorum merito contigit, ut auctoritas Apostolicae Sedis et Ecclesiae Catholicae magis in dies augeretur et nomen christianum per hos fere LX annos proxime praeteritos in totum terrarum orbem, praesertim in regionibus missionali opere excolendis, feliciter propagaretur.

Attamen ob celerrimum vitae hodiernae cursum et mutatas temporum nostrorum et ipsius Ecclesiae condiciones, visum est Romanam Curiam, egregia laude dignam propter eius studiosam observantiam, navitatem, industriam, probitatem, apta ratione accommodare, ita ut plane congruens et efficacissimum evadat veluti instrumentum eius, cui supremum magisterii et regiminis munus est creditum. Iamvero non est qui ignoret, in tam veloci humanarum rerum progressione, nuntia huc, quasi ad centrum, incredibili cum celeritate afferri, instrumenta communicationis socialis miris provecta esse incrementis, summam itinerum facilitatem non levi esse Episcopis commodo.

[4] Cf. Bullarium Romanum, Ed. Taurinensis, T. VIII, pp. 985-999.
[5] Cf. A.A.S. 1 (1909), pp. 9-135.

Ratio etiam, quemadmodum decet, habenda est optati Patrum Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, quod hisce verbis est enuntiatum: « Dicasteria, quae quidem Romano Pontifici atque Ecclesiae Pastoribus eximium praebuerunt auxilium, novae ordinationi, necessitatibus temporum, regionum ac Rituum magis aptatae, subiciantur, praesertim quod spectat ad eorundem numerum, nomen, competentiam propriamque procedendi rationem, atque inter se laborum coordinationem ».[6]

Viam autem, qua exoptata Romanae Curiae Nostrae renovatio procedere debeat, non aliam esse putamus quam eam, quae ipsius Institutorum Ecclesiae renovationis propria esse cognoscitur. Etenim, ut alteram Concilii Vaticani Secundi sessionem die XXIX Septembris anno MCMLXIII aperientes declaravimus : « renovatio, ad quam Concilium spectat, neque praesentem Ecclesiae vitam subvertere ducenda est, neque eius traditiones interscindere, in iis quae sunt potissima et venerabilia, sed potius his ipsis traditionibus honorem habere, caducis et mendosis formis exutis, atque easdem sinceras feracesque efficere velle ».[7]

De necessitate quidem Romanae Curiae nullum dubium potest moveri. Quomodo enim valeret Summus Pontifex, tot tantisque laboribus distentus, ea solus perferre, sine adiutoribus, sine consiliariis, quae cum sollicitudine conectuntur omnium Ecclesiarum? Pari necessitate illa est servanda quoad primariam suam compagem necnon necessitudinem cum Romano Pontifice, utpote organicum instrumentum quod Ipse adhibet in suprema potestate exercenda, quam « secundum Christi ipsius institutionem... in universam Ecclesiam obtinet ».[8] Ideo, retinendos esse censemus, licet in pluribus renovandus, tres praecipuos Dicasteriorum ordines, nempe Sacra-

6 Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus,* n. 9 (A.A.S. LVIII [1966], p. 576).

7 Paulus VI, Alloc, habita in altera Concilii Vaticani II Sessione, 29 sept. 1963 (A.A.S. LV [1963], p. 851).

8 Conc. Vatic. I, Sess. IV, Const. dogm. *Pastor aeternus,* cap. 2 (Denz. n. 3057).

rum Congregationum, Tribunalium et Officiorum, adiunctis vero Secretariatibus certa ac firma ratione conditis.

Sacrorum Dicasteriorum numerus, etsi quibusdam suppressis, augetur institutione Consilii de laicis, Secretariatuum, Generalis Ecclesiae Rationarii seu Officii, ut aiunt, « statisticae ». Magni momenti, ex qua optimos exspectamus fructus, inducta est innovatio Apostolicis Litteris ***Pro comperto sane*** motu proprio die vi mensis Augusti MCMLXVII datis, quibus quidam Episcopi dioecesani, uti Membra, singulis Sacris Congregationibus assignantur; itemque ad mutuas rationes inter Sacras Congregationes ordinandas et fovendas constituere voluimus, ut tum negotia mixtae competentiae, quae dicuntur, communi consilio pertractarentur, tum facta convocatione per Cardinalem Secretarium Status, omnes Cardinales Dicasteriis praepositi munera et opera mutuo ordine nexuque componerent.

Insuper, quo aptius prospiciatur curae rerum Ecclesiae per totum orbem terrarum diffusae, eos, qui Apostolicae Sedi in illa regenda adsint, undique gentium placet advocari, idque ex more institutoque Romanorum Pontificum. Singulares autem animi dotes, quae in eiusdem Curiae administris spectatae virtutis viris priore aetate refulserunt, his et futuris temporibus iisque magis resplendeant oportet: eniteat in iis germana pietas vitaeque integritas; suae utilitatis immemores, uni Ecclesiae ac fidelium bono ardenti studeant amore; eos non inflectat favor; non muneris vel personae corrumpat acceptio; gravitatis rerum sibi mandatarum conscii, recogitent opus suum in christianae communitatis commodum aut detrimentum vertere posse; vi ingenii consiliique praediti, diligentes sint officii et navitate insignes, in doctrina et re pastorali affatim versati, quos investigando vel experiendo collegerat proferant fructus.

Huc accedit, ut Congregationum Praepositi et Membra, sive Cardinales sive Episcopi, et Consultores in posterum nonnisi

ad quinquennium assumentur, licet eiusmodi munus iis possit Summi Pontificis iudicio prorogari.

Eadem de causa expedire visum est ut Cardinales qui Dicasteriis Romanae Curiae praeficiuntur, a munere suo discedant, cum Summus Pontifex morte corripitur; qua lege eximuntur Cardinalis Vicarius Generalis in Urbe, Camerarius, Paenitentiarius Maior, qui ordinaria negotia, ad Summum Pontificem non referenda, pergent expedire; quae autem ad eundem Pontificem referenda essent, Sacro Cardinalium Collegio proponant.

Ad ipsos laicos animum convertentibus valde prodesse visum est Nobis eorum consilio uti, quoties subiecta materia id requirat suadeatque.

Administrandae autem iustitiae ministerio opportunis legibus prospicere statuimus, sive quod pertinet ad Sacram Romanam Rotam, cuius potestatem seu competentiam extendimus in omnes causas ad Sanctam Sedem rite delatas seu deferendas de nullitate matrimonii; sive quod spectat ad Signaturam Apostolicam, cui non modo integrum confirmamus invigilandi munus itemque constituendi, necessitate postulante, nova Tribunalia Regionalia vel Interregionalia, quemadmodum multis iam in regionibus providentissime actum est; verum etiam novam addimus competentiam circa contentiones ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae, firmis limitationibus suo loco statutis.

Ad Officia quod attinet, Apostolicam Cancellariam ita ordinare placuit, ut unicum Officium Apostolicis Litteris expediendis efficiatur.

Ob auctas autem recentioribus temporibus necessitates novum condere censuimus Officium quod munus obtineat invigilandi ut bona immobilia et mobilia, quae Apostolica Sedes possidet, prudenter administrentur, necnon partes impleat officii censorii recognoscendis reditibus et sumptibus eiusdem Apostolicae Sedis. Volumus praeterea, ut eidem Officio munus

concredatur invigilandi cunctis Administrationibus Apostolicae Sedis, non excepta Administratione Praefecturae Civitatis Vaticanae, eas apto nexu componendo et, si casus ferat, recognoscendo.

Itaque, in consilium adhibitis pluribus S. R. E. Cardinalibus aliisque viris peritis, circa Romanam Curiam haec, quae sequuntur, singillatim statuimus atque decernimus.

1

NORMAE GENERALES

Caput I

Normae Constitutivae

1. § 1. Curia Romana, qua Summus Pontifex negotia Ecclesiae universae expedire solet,[9] constat Congregationibus, Tribunalibus, Officiis et Secretariatibus.

§ 2. Congregationes sunt inter se iuridice pares.

§ 3. Conflictus competentiae, si qui oriantur, Signaturae Apostolicae subiciuntur.

2. § 1. Congregationes coalescunt ex Cardinalibus, quos Summus Pontifex ascribendos censuerit.

§ 2. Firmis ordinariis coetibus Patrum Cardinalium, ad pertractandas res maioris momenti et naturam principii generalis habentes, Congregationibus Plenariis intersunt, tamquam earumdem Membra, Episcopi dioecesani nominati a Summo Pontifice.

Convocatio Episcoporum fieri debet ad normam Litterarum Apostolicarum ***Pro comperto sane*** Motu Proprio datarum die 6 augusti 1967.

[9] Can. 7 C.I.C.

Quod attinet ad S. Congregationem pro Religiosis servetur praescriptum peculiare in eodem Motu Proprio statutum sub n. V; quod vero ad S. Congregationem pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, spectat, valent normae statutae sub n. 83, §§ 2-3 huius Constitutionis.

§ 3. Congregationibus praeest et eas dirigit Cardinalis Praefectus.

§ 4. Cardinali Praefecto adiutricem operam praestant Secretarius, electus a Summo Pontifice, necnon Subsecretarius, etiam a Summo Pontifice nominatus, aliique Officiales.

§ 5. Cardinales, qua Membra Congregationis, itemque Congregationum Secretarii nominantur ad quinquennium et possunt confirmari. Indigent autem confirmatione advenientis novi Summi Pontificis, exactis ab electione tribus mensibus.

Ii vero omnes de quibus in superiore § 2 ad quinquennium nominantur, iuxta praescriptum editum in comm. Motu Proprio diei 6 augusti 1967 sub n. VI.

3. Officiales seliguntur ex variis gentibus inter eos qui vere periti sint et experientia pastorali praediti.

4. Electi ad aliquod officium non possunt sibi vindicare ius ascendendi ad superius.

5. § 1. In omnibus Dicasteriis adsunt Consultores, a Summo Pontifice ad quinquennium electi ex universo orbe terrarum, tum inter Episcopos residentiales vel titulares, tum inter clericos dioecesanos vel religiosos vere peritos, prudentia et usu rerum comprobatos, necnon, si materia alicui Dicasterio subiecta id suadeat, inter laicos virtute, scientia, experientia praestantes, praesertim ex magistris studiorum Universitatum.

§ 2. Consultores possunt confirmari ad aliud quinquennium.

§ 3. Consultatio haberi potest tum per scripta vota, Romam mittenda, tum in coetibus pro opportunitate cogendis.

§ 4. Pro negotiorum varietate praeterea Consultores audiuntur, quorum consilium necessarium vel opportunum visum fuerit.

§ 5. In singulis casibus alii ad consulendum vocari possunt qui, licet in Consultorum numero non relati, peculiari peritia rei pertractandae, commendentur.

6. In quovis Dicasterio colligantur notitiae rationales, transmittendae Generali Ecclesiae Rationario.

7. Quaestiones quae iudicialiter sunt cognoscendae, remitti debent ad competentia tribunalia.

8. Patio habeatur votorum quae a Coetibus Episcopalibus prolata sunt, atque res seu rationes opportune foveantur cum similibus institutis interdioecesanis vel regionalibus. Episcopis sine mora acceptilatio mittatur quorumvis actorum quae ipsi transmiserint, iisque notificentur, quatenus fieri possit, Dicasteriorum Decreta, quae eorumdem dioeceseos peculiariter intersint, antequam haec promulgentur.

9. **§ 1.** Relationes ab Episcopis aliisve Superiorem non habentibus infra Summum Pontificem, de statu et progressu dioecesium aliorumque institutorum, statutis temporibus confectas, Dicasteria Romanae Curiae, intra limites suae cuiusque competentiae, sedulo et quamprimum perpendant, ut tempestive ea apparentur quae bono Ecclesiae necessaria vel utilia visa fuerint.

§ 2. Hunc in finem quaesita a Generali Ecclesiae Rationario exarentur, brevitate et perspicuitate enitentia, normaeque tradantur ad apte conficiendam relationem, eamque unicam, per partes ordinatam, et ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittendam singulis quinquenniis.

10. Romanam Curiam fas est adire, praeterquam officiali latino sermone, etiam linguis hodie late cognitis.

11. § 1. A Dicasteriis competentibus expediantur in forma Bullae tantum graviora negotia, exclusis iis quae attingunt collationem beneficiorum, vel officiorum non consistorialium.

§ 2. In minoribus expediendis negotiis, documenta seu acta redigantur forma simpliciore, i. e. Brevis vel epistolae, vel rescripti pro diversa eorumdem natura, dummodo rite obsignata et authenticitatis praesidiis munita.

§ 3. Expeditioni autem tum Bullarum tum maioris momenti Brevium vacat Cancellaria Apostolica, iuxta edendas normas peculiares.

12. Firmis praescriptis C.I.C.,[10] praeter normas superius statutas servandae sunt tum normae communes seu Ordo proxime edendus, tum normae speciales a singulis Dicasteriis, etiam collatis consiliis, ubi oportuerit, quamprimum condendae et approbationi Summi Pontificis subiciendae.

Caput II

Normae quoad negotia mixta

13. Negotia vel mixta, quae plurium Dicasteriorum competentiam ingrediuntur, vel similia, examinanda sunt collatis consiliis cum Dicasteriis, quorum intersit; quodsi subiecta materia id postulat, res defertur plenario conventui; si vero minora sunt negotia, ratio habeatur praescripti, de quo in proximo n. 16.

14. Ut consilia conferantur, a Cardinali Praefecto, cui res prius delata est, convocetur conventus, aut ex officio, aut

io Can. 243, § 2 et can. 244, §§ 1-2.

petente alio Dicasterio, aut proprio marte, aut ad instantiam eius, cuius interest.

15. § **1.** Conventui praeest Cardinalis, qui eundem coegit.

§ 2. Hisce in coetibus primum sermonem instituit Cardinalis Relator, si adsit; eo absente, Cardinalis Praefectus qui conventum convocavit.

§ 3. Secretarii munere fungitur Praelatus a Secretis Dicasterii, quod coetum indixit; et eius erit scriptis tradere atque Patrum approbationi, in fine sessionis, subicere formulam resolutionis vel saltem partem dispositivam.

16. In minoribus quaestionibus analoga ratione possunt convenire vel Cardinales Praefecti vel Praelati Secretarii. In altero casu, coetui praeest Secretarius Dicasterii convocantis a Secretis munere fungente iuniore, ad normam canonum.[11]

17. Statis temporibus conveniant Cardinales qui praeficiuntur Congregationibus pro Episcopis, pro Clericis, pro Religiosis et pro Institutione catholica, si casus ferat, ad labores coordinandos et quaestiones expendendas clerum universum respicientes.

18. Cardinales qui Dicasteriis praeficiuntur pro opportunitate convocari possunt a Cardinali Secretario Status ad labores omnium coordinandos, ad notitias praebendas et consilia capienda.

ii Can. 106 C.I.C.

II

SECRETARIA STATUS SEU PAPALIS ET SACRUM CONSILIUM PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS

Caput I

Secretaria Status seu Papalis

19. § 1. Secretaria Status seu Papalis, cui praeest Cardinalis Secretarius, opem ferentibus Substituto et Adsessore, munus obtinet proxime iuvandi Summum Pontificem, tum in cura universae Ecclesiae, tum in rationibus cum Dicasteriis Romanae Curiae.

§ 2. Sede Apostolica vacante, Substitutus moderamen Officii servat, de quo respondet Sacro Collegio Cardinalium.

20. Ipsius Cardinalis Secretarii est convocare statis temporibus, iuxta praescriptum n. 18, Cardinales Dicasteriis Romanae Curiae praepositos, ad labores coordinandos, notitias praebendas, consilia capienda.

21. Ad Secretariam Status seu Papalem pertinet omnia expedire quae Summus Pontifex eidem commiserit; in ea incumbere quae ordinaria negotia attingunt extra competentiam propriam Dicasteriorum Romanae Curiae; rationes cum iisdem fovere, praeterea cum Episcopis, cum Legatis Sanctae Sedis, cum civilibus Guberniis eorumque Legatis, cum privatis personis, salva semper manente competentia S. Consilii pro Publicis Ecclesiae negotiis, et, quatenus opus fuerit, communi cum eodem sententia procedendo.

22. Secretaria Status seu Papalis complectitur quoque:

I° Officium pro exarandis latina lingua Litteris Apostolicis, epistolis aliisve documentis a Summo Pontifice eidem commissis;

2° Officium expeditionis Brevium minoris momenti; cuius est etiam conficere et expedire Apostolicas Litteras, a Cardinali Vicario exsecutioni tradendas, pro collatione dignitatum, canonicatuum inferiorumque beneficiorum in Capitulis tum patriarchalibus tum collegialibus-Almae Urbis;

3° Officium pro colligendis nuntiis et ephemeridibus, diariis aliisque eiusdem generis scriptionibus, necnon pro notitiis recipiendis riteque ordinandis.

23. Secretaria Status seu Papalis, una cum Sacro Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis, invigilat peculiari modo Consilio instrumentis communicationis socialis praeposito.[12]

24. Item Secretaria Status invigilat Ecclesiae Rationario, quod « Statistica » vulgo appellatur.

25. Cardinali Secretario Status respondere debet Praefectura (Governatorato) Civitatis Vaticanae.

Caput II

Sacrum Consilium pro Publicis Ecclesiae negotiis

26. Licet cum Secretaria Status seu Papali assiduas habere debeat rationes, ab eadem tamen ex nunc distinguitur et seiungitur Congregatio quae hactenus vocabatur pro Negotiis Ec-

[12] Cf. Litt. Ap. *In fructibus multis,* Motu Proprio datas die 11 apr. 1964 (A.A.S. LVI [1964], pp. 289-292).

clesiasticis Extraordinariis et in posterum appellabitur Sacrum Consilium pro Publicis Ecclesiae negotiis.

27. § i. S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario.

§ 2. Munera Praefecti S. Consilii pro Publicis Ecclesiae negotiis et Secretarii Status in eandem personam cumulantur.

28. Huius S. Consilii est omnia agere quae cum civilibus Guberniis agenda sunt; insuper in ea negotia incumbere, quae eius examini subiciuntur a Summo Pontifice, praesertim ex illis quae cum legibus civilibus aliquid habent coniunctum; item fovere rationes diplomaticas cum Nationibus; agere quae ad Nuntiaturas, Internuntiaturas, Delegationes Apostolicas attinent, collatis consiliis cum Secretaria Status, quacum insuper arctioribus nexibus iungitur, quoties huius quoque competentiam materia pertractanda ingrediatur.

III

SACRAE CONGREGATIONES

Caput I

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei

29. Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei munus obtinet doctrinam de fide et moribus in universo catholico orbe tutari.[13]

30. Ei praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario, Subsecretario et Promotore Iustitiae.

31. Ad eam spectant quaestiones omnes, quae fidei morumque doctrinam attingunt, vel cum ipsa fide conectuntur.

is Cf. Litt. Ap. *Integrae servandae,* Motu Proprio datas die 7 dec. 1965 (A.A.S. LVII [1965], p. 952).

32. Examinat novas doctrinas novasque opiniones, quavis ratione evulgatas, atque studia de hac re promovet, Congressusque virorum doctorum fovet; illas vero reprobat de quibus constat fidei principiis esse oppositas, auditis tamen Episcopis regionum, si eorumdem intersit.

33. Delatos sibi libros diligenter excutit, et eos, si oportuerit, reprobat, audito tamen auctore, eique facta facultate sese, etiam scripto, defendendi, et nonnisi praemonito Ordinario, uti iam cautum est in Constitutione ***Sollicita ac provida*** Benedicti XIV.

34. Eiusdem pariter est cognoscere in iure aut in facto quae circa privilegium fidei versantur.

35. Eidem competit iudicare de erroribus circa fidem, iuxta processus ordinarii normas.

38. Agit ad sacramenti Paenitentiae dignitatem tutandam, secundum suas emendatas et probatas normas procedens ; quae quidem Ordinariis locorum significabuntur, facta reo sese defendendi facultate, eligendive patronum ex iis qui apud Congregationem approbati sunt.

37. Rationes opportunas fovet cum Pontificia Commissione de re biblica.

38. Eidem Congregationi coetus Consultorum adest, qui a Summo Pontifice ex viris doctrina, prudentia, usu praestantibus ex universo terrarum orbe eliguntur.

Consultoribus adiungi possunt, si materia tractanda id exigat, viri periti, praecipue ex magistris Studiorum Universitatum electi.

39. Congregatio duplici modo procedit: vel administrativo vel iudiciali, pro diversa rerum tractandarum natura.

40. Regulae ad ordinem internum Congregationis spectantes, peculiari data Instructione, publici iuris fient.

Caput II

Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus

41. Quae adhuc appellabatur Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus.

42. Haec Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, adiutricem operam navantibus Secretario et Subsecretario, in numerum Membrorum refert, praeter Cardinales a Summo Pontifice delectos, etiam Patriarchas Ecclesiarum Orientis atque Archiepiscopos Maiores eisdem aequiparatos necnon Cardinalem Praesidem Secretariatus pro Christianorum unitate fovenda, firmo praescripto de quo in Normis generalibus, n. 2, § 2; Consultores insuper asciscit sive inter Orientales diversorum rituum, sive inter Latinos, qui disciplinarum eidem subiectarum vera peritia et usu rerum fuerint comprobati. Inter Consultores semper adnumeratur a Secretis Secretariatus pro unitate Christianorum.

43. Eadem Congregatio tot officia habet quot sunt ritus Ecclesiarum Orientalium communionem habentium cum Sede Apostolica.

44. Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus cognoscit omnia cuiusvis generis negotia, quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum Orientalium pertinent, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione, Latinos quoque attingant; eidemque uni soli subiiciun-

tur territoria in quibus maior christianorum pars ad ritus orientales pertineat; immo in ipsis territoriis latinis sedula cura, etiam per Visitatores, invigilat nucleis nondum ordinatis fidelium Rituum Orientalium eorumque spiritualibus necessitatibus, quoad fieri potest, consulit, per constitutionem quoque propriae hierarchiae, si numerus fidelium et adiuncta id exigant.

45. § 1. Congregatio omnibus facultatibus gaudet, quae aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, remissis tamen ad cetera Dicasteria negotiis ad ipsa spectantibus, incolumi semper iure Paenitentiariae Apostolicae.

§ 2. Quod vero attinet ad Sodales religiosos latini ritus, missionarios in regionibus de quibus in n. **44,** haec Congregatio competentiam habet in quidquid eosdem qua missionarios, sive uti singulos sive simul sumptos, tangit; quidquid vero eosdem qua religiosos, sive uti singulos sive simul sumptos, attingit, Congregationi pro Religiosis remittit aut relinquit.

§ 3. Consilia praeterea confert cum Secretariatu pro Christianorum unitate, in iis quae ad Ecclesias Orientales seiunctas pertinent, necnon cum Secretariatu pro non Christianis, praesertim quoad rationes cum religionis islamicae asseclis.

Caput III

Sacra Congregatio pro Episcopis

46. Quae hucusque appellata est Sacra Congregatio Consistorialis, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Episcopis.

47. Congregationi pro Episcopis praeest Cardinalis Praefectus, adiuvantibus Secretario et Subsecretario.

48. Praeter alios, quos Summus Pontifex Congregationi adscribendos censuerit, ad eandem pertinent ex officio Cardi-

nales qui praeficiuntur S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis, Congregationibus pro Doctrina Fidei, pro Clericis, pro Institutione catholica. Inter Consultores eiusdem adnumerantur Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Secretarii Dicasteriorum pro Publicis Ecclesiae negotiis, pro Doctrina Fidei, pro Clericis, pro Institutione catholica.

49. § **1.** Ad Congregationem pro Episcopis spectat, in locis et pro personis non obnoxiis Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus vel pro Gentium Evangelizatione, novas dioeceses, provincias, regiones constituere, easdem constitutas dividere, unire, recognoscere, tum Conferentiis Episcopalibus — quarum intersit — proponentibus,[14] tum iisdem, si casus ferat, auditis; Vicariatus Castrenses erigere necnon, auditis Conferentiis Episcoporum territorii, Praelaturas ad peculiaria opera pastoralia perficienda pro variis regionibus aut coetibus socialibus speciali adiutorio indigentibus;[15] agit praeterea quae attingunt Episcopos, Administratores Apostolicos, Coadiutores et Auxiliares Episcoporum, Vicarios Castrenses ceterosque Vicarios seu Praelatos iurisdictione personali fruentes, nominandos.

§ 2. Quoties vero de erectione, divisione, provisione dioecesium agendum est cum Civilibus Guberniis, acta tractantur a S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis,[16] salva peculiari condicione pro aliqua Civitate;[17] sed in utroque casu Dicasteria pro Episcopis et pro Publicis Ecclesiae negotiis collatis consiliis procèdent, regulariter negotium deferendo Coetui mixto Cardinalium, praevia mutua actorum communicatione; firma semper manente norma definiendi concorditer rationes quibus agon-

ia Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus,* nn. 22-24; 39-40 (A.A.S. LVIII [1966], pp. 683, sq.; 694).

is Ibid., n. 42; Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 10 (A.A.S. LVIII [1966]. p. 1007); Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae,* diei 6 aug. 1966, I, 4 (A.A.S. LVIII [1966], p. 760).

16 Can. 255 C.I.C.

17 Cf. Litt. Pii PP. XI, diei 5 iulii 1925; cf. etiam Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 7 martii 1930, pro Italia.

da sint consimilia, quae intra limites suae competentiae cognoscuntur a pluribus Romanae Curiae Dicasteriis.

§ 3. Congregationis autem pro Episcopis est, in omnibus casibus, edere decretum erectionis, divisionis, provisionis dioecesium.

§ 4. Eiusdem Congregationis est omnia cognoscere quae respiciunt Episcopos, sive quoad personas, sive quoad munera, sive quoad actionem pastoralem; itemque iisdem a munere cessantibus consulere.[18] Quare ipsa videt ea quae attinent ad statum dioecesium necnon ad mensas- episcopales; recipit et perpendit quae ab Episcopis de statu et progressu dioecesium scripto relata sint; communi sententia cum Dicasteriis, quorum interest, indicit visitationes apostolicas easque examinat quae fuerint absolutae, transmissis in utroque casu singulis Dicasteriis iis quae ad ea peculiariter pertinent.

§ 5. Videt praeterea quae respiciunt Primates et Metropolitas; curat quae concessionem sacrorum palliorum respiciunt; parat agenda in Consistoriis.

50. Congregationis pro Episcopis est, collatis consiliis cum Congregatione pro Clericis, et, quatenus opus, cum ceteris Dicasteriis, quorum interest, extra loca quae subsunt Congregationibus pro Ecclesiis Orientalibus et pro Gentium Evangelizatione, ea perpendere quae ad Conciliorum particularium celebrationem et recognitionem atque ad Episcoporum Coetus seu Conferentias attinent.[19]

51. Eidem competit normas edere quibus per Conferentias Episcopales, praesertim nationales, concorditer consulatur urgentioribus necessitatibus fidelium ; itemque, servato nexu cum aliis Dicasteriis, prospicere directoriis generalibus, in usum

is Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus,* n. 21 (A.A.S. LVIII [1966], p. 683).

is Ibid., nn. 36-38 (A.A.S. LVIII [1966], p. 892); cf. etiam Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae,* diei 6 aug. 1966, I, 41, §§ 1-5 (A.A.S. LVIII [1966], p. 773 sq.).

Episcoporum, conficiendis, de cura animarum, ut certae praebeantur ipsis rationes ad munus pastorale facilius obeundum.[20]

52. Eidem Congregationi pro Episcopis adnectuntur Consilia et Secretariatus: de Emigratione; de Operibus Apostolatus maris, aëris, nomadum. In hisce casibus procedit concorditer cum Dicasteriis pro Clericis et de Laicis.

53. Ad Cardinalem Praefectum huius Congregationis spectat convocare, ex officio vel ad instantiam eorum, quorum interest, Cardinales Praepositos Congregationibus pro Clericis et pro Religiosis, et, quatenus opus sit, pro Institutione catholica, ad quaestiones perpendendas universum clerum respicientes laboresque coordinandos.

CAPUT IV

Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum

54. Congregatio de disciplina Sacramentorum, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, videt omnia quae respiciunt disciplinam septem Sacramentorum, incolumi competentia, quoad doctrinam, Congregationis pro Doctrina Fidei; Congregationis Rituum quoad ritus et caeremonias in Sacramentis conficiendis, ministrandis et recipiendis; Signaturae Apostolicae tum circa prorogationes competentiae in iisdem causis, tum circa munus invigilandi ad normam iuris administrationi iustitiae erigendique Tribunalia Regionalia vel Interregionalia; S. Romanae Rotae circa causas nullitatis matrimonii.

55. Ad eandem Congregationem spectant quae decerni concedique solent in disciplina Sacramentorum et in celebratione

20 Ibid.. n. 44 (A.A.S. LVIII [1966], p. 695).

Sacrificii Eucharistici. Insuper eadem Congregatio largiri valet dispensationes, quae competentiam Episcoporum praetergrediuntur, etiam a ieiunio Eucharistico sive fidelium sive, ratione habita, si oportuerit, S. Congregationis pro Doctrina Fidei, sacerdotum Missam celebrantium.

56. § **1.** Ipsa cognoscit quoque et sola de facto inconsummationis matrimonii, etiam inter partem catholicam et acatholicam baptizatam necnon inter partes baptizatas acatholicas, sive pertineant ad ritum latinum sive ad ritum orientalem, necnon de exsistentia causarum ad dispensationem concedendam deque omnibus quae cum his sunt conexa.

§ 2. In causis inconsummationis matrimonii inter coniuges ad orientales ritus pertinentes, acta perpendenda curat per peculiarem Commissariorum coetum rebus orientalibus peritorum.

57. Eodem modo ad ipsam pertinet videre de obligationibus ad ordines maiores adnexis, atque examinare quaestiones de validitate sacrae Ordinationis, aut eas ad Tribunal competens remittere, audita, quatenus opus est, S. Congregatione pro Doctrina Fidei.

Caput V

Sacra Congregatio Rituum

58. Sacra Congregatio Rituum competentiam habet in omnia quae cultum divinum directe et proxime respiciunt in Ritu romano ceterisque Ritibus latinis, firma competentia aliorum Dicasteriorum quoad ea quae vel doctrinam vel disciplinam attingunt, vel ordinem iudicialem requirunt.

59. Item ea omnia agit quae ad beatificationem et canonizationem Servorum Dei vel ad sacras reliquias quoquo modo referuntur.

60. Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvante Secretario, in duplicem dispescitur sectionem: liturgicam seu de cultu, et iudicialem seu de causis Servorum Dei.

Sectio I

61. § 1. SECTIO CULTUS, quae sua habet Membra suosque Consultores, omnia complectitur ad cultum spectantia, tam liturgicum quam non liturgicum, eique immediate praeficitur Subsecretarius.

§ 2. Sectio haec in tria partitur officia:

T Per OFFICIUM, PRIMUM : incumbit in ordinandum cultum divinum liturgicum sub ratione pastorali et rituali.

2° Per OFFICIUM SECUNDUM: rationes fovet cum Conferentiis Episcopalibus et Institutis liturgicis; notitias de vita liturgica in Ecclesia atque scripta de re liturgica edita colligit et perpendit; firmis muneribus, donec instauratio liturgica perficiatur, Consilii ad exsequendam Constitutionem Concilii Vaticani II de sacra Liturgia.

3° Per OFFICIUM TERTIUM: seu de cultu non liturgico, curat de piis sacrisque populi christiani exercitiis, salva competentia S. Congregationis pro Doctrina Fidei.

§ 3. Haec Sectio iuvatur tum a suo Coetu Consultorum, undique gentium, inter peritissimos re liturgica eligendorum a Summo Pontifice, tum a Commissionibus pro quaestionibus difficilioribus investigandis.

§ 4. In libros liturgicos emendandos et instaurationem liturgicam absolvendam incumbit Consilium ad exsequendam Constitutionem Concilii Vaticani II de sacra Liturgia cuius tamen conclusiones definitivae subiciendae sunt Congregationi Plenariae huius Sectionis.[21]

Consultores praeterea huius Consilii eo ipso Periti sunt S. Rituum Congregationis.

2i Can. 244 C.I.C.

Sectio II

62. § 1. SECTIO IUDICIALIS, seu de causis Servorum Dei, sub Secretarii ductu et Auditoris Generalis immediata directione, ea praestat quae spectant sive ad moderandos processus beatificationis et canonizationis Servorum Dei, etiam ad ritus orientales pertinentium, sive ad sacras reliquias.

§ 2. Sectio haec iudicialis in triplicem subsectionem partitur, assignato unicuique a Summo Pontifice congruo numero Patrum Cardinalium et Consultorum.

1° SUBSECTIO PRIMA: moderante Auditore Generali cognoscit supplices libellos pro causarum introductione; normas tradit ad processus canonicos instruendos; peractae instructionis acta perpendit; supplementa instructoriae, si casus ferat, praecipit; videt — praesertim — de opportunitate introductionis causae, auditis semper saltem tribus Consultoribus, et perpenso voto Promotoris Generalis fidei. Decisio autem ferenda est a coetu Patrum Cardinalium, huic negotio praeposito.

Eadem subsectio videt quoque de dubiis minoribus, de validitate actorum deque incidentibus.

2° SUBSECTIO ALTERA: quae constat certo Consultorum numero, quasi iudicum munere fungentium, moderante Auditore Generali et praesentibus votumque ferentibus, praeter Consultores praedictos, Praelatis Officialibus, Promotore Generali fidei et Subpromotore, atque Relatore Generali, videt de scriptis Servorum Dei, de eorundem virtutibus in gradu heroico, aut de martyrio, aut de antiquo cultu.

Conventus decisio, rationibus innixa et ab omnibus subscripta, una cum scriptis singulorum suffragiis, animadversionibus Promotoris Generalis fidei et patroni responsionibus, semper ab Auditore Generali transmittenda est ad coetum Patrum Cardinalium, huic subsectioni assignatorum, qui, Praeside Cardinali Praefecto, et adsistente Secretario Congregatio-

nis, decernit utrum ad ulteriora procedi possit an novam praeparatoriam instruere oporteat, an vero causa sit reponenda.

3° SUBSECTIO TERTIA: certo Consultorum numero constans, a Consultoribus de quibus sub § **2, 2°** distinctorum, moderante Praelato Secretario Congregationis et praesentibus ac suffragium ferentibus Auditore Generali, Praelatis Officialibus, Promotore et Subpromotore Generali fidei atque Relatore Generali, praehabita medicorum relatione, visis animadversionibus Promotoris Generalis fidei et responsionibus patronorum, cognoscit de miraculis intercessione Servi Dei patratis.

Decisio, iisdem modis in § **2, 2°** statutis, subiicienda est coetui Patrum Cardinalium huius subsectionis.

§ 3. De decisionibus a Patribus Cardinalibus in tribus subsectionibus latis, relatio semper fiat Summo Pontifici, ad normam sacrorum canonum.[22]

§ 4. Firmae manent, pro subsectione secunda et tertia, Congregationes generales coram Summo Pontifice de quibus in Codice I. C.;[23] itemque ritus et sollemnitates, in Romana Curia receptae, Beatorum canonizationis, postquam in Consistorio decreta fuerit.[24]

§ 5. In sectione iudiciali habetur officium distinctum Promotoris Generalis fidei qui, opem ei ferentibus Subpromotore Generali, aliquibus subpromotoribus deputatis necnon congruo numero officialium, animadversiones proponit circa validitatem actorum, et circa dubia de heroicitate virtutum, de martyrio, de non cultu, de antiquo cultu, de miraculis.

§ 6. Sectio iudicialis suam habet Cancellariam, quae Auditori Generali directe est obnoxia, sub auctoritate tamen Cardinalis Praefecti et Praelati Secretarii.

§ 7. Sectio iudicialis denique albo ditatur tum Advocatorum et Procuratorum, qui dotibus et titulis instructi esse de-

22 Can. 2111 C.I.C.
23 Can. 2112; 2113; 2123; 212-1 C.I.C.
24 Can. 2141 C.I.C.

bent a iure requisitis,[25] tum collegio Medicorum ex peritissimis, quoad scientiam et probitatem, legitime selectorum.

63. Utrique Sectioni, cultus scilicet et iudiciali de causis Servorum Dei, praesto est Officium historico-hagiographicum, quod peculiari statuto regitur de quo in Litteris Apostolicis ***Già da qualche tempo,*** a Pio PP. XI motu proprio datis die 6 febr. 1930.

64. In quaestionibus circa Sacras Reliquias vel cultum Sanctorum iuxta doctrinae catholicae normas continendum, utraque Sectio, intacta sua cuiusque competentia, collatis consiliis procedit.

Item utrique Sectioni communia sunt tabularium, bibliotheca, tabulae, administratio seu arca nummaria, et alia quae Congregationi utilia esse possunt.

Caput VI

Sacra Congregatio pro Clericis

65. Quo aptius nomen congruat actioni, Sacra Congregatio Concilii, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Clericis.

66. Congregatio pro Clericis, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competens est in iis omnibus quae respiciunt clericos, qui in dioecesi apostolatum exercent, tum quoad personas tum quoad munera et ministerium pastorale.

Congregatio in triplex dispescitur officium.

67. § 1. Per OFFICIUM PRIMUM: Congregatio media et subsidia quaerit, proponit et urget quibus sacerdotes ad sanctita-

25 Can. 2018 C.I.C.

tem assequendam contendant;[26] studia ne intermittant,[27] adeo ut iidem praesertim in divina revelatione, scientia theologica, artibus liturgicis necnon in humanis disciplinis magis magisque edocti, fructuosius exerceant sacerdotale ministerium; instituta pastoralia promovet; curat erigendas bibliothecas pro clero;[28] instituendos ubique statis temporibus cursus, quos vocant, pro sacerdotibus, praesertim novensilibus, ut iidem pastorales cognitiones et methodum perficiant atque amplificent, experientias apostolicas mutuo communicent, activitates pastorales coordinent.[29]

§ 2. Haec omnia, eorum quidem peculiaribus muneribus aptata, etiam pro Diaconibus urgebit.

68. Congregationis, per idem officium, insuper est:

§ 1. In ea omnia incumbere quae ad munera et disciplinam attinent cleri dioecesani, ad Capitula tum cathedralia tum collegialia, ad consilia pastoralia, ad parochos et vicarios paroeciales ceterosque sacerdotes ministerium pastorale exercentes, ad ipsos religiosos, in iis omnibus quae non spectant vitam religiosam,[30] ad celebrationem Missae eiusque stipem; ad collationem officiorum vel beneficiorum non consistorialium; ad electiones populares adhuc forte vigentes in eorundem beneficiorum vel officiorum collatione;[31] ad obligationem recitationis Divini Officii pietatisque exercitia;

§ 2. Per peculiare Consilium principia generalia tradere, quibus regatur aptior cleri distributio;[32]

§ 3. De obligationibus videre communibus clericorum

[26] Conc. Vatic. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 15 (A.A.S. LVIII [1966], p. 1014).
27 Cf. ibid., n. 19 (A.A.S. LVIII [1966], p. 1019).
28 Cf. ibid.
29 Cf. ibid.
so Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus,* n. 35, 4 (A.A.S. LVIII [1966], p. 690).
[3]1 Litt. Ap. *Ecclesiae Sanctae,* Motu Proprio datae die 6 aug. 1966, I, n. 18, § 1 (A.A.S. LVIII [1966], p. 767).
32 ibid., I, n. 1 (A.A.S. LVIII [1966], p. 759).

et laicorum, apto nexu servato, si oportuerit, cum Consilio de Laicis;

§ 4. Invigilare ne desit in quavis dioecesi Consilium presbyterale atque, collatis consiliis cum Congregatione pro Episcopis, perpendere adiuncta quae suadeant illud, sede Episcopali vacante, confirmari a Vicario Capitulari vel Administratore Apostolico;[33]

§ 5. De controversiis circa praecedentiam inter clericos cognoscere, firmo iure Praefecturae Palatii Apostolici, necnon Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus, quoad praecedentiam inter religiosos; itemque de aliis controversiis via administrativa, inter clericos vel inter clericos et laicos, vel inter clericos dioecesanos et religiosos, firmis tamen n. 13 et ss.

69. Per SECUNDUM OFFICIUM: I° — maxime adlaborat in iis fovendis quae spectant praedicationem Verbi Dei; opera apostolatus temporum necessitatibus hominumque condicionibus accommodata promovet;[34] normas praebet opportunas, quae servari debent in institutione religiosa tradenda pueris, adolescentibus, iuvenibus, adultis; regulas indicat servandas in scholasticis lectionibus catecheseos, collatis tamen consiliis cum Congregatione pro Institutione catholica et, si casus ferat, cum Congregatione pro Religiosis et Institutis saecularibus; invigilat quibusvis cursibus catecheticis, tum paroecialibus tum scholaribus; curat ne ullibi desint institutiones tum ante tum post matrimonium habendae tum diversis fidelium coetibus aptatae; operam impendit in incrementum et moderamen Officiorum dioecesanorum quae catechesi praeficiuntur; insuper pastoralem sollicitudinem promovet in peregrinantes et quaestiones perpendit conexas cum peregrinationibus relaxationis causa susceptis (vulgo « turismo »), cum fidelium vacationibus,

'* Cf. ibid., I, 15, §§ 1 et 4 (A.A.S. LVIII [1966], p. 766).

34 Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus,* n. 17 (A.A.S. LVIII [1966], p. 681).

rusticationibus, ludicris exercitationibus.[35] In his omnibus cooperationem quaerit Conferentiarum Episcopalium.

2° —- Recognoscit et approbat directoria de catechesi necnon programmata et schemata praedicationis Verbi Dei, in Conferentiis Episcoporum confecta pro diversa fidelium aetate et condicione; congressus catechisticos nationales fovet vel internationales probat aut cogit.

3° — Curat conficienda directoria pastoralia pro peculiaribus fidelium coetibus, collatis consiliis cum Dicasteriis quorum interest, et firmo iure Dicasteriorum quae curare debeant specialia directoria in re suae competentiae.

70. Per TERTIUM OFFICIUM : I° — Congregatio videt ea omnia quae attingunt conservationem et administrationem bonorum temporalium Ecclesiae, firma competentia ceterarum Congregationum quoad temporalia bona ab eisdem moderanda.

2° — Ipsius est proinde moderari administrationem quoad pias fundationes, pia legata, pia opera, beneficia, oratoria, ecclesias, sanctuaria, patrimonium artisticum ecclesiasticum, bona immobilia, nisi agatur de bonis religiosorum, arcas nummarias, taxas, tributa, pensiones beneficiorum, alienationes omnes aliaque huiusmodi ; curare quae respiciunt massam communem dioecesanam vel regionalem,[36] congruam sustentationem clericorum eorumque pensiones etiam reversibiles ; societates cautelares vel instituta promovere ad consulendum cleri necessitatibus e senecta, morbo aliove impedimento ortis;[37] invigilare tum institutis dioecesanis, quae fidelium oblationes colligunt[38] tum officiis administrativis dioecesanis, et apta con-

35 Cf. ibid., n. 18, p. 682.

36 Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae,* diei 6 aug. 1968, I, n. 8 (A.A.S. LVIII [1966], p. 762).

37 Conc. Vatic. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 21 (A.A.S. LVIII [1966], p. 1021).

s» ibid., n. 20-21; cf. Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae,* diei 6 aug. 1966, I. n. 8 (A.A.S. LVIII [1966], p. 762).

silia praebere administratoribus; admittere ad compositionem eos qui occuparunt bona ecclesiastica, etiam pertinentia ad religiosos; permittere ut fideles acquirant bona ecclesiastica quomodocumque usurpata.

CAPUT VII

Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus

71. Sacra Congregatio negotiis religiosorum sodalium praeposita, nomen immutabit in Sacram Congregationem pro Religiosis et Institutis saecularibus.

72. Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvante Secretario, in duplicem dispescitur sectionem, alteram religiosis, alteram saecularibus institutis praepositam, sub immediato ductu proprii Subsecretarii.

73. § 1. Per PRIMAM SECTIONEM: Congregatio praeponitur negotiis quae ad latini ritus instituta religiosa eorumque sodales pertinent, salva competentia tum S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, tum Tribunalium, quando iudicialiter procedendum sit.

§ 2. Quapropter, ad eam pertinent quae respiciunt institutorum erectionem, moderamen, suppressionem; finis proprii tutelam et prosecutionem, regimen et disciplinam, bona, privilegia, sodalium institutionem eorumque vitam iuxta specialem indolem et constitutiones atque dispensationes a iure communi, incolumi competentia Congregationis de disciplina Sacramentorum circa ieiunium eucharisticum et ratione habita competentiae Congregationis pro Institutione catholica, circa studiorum scientificam seu academicam ordinationem in Ecclesia.

§ 3. Competens quoque est, eadem ratione, firma competentia S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, in iis quae attingunt sive societates vitae communis, quarum sodales more religiosorum vivunt, sive Tertios Ordines qua tales.

§ 4. In legum generalium applicatione et dispensatione, Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus rationem semper habebit mentis et praxis aliorum Dicasteriorum in iis negotiis quae, natura sua, ad ipsa spectant, iuxta normam statutam sub n. 13.

§ 5. Eiusdem' Congregationis est promovere accommodatam renovationem et incrementum vitae religiosae, itemque erigere consilia seu conferentias Superiorum Maiorum, quorum opera, opportuniore modo, uti curabit.[39]

74. Per SECUNDAM SECTIONEM Congregationi competunt eaedem facultates, congrua congruis referendo, circa instituta saecularia, quippe quae, licet non religiosa, veram et completam consiliorum evangelicorum professionem in saeculo ab Ecclesia recognitam profiteantur, consecrationem conf er entern.[40]

Caput VIII

Sacra Congregatio pro Institutione catholica

75. Quae hactenus Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus nuncupata est, nomen sumit Sacrae Congregationis pro Institutione catholica.

76. § 1. Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competentiam habet circa ea quae respiciunt promovendam clericorum formationem et scientificam institutionem catholicam sive clericorum sive laicorum, firma competentia tum Congregationis pro Religiosis et

s» Conc. Vatic. II, Decr. *Perfectae caritatis,* n. 23 (A.A.S. LVIII [1966], p. 711).
«o Ibid., n. 11, p. 707.

Institutis saecularibus in iis quae ad religiosos qua tales formandos pertinent, tum Congregationis pro Gentium Evangelizatione.

§ 2. Congregatio in triplex dispescitur officium.

77. Per PRIMUM OFFICIUM videt:

I° — omnia quae spectant ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem seminariorum, salva competentia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quacum concordi consilio et debita rerum coordinatione agendum est;

2° — ea quae attingunt promovendam educationem cleri dioecesani atque scientificam institutionem religiosorum et institutorum saecularium; peculiariter vero perpendit et approbat seminariorum regionalium vel interregionalium statuta, ab Episcopis quorum interest parata.[41]

78. Per SECUNDUM OFFICIUM moderatur Universitates vel facultates, Athenaea, necnon quaevis instituta seu coetus superiorum studiorum, quae catholico nomine rite ornentur, quatenus ab Ecclesiae auctoritate quomodocumque dependeant, haud exclusis iis quae a religiosis reguntur vel a laicis; institutiones et associationes ad studia provehenda fovet et approbat; adnititur ut in Universitatibus catholicis habeantur tum instituta quae primariae investigationi scientificae vel artisticae promovendae inserviunt, tum saltem cathedra sacrae theologiae, in qua lectiones tradantur laicis quoque alumnis accommodatae;[42] normas praebet quoad academias et bibliothecas, praeter Vaticanam; fovet cooperationem mutuumque adiutorium Universitatum catholicarum atque consociationes earum sive nationales sive internationales; adlaborat ut apud Universitates non catholicas erigantur convictus et centra universitaria catholica.[43]

79. Per TERTIUM OFFICIUM curat erectionem scholarum paroecialium et dioecesanarum, invigilat omnibus scholis catholicis, cuiusque generis et gradus, infra tamen Universi ta-

li Conc. Vatic. II, Decr. *Optatam totius,* n. 7 (A.A.S. LVIII [1966], p. 719).

[42] Ibid., Declaratio *Gravissimum educationis,* n. 10, p. 736.

43 Ibid., n. 10, p. 736.

tes et Facultates, itemque institutis instructionis seu educationis ab auctoritate Ecclesiae dependentibus, nisi agatur de scholis quae dumtaxat praeparent ad vitam religiosam, firmo tamen praescripto n. 77, 2°; idcirco ad universum orbem catholicum extenditur eius competentia ad scholas quod attinet, nisi agatur de locis dependentibus a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus vel a Congregatione pro Gentium Evangelizatione. «

80. Praeterea Congregatio quaestiones generales perscrutatur educationem et studia respicientes; cooperationem curat cum Conferentiis Episcopalibus, itemque cum auctoritatibus civilibus coetibusque nationalibus et internationalibus, servata debita coordinatione cum S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis; vires coordinat mediaque ad iura et libertatem scholae vindicanda; congresus nationales et internationales approbat, in quibus praefatae quaestiones agitantur.

Caput IX

Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide

81. Quae hucusque nuncupata est Sacra Congregatio de Propaganda Fide, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide.

82. Congregatio pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competens est in rebus quae respiciunt omnes Missiones ad regnum Christi ubique diffundendum institutas, ideoque in constituendis et mutandis necessariis ministris, atque circumscriptionibus ecclesiasticis; in proponendis iis qui easdem regant; in efficientiore provehendo clero autochthone, cui pedetemptim maiora attribuantur munera et regimen; in dirigenda et coordinanda tota activitate missionali ubique terrarum, tum quoad ipsos praecones Evangelii, tum quoad cooperationem missionariam fidelium.

83. § 1. Huius Congregationis Membra sunt, praeter Patres Cardinales, eidem a Summo Pontifice assignatos, etiam Praesides Secretariatuum: pro Unione Christianorum, pro non Christianis, pro non credentibus.

§ 2. Ad pertractandas autem res maioris momenti et naturam principii generalis habentes, Congregationibus plenariis intersunt, tamquam earundem Membra, etiam cum voto deliberativo, si id Summo Pontifici placuerit, tum Episcopi ex Missionibus ab eodem Romano Pontifice nominati, tum repraesentantes Moderatorum Institutorum et Operum Pontificiorum,[44] cauto ne desint qui exponant necessitates Ecclesiarum quae « iuniores » vel « autochthones » vocantur.

§ 3. Quoad numerum eorum de quibus in § 2, aliaque adiuncta, prae oculis habeantur Litterae Apostolicae ***Ecclesiae Sanctae,*** motu proprio datae die 6 aug. 1966, necnon peculiaris instructio a Sacra Congregatione edenda.

84. Haec Congregatio in locis sibi subiectis missionales dat impulsus, promovet vocationem et spiritualitatem missionariam; studium et precationes pro Missionibus, necnon de istis nuntia genuina et adaequata producit;[45] itemque studiose absolvit officium iuventutem educandi atque clericos in Seminariis instituendi; curat quae ad synodorum et conciliorum et coetuum seu Conferentiarum Episcopalium celebrationem spectant, eorumque statuta vel decreta, secundum iuris praescripta, recognoscit; visitationes statis temporibus indicit, quibus magis perspecta habeantur et regionum necessitates et quaestiones graviores.

85. Eiusdem Congregationis est suscitare et, pro variis urgentioribus regionum necessitatibus, distribuere missionarios; incitare et coordinare subsidia, praesertim per Pontificalia Opera Missionalia, eaque assignare iuxta locorum indigentiam.[46]

44 Conc. Vatic. II, Decr. *Ad gentes divinitus,* cap. V, n. 29 (A.A.S. LVIII [1966], p. 979).

45 ibid., cap. **V,** n. 29.

46 Ibid., cap. V, n. 29.

86. Huic Congregationi subsunt ratione finis definiti et praevalentis, Instituta religiosa in Missionibus erecta ibique praesertim laborantia; societates ecclesiasticorum et mulierum sine votis ac Seminaria, quae ex statutis dumtaxat fundata sunt ut in eis instituantur missionarii pro exteris missionibus, quod attinet ad eorum regulas, administrationem atque opportunas concessiones ad sacram ordinationem alumnorum requisitas, servatis tamen normis editis a Congregatione pro Religiosis necnon, quoad studia seu institutionem scientificam, a Congregatione pro Institutione catholica.

87. Tenetur autem negotia deferre ad competentes Congregationes quae Fidem attingunt aut sacros ritus aut studia ecclesiastica vel catholicas Universitates, aut dispensationes a matrimonio rato et non consummato; causas matrimoniales insuper aliave negotia ordinem iudicialem requirentia transmittit Sacrae Romanae Rotae.

88. Quod vero spectat ad ceteros sodales religiosos, sive latini sive orientalium rituum, haec Congregatio competentiam habet in ea dumtaxat quae hos qua missionarios, sive uti singulos sive simul sumptos attingunt, firmo iure Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus et remissis ad Congregationem pro Religiosis et Institutis saecularibus quae religiosos qua tales, uti singulos vel simul sumptos, respiciunt, salvo speciali Summi Pontificis praescripto.

89. Ad cooperationem missionalem fovendam habet Consilium Supremum Pontificiis Missionalibus Operibus regendis, a quo dependent Consilia generalia Unionis Missionalis Cleri, Operis a Propagatione Fidei, Operis a S. Petro Apostolo, Operis a S. Infantia.

90. Consultorum coetus in quo partem habent, praeter ceteros viros peritos, etiam Secretarii trium Secretariatuum, Moderatores Institutorum et Operum Pontificalium necnon repraesentantes tum Operum Regionalium pro Missionibus tum Consociationum internationalium laicorum, notiones colligit opportunas cum de condicione locali variarum regionum deque modo cogitandi diversorum hominum coetuum, tum de methodis

evangelizationis adhibendis, atque conclusiones scientifice fundatas, pro opere et cooperatione missionali proponit.[47]

91. Officium administrativum curat aerarium Congregationis seu bonorum administrationem sub directione Cardinalis Praefecti, firmo onere reddendi debitam rationem Praefecturae rerum oeconomicarum Sanctae Sedis.

IV

SECRETARIATUS

Caput I

Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam

92. § 1. Secretariatum ad Christianorum unitatem fovendam, cuius membra sunt Cardinales et Episcopi a Summo Pontifice nominati, moderatur Cardinalis Praeses, cui auxilium praestant Secretarius et Subsecretarius. Consilia autem iuxta Normas generales, n. **5,** praebent Consultores clerici et laici ex universo Orbe advocandi, qui sint in rebus oecumenicis probe versati.

§ 2. Inter Membra Secretariatus adnumerantur ex officio Cardinales Praefecti Sacrarum Congregationum pro Ecclesiis Orientalibus et pro Gentium Evangelizatione, inter Consultores vero semper sunt Secretarii earundem Congregationum.

§ 3. Secretariatus in duplex partitur Officium, sub immediato ductu sui Delegati: alterum pro parte quae dicitur occidentalis, alterum pro parte quae orientalis nuncupatur.

93. Secretariatus competentiam et munus habet fovendi Christianorum unitatem. Ideoque, re prius delata ad Summum Pontificem, rationes curat cum fratribus aliarum communitatum; de recta interpretatione et exsecutione principiorum oecumenismi agit; coetus catholicos cogit vel alit et coordinat, tum nationales tum internationales, unitatem Christianorum

47 Ibid., cap. V, n. 29.

promoventes; colloquia instituit quoad quaestiones et activitates oecumenicas cum Ecclesiis et communitatibus ecclesialibus a Sede Apostolica seiunctis; observatores catholicos deputat pro conventibus christianis; fratrum seiunctorum observatores ad conventus catholicos invitat, quoties id opportunum videtur; decreta conciliaria, quae ad rem oecumenicam attinent, exsecutioni mandat.

94. Competentiam insuper habet in rebus Iudaeos sub aspectu religioso respicientibus.

95. Negotia mixta concorditer tractantur cum Dicasteriis, quorum interest.

Caput II

Secretariatus pro non christianis

96. Secretariatus pro non christianis, moderante Cardinali Praeside et auxilium ferentibus Secretario et Subsecretario, eos salubriter attingit, Summo Pontifice probante, qui christianae religionis sunt quidem expertes, sed aliquam religionem profitentur vel sensu religioso potiuntur.

97. Secretariatus Membra, praeter Cardinalem Praefectum S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, sunt ea quae eliguntur a Summo Pontifice, sive e Sacro Collegio Cardinalium, sive proponentibus Conferentiis Episcopalibus locorum Missionum itemque aliis in quorum circumscriptionibus complures non christiani quavis de causa, etiam pro tempore, degant. Consilia autem affert Peritorum coetus, a Summo Pontifice adprobatorum.

98. Intacta competentia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, ad finem suum assequendum Secretariatus non modo studia promovet, sed et impensa caritate fovet cum non christianis rationes quibus efficiatur ut mutua augeatur aestimatio.

99. Eiusdem Secretariatus est methodum et vias quaerere ad aptum instituendum dialogum cum non christianis. Curat

igitur ut non christiani rite cognoscantur et iuste aestimentur a christianis, utque vicissim iidem christianam doctrinam et vitam aeque cognoscere et aestimare possint; desideria Ordinariorum excipit et perpendit; formationi consulit eorum qui in dialogum incumbent; incepta proponit, examinat, approbat quae experientia subiecerit.

100. Eidem adnectitur Officium ad rationes fovendas cum Musulmanis.

Caput III

Secretariatus pro non credentibus

101. Secretariatus pro non credentibus Praesidem habet S. P. E. Cardinalem, iuvantibus Secretario et Subsecretario, et constat ex quibusdam Cardinalibus et Episcopis a Summo Pontifice nominatis, quibus accedunt Consultores ex toto Orbe electi.

102. Secretariatus, probante Summo Pontifice, in atheismi studium incumbit, ut eius diversas rationes intimius exploret et, quoad fieri possit, colloquium instituat cum ipsis non credentibus, qui collaborationem sincere acceptent.

V

CONSILIUM DE LAICIS
et PONTIFICIA COMMISSIO STUDIOSORUM
A « IUSTITIA ET PACE »

103. Normae valent quae editae sunt in Litteris Apostolicis ***Catholicam Christi Ecclesiam*** Motu Proprio datis die 6 ian. 1967.[48]

48 A.A.S. LIX (1967), pp. 25-28.

VI

TRIBUNALIA

Caput I

Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae

104. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae constat ex nonnullis S. R. E. Cardinalibus a Summo Pontifice nominatis, quorum unus, ab eodem delectus, Praefecti munere fungitur, auxilium ferentibus Secretario et Subsecretario. Duplicem habet sectionem.

105. Per SECTIONEM PRIMAM Tribunal ea cognoscit, aut ex potestate ordinaria aut ex potestate delegata, quae eidem tribuuntur in Codice iuris canonici;[49] competentiam tribunalium, etiam pro causis matrimonialibus constitutorum, prorogat; forum peregrinorum in Urbe, donec aliter provideatur, extendit ad processus nullitatis matrimonii, extraordinariis dumtaxat in adiunctis et gravissimis de causis; ad normam sacrorum canonum invigilat pro munere suo rectae administrationi iustitiae; tribunalium regionalium vel interregionalium erectionem curat; iuribus gaudet, quae eidem tribuuntur in Concordatis inter Sanctam Sedem et varias Nationes.

106. Per ALTERAM SECTIONEM Signatura Apostolica contentiones dirimit ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae, et ad eam, ob interpositam appellationem seu recursum adversus decisionem competentis Dicasterii, delatas, quoties contendatur actum ipsum legem aliquam violasse. In his casibus videt sive de admissione recursus sive de illegitimitate actus impugnati.

107. Per eandem sectionem iudicat insuper de conflictibus competentiae inter Dicasteria Sedis Apostolicae; cognoscit negotia administrativa a Romanae Curiae Congregationibus ipsi

49 Can. 1603, 1604, 1605 C.I.C.

delata; videt de quaestionibus a Summo Pontifice eidem commissis.

108. Signatura Apostolica regitur lege propria.

Caput II

Sacra Romana Rota

109. Firmis manentibus praescriptis Codicis iuris canonici,[50] competentia Sacrae Romanae Rotae in causis nullitatis matrimonii ad Sedem Apostolicam rite delatis, extenditur etiam ad causas inter partem catholicam et acatholicam, vel inter partes acatholicas, sive ad latinum, sive ad orientales ritus alterutra, vel utraque pars baptizata pertineat, remissis tamen quaestionibus doctrinalibus, Fidem attingentibus, Congregationi pro Doctrina Fidei, ad normam nn. 29 et 31 huius Constitutionis.

110. Sacra Romana Rota suis regitur normis.

Caput III

Sacra Paenitentiaria Apostolica

111. Sacrae Paenitentiariae Apostolicae praeficitur Cardinalis Paenitentiarius Maior, qui adiuvatur a Regente aliisque Praelatis, qui eiusdem Paenitentiarii Maioris Consilium efficiunt.[51]

112. Huius tribunalis iurisdictio complectitur ea quae forum internum etiam non sacramentale respiciunt; quare hoc tribunal pro foro interno largitur gratias, absolutiones, dispensationes, commutationes, sanationes, condonationes.

[50] Can. 1598; 1599; cf. etiam can. 1557, § 2 C.I.C.

[51] Pius XI, Const. *Quae divinitus Nobis,* diei 25 martii 1935, nn. 2-3; cfr. A.A.S. XXVII. [1935] p. 97 ss.

113. Eidem dumtaxat Paenitentiariae insuper demandantur ea quae spectant ad concessionem et usum indulgentiarum, salvo tamen iure Congregationis pro Doctrina Fidei videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa easdem indulgentias attingunt.

VII

OFFICIA

Caput I

Cancellaria Apostolica

114. Cancellaria Apostolica, cui praeest Cardinalis S. R. E. Cancellarius, iuvante Regente, munere fungitur expediendi tum Litteras Decretales atque Constitutiones apostolicas, tum Litteras apostolicas in forma Bullae vel Brevis maioris momenti, prouti lege statutum est, vel id commissum a Summo Pontifice aut a propriis Romanae Curiae Dicasteriis.

115. Litterae, sive in forma Bullae sive in forma Brevis, ne expediantur, nisi de mandato Summi Pontificis vel cuiusdam Dicasterii, singillatim servatis eiusdem mandati terminis.[52]

116. Cancellariae Apostolicae est sigillum plumbeum atque anulum piscatoris summa cura custodire.

Caput II

Praefectura rerum oeconomicarum S. Sedis

117. Praefectura rerum oeconomicarum Sanctae Sedis, quam dirigit Commissio trium Cardinalium, quorum unus Praesidis munere fungitur, iuvante Praelato Secretario, coordinat omnes administrationes bonorum Sanctae Sedis eisque invigilat.

52 Can. 260 C.I.C.

118. Praefecturae adsunt Ratiocinatur Generalis aliique Computatores, iuxta necessitates, eidemque consilium praebet Coetus consultorum ex clericis vel laicis vere peritis eligendorum a Summo Pontifice.

119. Commissio Patrum Cardinalium, Praelatus a Secretis et Consultores elapso a nominatione quinquennio indigent confirmatione.

120. Praefectura munera obtinet quae sequuntur:

I° recipit tum relationem de statu patrimoniali et oeconomico, tum rationem accepti et expensi atque aestimationem sumptuum sive praeviam sive posteriorem exhibitam a bonorum Administratoribus, qui a Sancta Sede pendent, licet quamdam vel etiam plenam libertatem (vulgo : autonomia) habeant, haud exceptis Commissionibus et Administrationibus Pontificiis sive in Urbe sive extra Urbem, salva tamen peculiari ordinatione Instituti Religionis operibus tutandis;

2° sedulo perpendit rationem et aestimationem, de quibus supra, ut — statuto tempore — per Cardinalem Praesidem exhibere possit approbationi Summi Pontificis generalem computationem (= bilancio) accepti et expensi anni superioris (consuntivo) necnon praeviae aestimationis pro anno subsequente (preventivo) ;

3° coordinat omnia nummaria Sanctae Sedis incepta (vulgo investimenti, operazioni importanti) iisque invigilat, ita ut singula ordinatim procedant ad suum assequendum finem;

4° examinat laborum adumbrationes, tum praevias tum exsecuti vas et, si opus fuerit, ipsis laboribus invigilat;

5° taxât centesimas partes, Administrationi Generali Patrimonii Apostolicae Sedis tradendas, titulo contributionis ad onera levanda;

6° libros inspicit et documenta, eaque expendit quae ordinariam gestionem excedunt; de quibus relationem scriptam per Cardinalem Praesidem Summo Pontifici tradit.

121. Praefectura cognoscit insuper de iis qui, munus sibi commissum obeuntes, patrimonio Sanctae Sedis damnum quomodocumque intulerint. Actiones poenales autem vel civiles

deferentur Tribunali competenti, aut, si hoc desit, Commissioni specialiter deputandae vel, de Summi Pontificis mandato, Tribunali S. R. Rotae.

CAPUT III

Camera Apostolica

122. Camera Apostolica, cui praeficitur Cardinalis S. R. E. Camerarius, vel, eo impedito, Vice Camerarius, munus servat curandi atque administrandi bona et iura temporalia Sanctae Sedis, quo tempore haec vacat.[53]

In his obeundis muneribus adamussim observentur speciales leges iam latae vel edendae.

CAPUT IV

Administratio Patrimonii Apostolicae Sedis

123. Administratio Patrimonii Apostolicae Sedis, cui praeest Cardinalis Praeses, assistente Patrum Cardinalium Consilio, et adiutricem operam praestante Secretario, duplicem sectionem habet: ordinariam et extraordinariam.

124. § 1. SECTIO ORDINARIA commissis muneribus administrandi fungitur, Delegato directe moderante.

§ 2. SECTIO EXTRAORDINARIA, altero Delegato moderante, munera obtinet a Summo Pontifice ipsi commissa, et suis regitur peculiaribus legibus.

CAPUT V

Apostolici Palatii Praefectura

125. Praefectura Palatii Apostolici, quam moderatur Praefectus, iuvante Regente, praeest Palatio Apostolico, et Summo Pontifici adest, sive in ipso Palatio, sive quo ille se confert.

sa Can. 262 C.I.C.

126. § 1. Eiusdem Praefecturae est admissiones coram Summo Pontifice ordinare, et omnia apparare quae respiciunt sacras caeremonias pontificias extra partem stricte liturgicam, reservatis autem Vicario Generali Civitatis Vaticanae omnibus quae ad curam spiritualem spectant eorum qui in eadem Vaticana Civitate commorantur vel laborant, concordi consilio cum iis quorum interest.

§ 2. Item ad Praefecturam pertinet necessaria vel opportuna disponere, quotiescumque Summus Pontifex e Palatio Apostolico in Urbem se confert; opem vero auxiliumque praestare Secretariae Status quoties Summus Pontifex ad peregrinationes apostolicas sese accingit.

127. Praefectura insuper cognoscit de priore loco attribuendo sive Patribus Cardinalibus sive Legatis, quos Nationes ad Sanctam Sedem mittunt;[54] itemque, coniunctim cum Secretaria Status, servat quae servanda sunt, cum ii, qui supremum tenent populorum principatum, vel excelsa dignitate praediti sunt, a Romano Pontifice sollemniter admittuntur coram.

128. Praelatus Palatii Apostolici Praefectus indiget confirmatione novi electi Summi Pontificis.

Caput VI

Generale Ecclesiae Rationarium

129. Ecclesiae Rationarium seu Officium Statisticae munus habet notitias colligendi et ordinatim componendi, quae necessariae vel utiles ad Ecclesiae statum melius dignoscendum et ad sacros Pastores adiuvandos videantur.

180. Officium, ut notitiae rite comparentur, opportunis datis normis curat ut in paroeciis, dioecesibus, regionibus, religiosorum institutis necnon in Dicasteriis Romanae Curiae, iisque indicata via et ratione, rationaria seu indices rite conficiantur, quae statis temporibus ad ipsam mittantur, ut coordinata

54 Can. 254 C.I.C.

summa earum omnium rerum fiat, quae ad vitam Ecclesiae respiciant.

131. Officium, facta comparando, indices generales exarat et iis quorum interest illustrat, ut accuratissime ostendatur momentum eorum quae observantur, causas indicando atque effectus inde nascentes.

APPENDIX

D

132. Reverenda FABRICA S. PETRI curare perget ea quae ad Basilicam Principis Apostolorum pertinent, iuxta praescriptum Constitutionis ***Sapienti Consilio,*** diei **29** iunii **1908,** et concorditer agens cum Capitulo eiusdem Basilicae.

133. Permanent in statu quo ante Bibliotheca Apostolica Vaticana, Archivum Secretum Vaticanum, Typographia et Libraria Vaticana, Officium Magistri largitionum Pont. Max. seu Eleemosynaria Apostolica, Consilium pro instrumentis communicationis socialis, ceterique Coetus permanentes Pontificii, necnon Consilium ad exsequendam Constitutionem Concilii Vaticani **II** de Sacra Liturgia, donec munus absolvat.

134. Quae autem respiciunt Pontificiam Domum suis regen tur normis.

Secretarius vero Brevium ad Principes et Secretarius Epistolarum latinarum muneribus cuiusque propriis fungi pergent, donec aliter provideatur.

id

135. Huic Constitutioni Apostolicae accedet ORDO SERVANDUS seu normae communes quibus disciplina et modus tractandi negotia in Dicasteriis Sanctae Sedis praestituitur, firma manente generali norma de qua in tit. **I,** cap. **I,** n. **12.**

III)

136. In omnibus autem et singulis recensitis Congregationibus, quemadmodum et in ceteris Dicasteriis, hoc in primis solemne sit, ut nihil grave et extraordinarium agatur, nisi a Moderatoribus eorundem Summo Pontifici fuerit ante significatum.

Insuper decisiones quaevis pontificia approbatione indigent, exceptis iis pro quibus Dicasteriorum Moderatoribus speciales facultates tributae sint, exceptisque sententiis tribunalis S. P. Rotae et Signaturae Apostolicae intra limites suae competentiae latis.

Decernentes praesentem Constitutionem Apostolicam firmam, validam et efficacem semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere a Kalendis Ianuariis anni MCMLXVIII et illis ad quos spectat aut quomodolibet spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv mensis Augusti, in Assumptione B. M. V., anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

An. et rol. LIX 20 Novembris 1967 N. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

URBIS

Templum Beatae Mariae Virginis Perdolentis, ad Forum Bonaerense, in Titulorum Cardinaliciorum Presbyteralium ordinem redigitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sunt hic Romae, in urbe omnium nobilissima ob Beati Petri sedem atque venerandam Christi religionem, ad quam testandam mille ac mille martyres, Christi athletae, sanguinem profuderunt, templa multa eademque sanctissima, Deo nempe dicata in suorum Sanctorum honorem, quae ad maiorum Nostrorum consuetudinem Patribus Cardinalibus in Titulum tribui solent. Quod idcirco fieri consuevit ut tum aedes illae e tantorum virorum dignitate quasi ornamento afficerentur, tum egregii hi viri e templorum maiestate parem cum sua purpura dignitatis splendorem obtinerent. His sane templis, arte, structura, pietate insignibus, id est annumerandum quod est Beatae Mariae Virgini Perdolenti sacrum, ad Forum Bonaerense. Quod quidem, Leone Iosepho Gallardo auctore, ex archidioecesi Bonaerensi sacerdote, est anno MCMX aedificari coeptum, atque dicebantur Christi fideles Argentinae Rei publicae, saeculo a recuperata libertate primum redeunte, Summo Pontifici dono esse daturi. Cum autem opus prope absolutum esset, anno MCMXV, die duodevicesimo mensis iunii, Benedictus XV P. M. per Apo-

stolicas Litteras templum Argentinae Nationi attribuit, cum iuribus atque privilegiis iisdem ac ceterarum sacrarum aedium quae Hispanorum vel Gallorum Romae essent. Tum templi dominium datum est Episcopatui Nationis Argentinae, ac tandem, anno MCMXXIX ita res est disposita ut Ordini Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum ad sacra facienda crederetur, a quibus est etiam magno in fideles Ecclesiamque merito fastigium impositum. Postremo, anno MCMXXX per Vicarium Urbis consecratum est. Neque est praetereundum in sacra hac aede nonnullos per annos sedem paroecialem fuisse. Quae cum ita sint, templum *Beatae Mariae Virginis Perdolentis ad Forum Bonaerense* in numerum *Titulorum Cardinaliciorum* redigimus, cum iuribus ac privilegiis, huius ordinis propriis. Curet autem Rector templi ut clero populoque has Litteras Nostras perlegat, cum primum acceperit; idem vero documenta exaret actae rei, atque debite subscripta ac sigillo impressa ad Sacram Congregationem Consistorialem sinceris exemplis mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
& HAMLETUS L Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 15.

II

UEBIS

Templum SS. Ambrosii et Caroli ad viam Latam Cardinalicio Titulo Presbyterali honestatur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ab antiquis quidem temporibus huius Romanae et Apostolicae Sedis positum est in more ut S. R. E. Patribus Cardinalibus dignitate sua omnibus in Ecclesia praestantibus unum ex celeberrimis Urbis templis attribueretur, quod esset cum eorum amplitudine ac quasi maiestate par. Nos igitur mox eligendis Purpuratis Patribus proprium Titulum assignare volentes nec tamen satis pro eorum numero habentes, statuimus sacras Sanctorum Ambrosii et Caroli ad Viam Latam aedes ad Tituli Presbyteralis gradum et honorem evehere. Id autem templum quod a Lombardis civibus, saeculo xiv exeunte, exstructum ac S. Ambrosio, Mediolanensi Episcopo, dicatum fuit, insequenti saeculo fere collapsum renovatum est. Penes commemoratas sacras aedes nullo non tempore sedem habuit Lombardorum Sodalitas seu Confraternitas, quam Pius IV P. M., Mediolanensis, amplissimis privilegiis cumulavit. Praeterea, saeculo xvn ineunte nova ampliorque ecclesia aedificari coepta est, Sanctis Ambrosio et Carolo dicata, quae anno MDCLXXXIV absoluta artisque operibus exornata in potioris momenti huius almae Urbis templis est annumeranda. Quo in templo, id quoque recolere Nobis gratissimum est, die xxi decembris a. MDCCCLXXIX, Achilles Ratti, qui postea fuit Pius XI, a sacerdotio recens primam hostiam Deo immolavit. Hic autem Summus Pontifex ad perpetuandam sui Iubilaei sacerdotalis memoriam, Litteris Apostolicis diei xxi decembris MCMXXIX, templum sanctorum Ambrosii et Caroli Basilicae Minoris titulo perpetuum in modum exornavit. Quae cum ita sint, volentes et Nos in easdem sacras aedes Nostram significare voluntatem templum *SS. Ambrosii et Caroli ad Viam Latam* apostolica Nostra auctoritate *Tituli Cardinalicii* dignitate honestamus, una cum iuribus et privilegiis quae consequuntur. Has vero Litteras dilectus filius eiusdem templi Rector ad exitum deduci curet, per se ipse, vel per alium, dummodo ecclesiastica dignitate pollentem virum. Re vero acta, idem documenta exaret, quorum exempla sincere conscripta et sigillo impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore

volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
B **H**AMLETUS I. Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. **C**ONPALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Ap. Cane, tab., ***vol.*** *CXXIV, n. IS.*

III

URBIS

Templum S. Ludovici Fr ancor um de Urbe, in regione S. Eustachii, ad gradum et dignitatem Tituli Cardinalicii Presbyteralis evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem, aucto pro Ecclesiae sanctae necessitatibus quae ubique terrarum et gliscunt quotidie, et magna Nos sollicitudine afficiunt, numero Patrum Cardinalium, etiam Titulos accrescere oporteret, hoc est templa quae iisdem in Titulum conferri solerent, profecto visum est templum quoque S. Ludovici Francorum in eo numero ponere in Titulorumque Cardinaliciorum Presbyteralium ordinem redigere. Cuius rei causa haec est, ut non solum benevolentiam Nostram, quam erga illud suscepimus, exhibeamus, sed etiam quia tanta arte, magnificentia,

linearum pulchritudine, fama praestat, quanta vetusta Romana templa religione celeberrima. Accidit quod ea frequentantium pietate floret, ut haud minimam laudem sibi comparaverit. Templum hoc, Beatae Mariae Virgini sacrum et S. Ludovico Francorum Regi et S. Dionysio Areopagitae, in regione S. Eoistachii exsurgit, ubi est anno MDLXXXIX magni - ficentissime consecratum. In eo durante Pontificatu Urbani VIII P. M. sedes paroecialis fuit, penes quod deinceps valetudinarium structum est pro infirmis Galliae civibus, atque domicilium Presbyterorum Francorum, qui essent eidem templo addicti. Quibus omnibus consideratis, placet sacram eadem *S. Ludovici Francorum de Urbe,* cuius mentionem fecimus, inter *Titulos Gardinalicios Presbyterales* referre, factis iuribus nempe atque privilegiis, quae sunt talium templorum propria. Ceterum decernimus ut hae Litterae Nostrae eius cura qui ad praesens templum S. Ludovici regit sive in cleri sive in populi notitiam perferantur, diem festum de praecepto celebrantium, post eas acceptas. Actae autem rei documenta exarentur, sincérisque exemplis rite subscriptis atque sigillo impressis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro 8. R. E. Cancellario
B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. GONFALONIERI
8. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 20.

IV
URBIS

Templum SS.morum Nominum Iesu et Mariae in via Lata Cardinaliciae Diaconiae titulo decoratur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

More institutoque maiorum nullo non tempore factum est ut Romani Pontifices illis viris, quos in amplissimum Purpuratorum Patrum Collegium adlegissent, Titulum unius ex templis vel antiquitate, vel artis magnificentia praestantibus, attribuèrent, ut iidem quasi Romana civitate donati Summo Sacrorum Antistiti sapientia sua, consilio et labore adiutricem operam praestarent. Nobis igitur id genus morem tenere volentibus, neque tamen in praesens satis Titulorum, qui assignari possint, praesto habentibus, templum quoque SS. Nominibus Iesu et Mariae dicatum ad Diaconiae dignitatem et honorem attollere visum est. Id enim templum a praeclarissimis viris Carolo Botto, Carolo Maderno et Carolo Rainaldi affabre exstructum, die xxvin ianuarii MDCLXXV sollemni caerimonia primum est consecratum, atque, per temporum decursum, pretiosis artis ornamentis marmoreisque operibus ditatum fuit. Apud sacras autem eius aedes religiosa domus exstat Sodalium Ordinis Augustiniensium Discalceatorum, quibus eiusdem Ecclesiae cura regimenque concredita sunt. Quapropter de apostolica et suprema potestate Nostra templum *S S morum Nominum Iesu et Mariae in via Lata ad Diaconiae gradum* et dignitatem evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quibus ceterae in Urbe Diaconiae vel iure vel consuetudine fruuntur. Volumus praeterea ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui in praesens commemorato templo moderatur, coram clero et populo perlegantur, cum primus post eas acceptas dies festus de praecepto celebrabitur. Cuius negotii, postquam perfectum fuerit, congrua documenta exarentur ad Sacramque Congregationem Consistorialem, de more signata sigilloque impressa, cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis

impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro 8. R. E. Cancellario
83 HAMLETUS I. Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. **C**ONFALONIERI
8. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco (J! Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 12.

V

URBIS

Templum Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis in Via Tusculana in ordinem Diaconiarum refertur .

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad gubernacula christianae Rei publicae sedentes, nihil antiquius umquam habuimus, nihil sollemnius, quam ut eam ad commune et bonum et utilitatem administrar emus. Hoc unum ergo respicientibus Nobis, visum est, pro auctis ubique terrarum Ecclesiae sanctae negotiis, coeptis, necessitatibus, etiam Purpuratorum Patrum numerum amplificare, quibus in agendis et ad exitum perducendis rebus Romani Pontifices uti consueverunt. Cum vero Cardinalicii Tituli atque Diaconiae satis non essent omnibus Patribus, oporteretque hac de causa eos augere, aeque fieri existimavimus, si iis Urbis templis, Titulo dari solitis, quae seu antiquitate, seu sanctorum virorum commoratione, seu alio quovis nomine sancta et religiosissima essent, templum etiam Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis adderemus, in Via Tusculana, quod non una de causa egregium et pulcherrimum habetur ab omnibus.

Quae profecto sacra aedes, summa pietate a Sodalibus Societatis Sancti Francisci Salesii aedificata, paroecia anno MCMXXXII a Pio XI P. M. constituta est, data cura iisdem qui condiderant Sodalibus. Crescit huius templi momentum, eo quod sunt, ibidem, continentes aedes in quibus pueri et adulescentes cuiusvis ordinis socialis educantur ad pietatem, ad artes, ad munera religiosa atque civilia obeunda : quae scholae maxima frequentia celebrantur. Quae cum ita sint, Nostra apostolica auctoritate Templum *Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis*, in Via Tusculana, *ad gradum et dignitatem Cardinaliciae Diaconiae* evehimus, cum iuribus atque privilegiis, quae fieri solent ceteris sacris aedibus eiusdem ordinis. Ceterum, ea quae his Litteris praescripimus dilectus filius Rector ipsius templi ad exitum adducet, id curans ut eaedem clero populoque perlegantur atque documenta actae rei exarentur. Quod postquam factum fuerit, debite subscripta atque sigillo impressa sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIER!
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. OXXIV, n. 18.

VI
URBIS

Templum B. Mariae Virg. de Mercede et S. Hadriani Martyris ad Villam « Albani » ad Diaconiae honorem atque dignitatem evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hac nostra aetate auctis fere in immensum negotiis quae huic Apostolicae Sedi gerenda sunt, iisque cotidie mole gliscentibus, cum visum sit numerum etiam Patrum Cardinalium augere, quibus incertis in rebus, in ambiguis, in obscuris Romani Pontifices aut utantur amicis et consiliariis, aut, si dioecesium gubernationem illi susceperunt, voluntatum, laborum, sollicitudinum suarum socios coniunctissimos habeant, hanc ob causam etiam Tituli numero augeantur oportet, qui Purpuratis Patribus attribuì solent. Sunt autem hi templa opere nobilissima, religione sanctissima in Urbe exstantia. Quibus profecto, in hac rerum necessitate, egregium S. Mariae de Mercede templum accensere visum est et S. Hadriani Martyris ad Villam « Albani)). Fuit hoc quidem die primo mensis martii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo octavo consecratum, in eoque eius paroeciae ilico sedes posita est, quam anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo per constitutionem « In Salaria » Pius XI P. M. in sacra aede B. M. V. Perdolentis constituerat atque Argentinae Nationi attribuerai. Idem autem templum curis concreditum est Sodalium Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum, quorum diligentia et floruit et floret. Neque praetereundum est sacrae huic aedi additum esse nomen S. Hadriani Martyris, idque eo profecto consilio ut posteritatis memoriae basilica traderetur ipsius S. Hadriani, ab Honorio I in Curia Senatus exstructa et ab Hadriano I Papa Diaconiae titulo ac dignitate ornata. Quae cum ita sint, re bene reputata, templum *B. M. V. de Mercede atque S. Hadriani Martyris ad Villam ((Albani » in Diaconiarum ordinem* redigimus, datis iuribus, delatis honoribus, quae sunt propria harum sacrarum aedium. Rectorem autem templi docemus suum esse non solum in cleri populique notitiam has Litteras Nostras perferre, proximo die festo de praecepto, statim ac acceperit, sed etiam documentum actae exsecutionis harum Litterarum exarare atque sincero exemplo ad Sacram Congregationem Consistorialem quam cito mittere.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res

est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

ffi Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco **83** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 16.

VII
URBIS

Templum S. Iosephi ad Viam Triumphalem Diaconiarum ordini accensetur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pulcherrima templa, quibus haec alma Roma immortalis prae ceteris urbibus decoratur, Romani Pontifices S. R. E. Patribus Cardinalibus attribuere consueverunt ad antiquam maiorum consuetudinem et morem, quae in Romana Ecclesia obtinuerunt et invaluerunt. Cumque, aucto numero eorundem Purpuratorum Patrum, iam et Tituli et Diaconiae quae deterrentur, augere oporteret, aeque fieri visum est, si templum etiam S. Iosepho dicatum ad Viam Triumphalem Diaconiarum numero accenseretur ; in quod consilium sane ob eam causam descendimus, ut

non solum propensam voluntatem Nostram ostenderemus erga nobilissimum hoc templum, verum etiam quia et arte, et pulchritudine, et cleri populique pietate praestat, qua nihil optabilius. Nimirum id S. Iosephi templum, ut aliquid de eo breviter et stricte attingamus, beatus Aloisius Guanella, Congregationis Servorum a charitate Conditor, struendum curavit, adhibito Aristide Leonori, Servo Dei, ut dicunt, architecto. In eo Praedecessor Noster Pius X, Pontifex Max. atque Sanctus, anno millesimo nongentesimo duodecimo, paroeciae sedem constituit, paroeciae S. Marcelli, quae exstincta est, iuribus, privilegiis, bonis attributis, conditamque Sodalibus, quos meminimus, concredidit. Quae cum ita sint, templum *8. Iosephi ad Viam Triumphalem,* tanta gloria decorum, *in numerum Diaconiarum* redigimus, factis iuribus atque privilegiis, quae talium aedium propria sunt. Rectorem vero docemus eius esse tum has Litteras Nostras in cleri populique notitiam perferre, qui suae dicionis sint ; tum re acta, documenta exarare, eorumque sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem mittere, debite subsignata atque sigillo impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro 8. R. E. Cancellario
© **H**AMLETUS I. Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. **C**ONFALONIERI
8. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

83 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol, CXXl V, n. 11.

YIII

URBIS

Templum S. Francisci a Paula ad Montes Cardinaliciae Diaconiae titulo decoratur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Decessores nostri, uti omnes probe norunt, saeculorum decursu, iterum iterumque consueverunt sacras Urbis Romae aedes non solum singularibus privilegiis cumulare, sed etiam plurimas ut presbyterales Titulos vel Diaconias Patribus Cardinalibus assignare. Eorum igitur vestigiis insistentes, templum S. Francisco a Paula ad Montes dicatum ad Diaconiae honorem dignitatemque evehere censemus. Commemoratum enim templum, quod Ioannes Pizzullo Delia Regina Sacerdos, saeculo xvn ineunte, regionis Calabrae religiosis viris excipiendis extruendum curavit, Sodales Minimorum Ordinis, insequentibus annis, artis magnificentia et splendore magis magisque reiectum decoratumque voluerunt. Ad hanc ecclesiam, quae universae gentis Calabriae templum in Urbe habetur, christifideles, praestitutis maxime temporibus, frequentissimi conveniunt, S. Franciscum a Paula adprecaturi, quem Apostolicis Litteris « Lumen Calabriae » diei II iunii MCMLXII, Ioannes P. M. XXIII f. r. universae Provinciae Ecclesiasticae Calabrae praecipuum apud Deum Patronum constituit ac declaravit. In continentibus autem ecclesiae partibus summi eiusdem Ordinis Correctoris Curia in praesenti sedem habet. Quae cum ita sint, de apostolica et suprema Nostra auctoritate templum *8. Francisco a Paula ad Montes* dicatum *Diaconiae Cardinaliciae honore* augemus, iuribus et privilegiis adiectis, quibus huiusmodi in Urbe sacrae aedes iure et consuetudine fruuntur. Decernimus autem ut eius cura qui modo eidem templo praeest, clero atque populo Nostrae hae sub plumbo Litterae perlegantur, primo post eas acceptas adveniente die festo de praecepto. Cuius rei, cum perfecta fuerit, congrua documenta exarentur ad Sacramque Congregationem Consistorialem quam primum mittantur, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini prae-

terea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus No-, stri quarto.

Pro 8. R. E. Cancellario
© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONPALONIERI
8. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cano, tab., vol. CXXIV, n. U.

IX

URBIS

Templum S. Philippi Nerii in Eurosia in numerum Diaconiarum refertur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ea sollicitudine affecti, qua beatus Paulus afficiebatur (cf. *2 Cor.* 11, 18), atque eodem acti amore, quo idem Christi apostolus se uri profitebatur (cf. ib. 29), Patrum Cardinalium numerum auximus, quos et socios in laboribus haberemus, et in negotiis explicandis conficiendis, quae maxime tument, consiliarios adhiberemus. Cumque, hanc ob eandem rem, et Tituli essent numero augendi, qui antiqua maiorum Nostrorum consuetudine eisdem Purpuratis Patribus attribui solerent, visum est bene fieri, si horum Titulorum ordini etiam templum S. Philippo Nerio in Eurosia dicatum accenseretur. Templum hoc, sane, gratia, magnitudine, marmore, arte egregium, praeterito saeculo structum est, haud profecto longe a sacra aede, parva quidem, at pietate plena, quae Via Septem Ecclesiarum exstabat Sanctae Eurosiae sacra, ob commorationem perillustrium virorum celebris, Congregationis Oratorii

S. Philippi Nerii Sodalium, ob cetera. Cum autem sacram illam aedem Congregatio Romana Instituti S. Philippi Nerii coëmisset, coacta undique pecunia, praesertim a coniugibus Bradley data, est templum amplissimum conditum, quod conspicitur. Id profecto est addendum unum : non solum fuisse in eo sedem paroecialem constitutam, anno MCMLII, sed etiam fuisse ibi, ad sacri templi aedes, a nobis ipsis olim, cum videlicet adhuc Secretariae Status Substitutum ageremus, Institutum conditum a Caesare Baronio nuncupatum, ad pueros eius regionis pietate, disciplina, bonis moribus educandos, Sodalibus eiusdem religiosae Congregationis sapientissime moderantibus. Placet ergo templum *8. Philippi Nerii in Eurosia Gardinaliciis Diaconus* adscribi, cui et iura damus omnia, quae sunt sacrarum aedium aequalis ordinis propria, et privilegia quibus eaedem instrui solent, contrariis nihil obstantibus. Rectori vero eius oneri damus has Litteras in cleri populique notitiam perferendi. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittantur, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S, R. E. Cancellario
© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco **83** Plumbi

In Ap. Conc. tab., vol. CXXIV, n. 19.

X

KASAMAENSIS ET ALIARUM

Kasamaënsis dioecesis ad gradum et dignitatem Ecclesiae metropolitanae evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui altissimi Dei consilio et voluntate beatissimo Petro, Apostolorum praecipuo, successimus in Ecclesiae universae regimen, omnem operam profecto in eo ponimus, in eo collocamus, ut non solum gregem, quem pascendum suscepimus, doctrina sana sustentemus, atque sacramento gratiae reficiamus, verum etiam ut singulis Ecclesiis, quae toto terrarum orbe diffusae sunt, iis omnibus instruamus, quae maiorum causa rerum exsistere solent. Quam ob rem, cum Consilio Christiano Nomini Propagando visum sit aliam eamque aptiorem dispositionem dare Ecclesiis quae sunt in Zambia regione, Nos, sententia audita venerabilis Fratris Alfredi Poledrini, Archiepiscopi titulo Vazaritani atque in eadem Natione Apostolici Pro-Nuntii, item Ordinariorum Praesulum quorum interesset, haec decernimus atque iubemus. Dioecesibus Kasamaënsi, Abercornensi, ad hunc diem Lusakensi Sedi subiectis, novam provinciam ecclesiasticam condimus, cuius *metropolitana Sedes* erit *Kasamaënsis;* reliquae suffraganeae. Praeterea venerabilem Fratrem Clementem Chabukasansha, adhuc Episcopum Kasamaënsem, Archiepiscopum Metropolitam eiusdem Sedis nominamus et renuntiamus, factis iuribus debitis, quae ceteris Praesulibus sui gradus fieri solent. Quem hortamur ut nullis pareat laboribus, ut non solum christianos suae dicionis in Dei mandatis contineat, verum etiam ut regnum Christi, quod est Ecclesia, sanctissimamque fidem nostram quam late proroget. Ceterum haec quae mandavimus venerabilis Frater Alfredus Poledrini ad exitum deduci curet, vel quem ille delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis

impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. B. E. Cancellario
©HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Caspar Cantagalli, *Proton. Apost. s. n.*

Loco **83** Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 65.

XI

KONTUMENSIS-DALATENSIS
(BANMETHUOTENSIS)

In Vietnamita Natione nova dioecesis conditur, « Banmethuotensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui Dei benignitate in Ecclesiae sanctae fastigio idcirco constituti sumus ut gregem Christi summa diligentia pasceremus, ad Filii Dei nempe iussum et voluntatem (cf. *Io.* 21, 15-17), in hoc sane industriam omnem ponimus et considerationem maxime intendimus, ut christiani imperii, quod profecto aeterni Numinis gratia fines cotidie profert, tam recte singulae partes disponantur, ut maiore usque facultate sanctissima Christi religio et colatur, et augeatur, et magnam in hominibus ac populis opinionem habeat. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando visum sit in Vietnamita Natione novam dioecesim condere, Nos, bene rati id posse catholicae rei prodesse, post sententiam rogatum venerabilem Fratrem Angelum Palmas, Archiepiscopum titulo Vibianensem atque in Vietnamia et Cambogia Aposto-

licum Delegatum, haec, quae sequuntur, decernimus atque iubemus. E territorio dioecesis Kontumensis provinciam civilem quam dicunt Darlac detrahimus; item a diocesi Dalatensi provincias civiles Quang-Duc et Phuoc-Long separamus; quibus territoriis novam dioecesim constituimus, *BanmetJiuotensem* nomine, clero saeculari, uti cognomi-nane concredendam. Hanc Ecclesiam suffraganeam facimus Sedi metropolitanae Hueensi, eius Sedes episcopalis erit in urbe Banmethuot, templum cathedrale id, quod est sacratissimo Cordi Iesu dicatum, in eadem civitate. Canonicorum collegium condatur; tamen, si id fieri non possit statim, Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo assint ope atque consilio. Cetera, quae ad regimen novae dioecesis spectent, ad res atque personas, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, in his Ius Canonicum omnino servetur. Ceterum, ad haec quae iussimus, efficienda venerabilis Frater Angelus Palmas operam dabit, vel quem ille delegabit ; re vero acta, documenta exarari iubebit **et** ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet sinceris exemplis.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse **et** fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro 8. R. E. Cancellario
© **H**AMLETUS I. Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. **A**GAGIANIAN
8. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 96.

XII

ANTOFAGASTENSIS

In Chilensi Republica nova constituitur provincia ecclesiastica, « Antofagastensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Episcoporum Chilensis Reipublicae Coetus aptiori animorum curationi consentaneum ac perutile censuerit, si in eiusdem Reipublicae regione, vulgo Norte Grande appellata, nova constitueretur provincia ecclesiastica, idque ut fieret ab Apostolica Sede petierit, huiusmodi postulationi accedi posse aestimavimus ac sequentia, post auditam sententiam venerabilis Fratris Egani Righi Lambertini, Archiepiscopi titulo Docleensis atque in Republica Chilensi Apostolici Nuntii, decerni. A provincia ecclesiastica Serenensi dioecesim Antofagastensem separamus eamque novae provinciae ecclesiasticae caput constituimus, ita videlicet ut eadem Sedes Antofagastensis tamquam *Archiepiscopalis ac Metropolitana* in perpetuum habeatur, dioecesis autem Iquiquensis atque praelaturae Ariensis et Calamensis in Chilia, item a provincia Serenensi distractae, tamquam suffraganeae. Praecipimus insuper ut venerabilis Frater Franciscus Borgia Valenzuela Rios, Episcopus Antofagastensis, ad Archiepiscopi Metropolitae gradum et dignitatem promoveatur, omniaque iura et privilegia habeat, quae sunt sacrorum eius ordinis Praesulum propria, ad iuris communis normas ; cui scilicet eiusque successoribus sacri Antistites Sedium, quas diximus, suffraganei subicientur. Haec quae mandavimus ad effectum adducet venerabilis Frater Eganus Righi Lambertini, cuius mentionem fecimus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit congrua documenta exaranda studeat eaque ad Sacram Congregationem Consistorialem mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere

liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro S. R. E. Cancellario
© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
B. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ÇB Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXV, n. 2.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Opportunae facultates pro Apostolica Visitatione in Urbe peragenda conceduntur.

Dilecto Filio Nostro Aloisio Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Traglia, Tituli Sancti Andreae Apostoli de Valle, Nostro in Urbe eiusque districtu Vicario in spiritualibus Generali.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ut christianae vitae renovatio, in quam post celebratum Concilium Oecumenicum Vaticanum II ubique terrarum catholicae Ecclesiae filii alacriter incumbunt, etiam in hac alma Urbe efficacius in dies foveatur ac promoveatur, Constitutione Apostolica *Praegraves Supremi Pontificatus*, die XXV mensis Decembris proxime elapsi edita, Pastoralem

Visitationem in Romana Dioecesi indiximus. Hanc autem Visitationem Nosmetipsi in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, Nostra Cathedrali aede, die ix huius mensis Aprilis incohabimus; eamque, pro impenso amore quo Civitatem complectimur peculiaribus Nostris curis concreditam, Nobis in optatis esset per Nos ipsos pergere et perficere, nisi id facere gravibus multiplicibusque Apostolici muneris sollicitudinibus prohiberemur. Quare magni momenti munus eiusdem Visitationis Nostro nomine peregendae Tibi, Dilecte Fili. Noster, in Domino committendum decrevimus, ceterisque Venerabilibus Fratribus, qui una Tecum Romae Nobis in episcopali ministerio obeundo adiutricem operam praestant. Ne quid tamen frugiferum huiusmodi Tibi commissum opus impediat, immo ut Tibi praesto sint omnia quae ad illud sancte feliciterque persolvendum conferre possint, vestigiis Decessorum Nostrorum insistentes, Te peculiaribus facultatibus instructum volumus, quas hisce Litteris Apostolicis in forma Brevis Tibi, Dilecte Fili Noster, largimur, facta Tibi potestate easdem sive per modum actus sive habitualiter delegandi iis Antistitibus seu Praelatis ac sacerdotibus e clero saeculari vel regulari, quos eligere poteris, ut in hac re Te opportune adiuvent.

Spectata igitur peculiari indole huius Visitationis, cui propositum est « ut universa Romanae Dioecesis pastoralis actio, per firmiorem aptioremque omnium apostolicarum virium conexionem, salutare capiat incrementum » (Const. Ap. *Praegraves Supremi Pontificatus)*, haec statuimus, quae sequuntur :

I. - Pastoralis Visitatio post initium sollemni ritu faciendum in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, ad universam Romanam Dioecesim extendenda erit, eademque a paroeciis incipiet.

II. - Paroeciarum Visitatio hoc modo peragatur, ut in primis ea inspiciantur quae ad fidem pertineant, ac nominatim christianae doctrinae institutio variis christifidelium ordinibus impertienda et catechesis in scholis tradenda.

Inquirendum praeterea est, num observentur praecepta Concilii Oecumenici Vaticani Secundi de sacra Liturgia, normae ad liturgicam fidelium institutionem spectantes, nec non praescripta Romanae Synodi (art. 526), praesertim quod attinet ad Sacrificii Eucharistici celebrationem, ad sacrorum aedium et altarium decorem, ad sacram supellectilem, ad artem et musicam sacram etc.

Peculiaris ratio habeatur educationis liturgicae atque actuosae sacrorum rituum participationis eorum, qui ad religiosas laicorum consocia-

tiones pertinent. Item inspiciendum est, num ad effectum deducantur quae Instructione ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia commendantur (art. 35), ut nempe Pastores cum prudentia et caritate adlaborent ad aequalitatem fidelium etiam exterius in Ecclesia manifestandam, ita ut in Baptismi, Confirmationis et sacrae Communionis administratione, in Matrimonii celebratione — quae Ordinarie in nupturientium paroecia habenda erit — atque etiam in ritu exsequiarum, ad unicam ritus formam pro variis fidelium ordinibus perveniatur.

Cum autem ad efficaciam paroecialis ministerii in tuto ponendam oporteat quandam agendi rationem praestituere secundum ea quae certa ac nota sunt, inspiciendum est, num in singulis paroeciis exstet liber de statu animarum, in quem anagraphicae adnotationes accurate referantur. Inspiciantur denique libri rationum dati et accepti, ita ut singularum paroeciarum bona, administrandi modus et oeconomica condicio clare pateant.

III. - Sacrae Visitationi Pastorali obnoxia sunt :

a) ceterae ecclesiae, etiam patriarchales, quae intra Romanae dioecesis fines sitae sunt, etsi ab ordinaria ipsius Urbis Vicarii iurisdictione exemptae, sublatis ad hunc effectum abrogatisque quibuslibet iuribus ac privilegiis speciali ac vel etiam specialissima mentione dignis, quae sive ex veteri consuetudine sive ex Apostolicis Constitutionibus oriantur ;

d) omnia Oratoria cuiuslibet Ordinis, etiam Mendicantium, Congregationis aut Instituti Regularium, aut Hospitalium, quantumvis exemptorum, et generaliter quorumcumque Locorum atque Operum piorum, quae quomodolibet nuncupata sint, et quocumque privilegio, exemptione atque immunitate suffulta, etiam si de iis specifica atque individua mentio habenda foret ;

c) Capitula, domus religiosae virorum vel mulierum, studiorum Universitates, Seminaria, Scholae, Collegia, Congregationes, Archiconfraternitates (can. 707), Piae Uniones, Associationes, nullo exspectato Nostro speciali mandato, aut etiam requisito consensu vel licentia, itemque cetera Instituta quae auctoritati ecclesiasticae quoquo modo sunt obnoxia ;

d) in Sacra Visitatione peragenda, praeter ea quae de paroeciis statuta sunt, diligenter inquirantur praesens status dictorum Institutorum, eorum regulae, navitas, regimen, statuta, consuetudines, mores, regularis observantia Religiosarum Communitatum tam virorum quam mulierum, aliaque omnia ad actum huiusmodi Visitationis quomodo-

libet necessario pertinentia, facta facultate ad hunc effectum inspiciendi et perlustrandi illorum archivia, bibliothecas, et quaecumque in illis continentur documenta, atque etiam instrumenta authentica, scripturas, librosque rationum dati et accepti.

IV. - Volumus denique ut apud Urbis Vicariatum peculiare Officium constituatur, propriis normis instructum, ad quod transmittantur pro opportuno examine relationes de rebus gestis in Visitatione. Hoc autem Officium, cui praeerit Cardinalis Urbis Vicarius eiusque loco in Urbe Vicesgerens, complectetur Episcopos Auxiliares, Delegatos, et quosdam Consultores delectos e clero saeculari vel regulari, doctrina rerumque usu praestantes, nec non congruum officialium numerum. Eidem Officio praesto erit propria Secretaria seu scribarum coetus. Consultorum erit diligenter perpendere relationes Visitatorum ac deinde consilia opportune capienda proponere. Quae quidem consilia Nobis significanda erunt, ut Nostro iudicio Nostraeque approbationi subiciantur.

Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Aprilis, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris paroecialis ecclesia Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in Urbe dicata decoratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romae dignum surgit templum Sanctis Apostolis Petro et Paulo dicatum in nova amoenaque Urbis regione, quae, ab « Exhibitione Universali Romana)) appellata, compendiariis litteris EUR solet significari. Quae ecclesia, anno MCMXXXVIII

condita, utpote cum sit pulcherrimo prospectu, molis amplitudine admodum conspicua, nobilissima opere, cultu praeclara, ad caelestia et incorporalia erigit animos fidemque veluti loquitur a Sanctis Apostolis illis Romam advectam, fundamentum scilicet, in quo civium vita privata ac publica innitatur oportet. Cuius aedificii maiestas tholo etiam augetur, qui est ei impositus. Est autem potius prae Nobis ferendum templum esse egregiam pietatis sedem, quam eiusdem regionis incolae, quorum numerus valde increvit, colant studiose. Ad quod non modicum conferre cognoscuntur Fratres Minores Conventuales, quibus est ecclesia credita. Nec praetermittendum est Ioannem Pp. XXIII, Decessorum Nostrum rec. mem., paroeciam ibi instituisse Nosque ipsos ei tribuisse dignitatem tituli Purpuratis Patribus proprii. Quo honore primum Dilectus Filius Noster Franciscus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Seper, Zagrabiensis Archiepiscopus, fruitur, qui anno MCMLXVI templum rite consecravit. Quod quidem hoc tempore, quo ex more tradito a maioribus gloriosum martyrium Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli pia veneratione recolitur, etiam maius accipit momentum. Hisce de causis dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium supplices preces Nobis adhibuit, ut ecclesiam, tot laudibus insignem, Basilicae Minoris nomine ac iure benigne donaremus. Cui flagitationi Dilecti Filii Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinales Aloisius Traglia, Noster in Urbe Vicarius Generalis, et, quem supra diximus, Franciscus Seper, amplissime sunt suffragati. Quae vota libenter implere statuimus, fore confisi, ut, aucto eiusdem templi honore et revocata memoria « principum Apostolorum » et ((Romae parentum » (Cfr. *Hymn. Off. Ss. Petri et Pauli),* fides in animis exardescat et roboretur. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam, Sanctis Apostolis Petro et Paulo in Urbe sacram, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignitis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam

secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Iunii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Titulus et privilegia Basilicae Minoris collegiali ecclesiae, Petro et Paulo Apostolis dicatae in oppido v. d. « Casal Nadur », dioecesis Gaudisiensis, deferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romae parentibus arbitrisque gentium, idest Petro et Paulo Apostolis esse dicatum pernobile templum dioecesis Gaudiensis lapideus titulus, ipsis insculptus foribus, monet. Idem duo abhinc saecula aedificatum eximiaque postea arte perfectum, paroecialis atque collegialis ecclesiae dignitatem merito obtinet. Constat enim magni nominis artifices ei expoliendo suam operam dedisse, et altaria praesertim, specularla imaginibus decorata, tholum concamerationemque perpulchro ornatu esse distincta, ceteris marmore renidentibus. Floret ibi alacer divinae religionis cultus pluresque adsunt sacrorum administri piaeque sodalitates. Corpus beati Martyris, quem Coronatum nominant, multa fideles veneratione prosequuntur. Copiosa denique supellex ad festos ritus peragendos invenitur. Quoniam vero hoc ipso anno, quem Nos gloriosam Apostolorum Principum confessionem celebraturi « fidei annum » renuntiavimus, plenum post illam aedem 2onsecratam saeculum est revolutum, Venerabilis Frater Nicolaus Cauchi, Episcopus tit. a Vico Augusti et Apostolicus Gaudisiensis dioecesis Administrator, opportune censuit amplum Basilicae honorem ab Apostolica Sede eidem esse impetrandum. Quod votum, totius etiam cleri omniumque fidelium nomine ad Nos delatum gravique commendatione Venerabilis Fratris Martini Ioannis 0'Connor, Archiepiscopi tit. Laodiceni in Syria Nostrique apud Melitensem Civitatem Apostolici Nuntii, roboratum, benigno plane animo explere statuimus. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam collegialem, Deo in

honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli dicatam et in oppido v. d. Casal Nadur, intra dioecesis Gaudisiensis fines, extructam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afficimus et condecoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Iunii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Internuntiatura Apostolica Hollandiae in Nuntiaturam Apostolicam evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur in praesenti publica officiorum vincula inter Apostolicam Sedem et Hollandiae Regnum intercedentia postulent ut hodierna Nostra Legatio mutuas necessitudines magis magisque foveat mutuamque concordiam queat firmiorem reddere, in eam mentem venimus loco Internuntiaturae Apostolicae, quae usque adhuc ibi viguit,, Nuntiaturam constituere. Quae cum ita sint, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque auctoritate, Apostolicam Internuntiaturam apud Hollandiae Regnum in *Nuntiaturam Apostolicam,* sedem etiam in urbe Haga Comitum confirmantes, erigimus et constituimus. Eidem sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conductu-

ram. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae in Hollandia, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

8B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Titulus et privilegia Basilicae Minoris collegiali ecclesiae, Nativitati B. Mariae Virg. dicatae in oppido v. d. « Xaghra », dioecesis Gaudisiensis, tribuuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacrum Nativitati Beatae Virginis Mariae structuraeque magnificentia insigne, in oppido Gaudisiensis insulae templum exsurgit, quod iam inde a saeculo xvn iure paroeciae donatum, Leo Pp. XIII, Noster imm. rec. Decessor, ad collegialis aedis honorem provexit. Tres ei alae celsique parietes, duae turres elegansque tholus sunt, quibus sane inter maxima totius dioecesis aedificia refertur ; at interiora eius tam venusta praestant ornatione, ut artis singularis monumentum, fidelibus quidem percarum neque peregrinatoribus ignotum, merito existimetur. Namque marmoreum laudatur opus, quod totum suo ambitu spatium condecorat, laudanturque marmorei pariter suggestus sive sacerdotis sive cantorum. Ei autem, quae templo dat nomen caelestisque invocatur paroeciae patrona, impenso ibi studio adhibentur honores : ante Mariae Infantis signum, pulchris radiis praecinctum, frequentissimi adstant fideles, ut preces effundant maternumque impetrent favorem. Corpus etiam beati Fortunati Martyris piis omnibus insulanis magnae ibi venerationi est. Pretiosa denique supellex ad sacros ritus peragendos invenitur. Tantam ergo suae ecclesiae dignitatem respiciens eandemque amplificare cogitans, Venerabilis Frater Nicolaus Cauchi, Episcopus tit. a Vico Augusti atque Apostolicus

Gaudisiensis dioecesis Administrator, missis ad Nos litteris sui cleri suique gregis votum detulit, ut nempe eximium religionis domicilium per publicum decretum in Basilicarum numerum ascriberetur. Huiusmodi vero preces, ampla commendatione Venerabilis Fratris Martini Ioannis 0'Connor, Archiepiscopi tit. Laodiceni in Syria Nostrique apud Melitensem Civitatem Apostolici Nuntii, roboratas, benigno plane animo explere statuimus. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam collegialem, Deo in honorem Nativitatis Beatae Mariae Virginis dicatam et in oppido v. d. Xaghra, intra* dioecesis Gaudisiensis fines, exstructam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afncimus et condecoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Augusti, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© **H**AMLETUS I Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Venerabilis Dei Famula Maria Fortunata Viti, monialis professa Ordinis S. Benedicti, Beata renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Ipsa humilitas », ut ait Sanctus Augustinus *(In Io. Ev.* XII, 3, 6; *PL* 35, 1487) «facit nos nasci de Spiritu » : hic novus ortus, quo efficitur, ut ad sanctitatem contendant homines, praecipue eveniat oportet in religiosorum sodalium sedibus, quae christianarum virtutum, quarum fundamentum humilitas esse cognoscitur, sunt veluti scholae. Cuius virtù-

tis, cum ceteris iunctae, exercitatione nominis famam est adepta et Ecclesiam Dei Ordinemque Sancti Benedicti illustravit Famula Dei Maria Fortunata Viti, quam hodie Beatorum Caelitum honoribus afficere gaudemus atque filiis Nostris proponere etiam ut exemplum ac testem fidei, qua totis viribus Deo adhaeretur, idque hoc volvente anno, quem fidei excolendae constituimus ob memoriam principum Apostolorum Petri et Pauli. Cum igitur haec Beatificationis sollemnia agimus, denuo verum exstat, quod ait Dominus : ((qui se humiliât, exaltabitur » *(Lc.* 18, 19). Lectissima haec virgo non externis operibus — in Ecclesia enim « omnia ... membra non eundem actum habent)) *(Rom.* 12, 4) — sanctitatem et claritudinem est consecuta, sed vita umbratili et « abscondita in Christo cum Deo » *(Gol.* 3, 3). Quae quidem vivendi ratio hac aetate, qua actio fervet eique fortasse nimium a nonnullis tribuitur, a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo egregie est comprobata et commendata : sodales enim religiosi et religiosae, qui soli Deo vacant in solitudine et silentio, in assiduis precibus et alacri paenitentia, Domino « eximium laudis sacrificium offerunt, populum Dei sanctitatis uberrimis fructibus collustrant, atque exemplo movent necnon arcana fecunditate apostolica dilatant. Ita Ecclesiae decus exstant et caelestium scatebra gratiarum » (Decr. *Perfectae caritatis,* 7). Famula Dei Verulis, in urbe antiqua et christianae religionis studio ac monumentis praeclara, die decima mensis Februarii anno millesimo octingentesimo vicesimo septimo, quae dies Sanctae Scholasticae, Benedictinarum monialium matri, sacra est, lumen aspexit, et post quadriduum Baptismatis Sacramento Deo est renata, nomine imposito Annae Felicis. Piae matris Annae Bono disciplina intra domesticos parietes usa, ad pietatis rationes se conformabat, et, cum per aetatem valeret, ecclesiam cotidie adibat, a saeculi corruptelis, gratia Dei praeventa, se servabat immunem, ab illaque prima didicit elementa litterarum. Confirmationis chrismate illita et sacra Synaxi refecta, gradum puellula addidit, ut intimam cum Deo necessitudinem coleret. Attamen Aloisius Viti, pater, maxime lusus cupiditate captus, officia sua neglexit, ita ut familia antea satis fortunata dilaberetur, ad inopiam redigeretur, iaceret in tenebris. Mater, singularis exempli mulier, novem, quos genuerat, filios eduxit, viri auxilio destituta; sed tot fracta laboribus, tot angustiis pressa, cum esset solummodo triginta quinque annos nata, morte ablata est. Anna Felix, cum Agnes, soror primogenita, monialibus Ordinis Sancti Benedicti nomen dedisset, maternas curas fratribus, admodum adulescens, adhibuit, eorumque victui et vestimento consuluit in domo paupere

atque squalente. Quo melius eorum necessitatibus prospiceret, Famula Dei apud familiam quandam in pago Monte Sancti Ioannis Campano aliquot annos egit ancillam, propter virtutes, quarum dedit non obscura specimina, magno in honore habita. Eam igitur, quae, dum in saeculo viveret, Deo iam se totam permittebat, dicere solita : ((Domine, fiat voluntas tua », Divinus Sponsus, qui ad vitam religiosam eam vocavit, paratam invenit. Itaque, curis familiae tandem soluta, die festo Sancti Benedicti, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo primo, in Verulanum monasterium filiarum eiusdem Patriarchae, a Beata Maria Virgine appellatum, ut soror conversa se abdidit et in illa « schola dominici servitii », cum uni Deo deservire sibi proposuisset, pacem est adepta, quod celsissimum bonum Benedictina Familia peculiari studio et merito quidem persequitur. Eadem in virtutum palaestra sententiam, qua tota Benedictina vivendi ratio comprehenditur, scilicet « ora et labora », ad effectum deducere sedulo studuit. Tirocinii tempore elapso, die festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo tertio, votorum sponsione Christo Domino, quem « tota devotione dilexit, cui soli servavit fidem » (cfr. *Off. 8. Agnetis),* se obligavit. Per omnem fere vitae cursum humilis monialis vestiarii et linteorum curam gessit, atque etiam textricibus et aliquandiu praepositae valetudinario auxiliatricem praebuit operam. Sed acrius etiam allaborabat, ut religiosae vitae praecepta ad amussim servaret et ad sanctitatis fastigium ascenderei. Paupertatis retinentissima, modico erat contenta et veste induta, quam persaepe resarserat. Voluntariis castigationibus affligebat corpus, impense colens castimoniam, quae virtus ex ipso eius vultu elucebat. Studio vero oboedientiae, quae in monasticae Regulae initio est posita, tantopere tenebatur, ut moderatores sororesque his verbis affari soleret : « praebete mihi opportunitatem oboedientiam exercendi », aliosque ad assiduum huius virtutis usum enixe hortaretur. Quod demum ad humilitatem attinet, doctrina legiferi Patris, qui fusius de ea tractavit, a Famula Dei plane ad effectum adduci videbatur, ita ut ipsi omnino peculiaris et propria esset. Qua animi demissione se prohiberi sensit, ne ad ordinem monialium choro addictarum, quamvis eo vocaretur, transiret, eademque impellebatur, ut iniurias sibi illatas vultu sereno et mansueto toleraret. Tota in precibus ad Deum fundendis, multas horas, etiam nocturno tempore, ducebat, ut Christum sub panis specie latentem adoraret vel de acerbis cruciatibus, nostrae salutis causa ab eo susceptis, meditaretur ; ac Beatam Mariam Virginem perpetuis venerabatur obsequiis. Ecclesiae filia nobilissima, pro eius

necessitatibus Deo continenter supplicabat, aspera etiam sponte perferens, ut illis subsidio spirituali subveniret. Ad banc autem sollicitudinem de Ecclesia et ad opus oecumenicum Beatus Dominicus a Matre Dei, Angliae recentiore aetate Apostolus, religiosam familiam, cuius Maria Fortunata erat sodalis, salubriter induxerat. Mirum quam incenso animo ad Pium Pp. IX, Decessorem Nostrum rec. mem., accessit, qui anno millesimo octingentesimo sexagesimo tertio Verulanum monasterium Sanctae Mariae invisit, singulas sodales coram admittens. Neque est praetermittendum Famulam Dei per totius vitae cursum studiosissimam fuisse, quemadmodum veram Sancti Benedicti filiam addecet, solitudinis et silentii, ut cum Deo, divino hospite animae, colloqueretur ; eadem vero comis et suavis fuit in omnes, praesertim tempore, quod ex Ordinis praescripto animis honeste relaxandis tribui solet. Sorores singulari caritate prosequebatur iisque humilia praestare officia gestiebat. Sane memor sententiae, quam in Sancti Benedicti Regula scriptam invenimus : ((Passionibus Christi per patientiam participemus, ut et regni eius mereamur esse participes)) *(proh),* libenter tulit dolores multiplices, veluti adversam valetudinem, animi angores, maxime vero diaboli impugnationes, quae sub vitae finem etiam vehementiores fiebant. Supernis locupletata muneribus atque adeo « Fortunata)) non immerito dicta, cum septuaginta amplius annos in monasterio Christo serviisset, ad eius complexum properavit. Ecclesiae Sacramentis ad vitae exitum rite composita et imaginem Salvatoris cruci afiixi pie osculata, die vicesima mensis Novembris anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo, dum sorores primas Vesperas festi Praesentationis Beatae Mariae Virginis in templo concinunt, de huius saeculi tenebris ad caelestem Ierusalem, luce sempiterna refulgentem, placido vultu concessit. Monialis, ab oculis multitudinis remotae ac solis fere Ordinis praeceptis, sed summa cum perfectione, servandis intentae, fama sanctitatis post mortem tantopere increbruit, cum etiam Deus miraculis eam videretur confirmare, ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis coepta sit agi. Post ordinarios igitur, quemadmodum appellant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Pio Pp. XII, Decessore Nostro, die quinta mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo primo est obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Mariae Fortunatae Viti est disceptatum; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famula Dei cultas esse

heroum in modum Nos, lato Decreto die octava mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo sexagesimo quarto, ediximus. Exercita deinde quaestione de miraculis, quae eiusdem nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die septima decima mensis Iulii anno millesimo nongentesimo sexagesimo septimo de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit excutiendum, num Famula Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensenda. Quod quidem factum est; Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis, Nos die vicesima quinta mensis Septembris eodem anno millesimo nongentesimo sexagesimo septimo ad Venerabilis Famulae Dei Mariae Fortunatae Viti sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse, ediximus. Quae cum ita sint, Nos vota Ordinis Sancti Benedicti et Verulanae dioecesis explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Famula Dei Maria Fortunata Viti, monialis professa eiusdem Ordinis Sancti Benedicti, *Beatae* nomine in posterum appelletur, eiusque corpus ac lipsana seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beatae imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illa quotannis recitetur Officium de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesi Verulana, cuius intra fines Beata ipsa orta est diemque obiit supremum, itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Ordo Sancti Benedicti utitur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus omnibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beatae festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Mariae Fortunatae Viti, servatis servandis, praedictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima potestate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint

eiusdemque Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die VIII mensis Octobris, Dominica XXI post Pentecosten, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS L Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIONES

I

Ad Sodales Congregationis Sanctissimi Redemptoris, qui Romam convenerunt, ut Generali religiosae suae communitatis Consilio interessent. *

Dilecti filii,

Praesentia vestra haud mediocrem animi delectationem Nobis affert, quia magni momenti causa, hoc est celebratio Generalis Capituli Congregationis vestrae, vos Romam adduxit. Haec res, licet in primis vestram tangat religiosam familiam, tamen etiam in bonum vertit totius Ecclesiae, quae ex fiorenti religiosae vitae condicione magnam repetit partem vigoris sui, studii apostolici, ardoris sanctitatis adipiscendae. Quare libenter oblatam nanciscimur opportunitatem, ut vobis salutem dicamus plurimam, atque egregiam, quam de vobis habemus, opinionem gratumque animum declaremus.

In primis laetamur admodum ob alacrem sollertiam, qua in opus vobis commissum incumbitis. Conscientia officii in exemplum perducti, laboribus non pepercistis, ut, legibus vestri Instituti omni ex parte expensis, religiosa familia vestra ad normas Concilii Oecumenici et ad nostrae aetatis condiciones vitam suam suamque navitatem accommodet.

Ut facile patet, hoc negotium sedulam a vobis postulat animi attentionem, sapientiam, prudentiam, ac simul etiam audaciam cum fiducia coniunctam. Non enim vos permovere debet inconsultum novitatis stu-

* Allocutionis textum B. P. Sodalibus Coetum habentibus misit, cum illos tempore, quo Generale Consilium coëgerunt (mense septembri exeunte), coram admittere non posset.

dium, quod in arbitrio omnia ponat. In quolibet disciplinae capite innovando, ut Concilium praescribit, oportet ut « fideliter agnoscantur et serventur Fundatorum spiritus propriaque proposita, necnon sanae traditiones, quae omnia cuiusque instituti patrimonium constituunt *y).*[1] Agitur potius de renovationis opere, quod removeat quidquid decursu temporis devium, quidquid supervacaneum, quidquid iam obsoletum in disciplinam vestram irrepserit : ita quidem ut vultus vestrae Congregationis, sine macula et ruga, primigenio splendore fulgeat, ac sacram illam induat formam atque imaginem, quam ei Legifer Pater vester impressam voluit. Hoc modo regularum vestrarum *littera* immutari quidem poterit, *spiritus* autem integer permanebit.

Nobis in animo non est commemorare singula disciplinae vestrae capita, ex quibus constat spiritus Instituti vestri. Liceat tamen meditationi vestrae proponere peculiarem quandam eamque pulcherrimam Instituti vestri notam, quae cum nostrae aetatis necessitatibus magis congruere videtur ; scilicet pastoralem caritatem, qua potissimum ad vestram condendam Congregationem Legifer Pater vester permotus est. Qui quidem magis quam ceteri Ecclesiae Doctores ad nostra tempora pertinere videtur ob egregia eius opera, ob sacri apostolatus formas ab eo inductas ac praesertim ob praeclara eius scripta, quae adhuc in christifidelium manibus magno cum spirituali emolumento versantur. In his scriptis adhuc veluti spirat Sancti huius Caelitis imago, adhuc resonare videtur eius vox, quae superno quodam spiritu afflata, audientes suaviter alliciebat eorumque animos tam vehementer amore Dei inflammabat, nobis simul ostendens, quo modo verbum Dei praedicetur oporteat. Ipse enim, etsi praeclara doctrina praeditus, non exquisitam eruditionem iactabat, sed evangelicam adamabat sermonis simplicitatem ; de hoc unice sollicitus erat, ut Evangelium annuntiaret, ut omnes intelligerent; atque eius dicendi vis atque efficacia ab arctissima cum Deo coniunctione tota procedebat. Nostra haec tempora, dilecti filii, hoc exemplo summopere indigent; nam praesertim sanctitate vitae verbi Dei praecones Evangelii veritatem testentur oportet, neque alia agendi ratione sacerdotes ac religiosi sodales « sal terrae et lux mundi » evadere poterunt.

Cum hac pastorali caritate alius navitatis vestrae campus conectitur, in quo excolendo Congregatio vestra egregia sibi comparavit prome-

[1] Decretum de accommodata renovat, vitae relig. *Perfectae caritatis,* 2: *A. A. 8.* 58 (1966), p. 703.

rita, campus scilicet studiorum theologiae moralis, cuius recens fructus isque praecipuus exstat « Alfonsianum Institutum ». Quo tempore monitum urget Concilii Oecumenici, ut « specialis cura impendatur theologiae morali perficiendae »,[2] vix attinet dicere quantam spem et exspectationem in vestra adiutrice opera collocemus, eo vel magis quod hac in re non desunt qui a via recta discedant. Revera non sine magno dolore novimus minus probandas aliquorum sententias circumferri, qui, magisterio Ecclesiae posthabito, ac falsis interpretationibus Concilii innixi, christianam morum doctrinam ad saeculi huius inclinationes ac perversas opiniones incaute accommodant, quasi non mundus ad legem Christi, sed lex Christi ad mundum conformanda esset.

Cum de re agatur, quae tanti momenti est, liceat mentem aperire Nostram, a qua vos, ut pro certo habemus, scribendo docendoque normas ductumque haurietis.

Rectum terendum iter iam patet ex ipsius Concilii verbis : « Eius (hoc est theologiae moralis) scientifica expositio, doctrina S. Scripturae magis nutrita, celsitudinem vocationis fidelium in Christo illustret eorumque obligationem in caritate pro mundi vita fructum ferendi ».[3] Hoc autem facientes, sedulam ponite curam ut arcta conexio et concordia appareat, quae inter Concilii doctrinam et doctrinam superiore tempore a magisterio ecclesiastico propositam intercedit. Absit ut christifideles in diversam opinionem inducantur, quasi ex Concilii magisterio nonnulla hodie liceant, quae antea Ecclesia intrinsece mala declaravit. Quis non videt exinde pravum *relativismum moralem* oriri, ac plane totum doctrinae Ecclesiae patrimonium in discrimen adduci? Quare, si alias umquam, hodie potissimum plena fidelitate ac docili humilique mentis obsequio vivo Magisterio Ecclesiae adhaerendum est, quod cum « cuilibet theologo proxima et universalis norma veritatis esse» debeat,[4] non ut iniustum scientificae investigationis frenum censendum est, sed ut necessaria condicio veri sacrae doctrinae progressus.

Haec verba vobis coram habemus, dilecti filii, quorum Conditor ob excelsam vitae sanctitatem, Ecclesiae amorem, firmum erga Apostolicam Sedem obsequium, praeclaram tutamque doctrinam dignus habitus; est, qui Ecclesiae universalis Doctor atque omnium confessariorum ac theologiae moralis cultorum caelestis apud Deum Patronus declararetur. Quod Nobis fiduciam auget, fore ut vos, sicut elapso tempore, ita

[2] Decretum de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 16 : A. *A. S.* 58 (1966), p. 724.
[3] Ibid.
[4] Cfr. Pii XII Litt. Enc. *Humani generis : A. A. S.* 42 (1950), p. 567.

etiam in posterum tanto patre dignos vos exhibeatis, atque hereditatem spiritualem ab ipso vobis concreditam sartam tectam servantes, ad eius exemplum omni ope allaboretis « ad tutam muniendam viam, per quam christifidelium animarum moderatores *inoffenso pede* incedere)> possint.[5]

Quae ut feliciter contingant, supernam gratiarum copiam vobis ex animo imploramus, earumque auspicem vobis vestroque Instituto universo Apostolicam Benedictionem impertimus.

II

Habita in patriarchali Basilica Vaticana, Eucharistico Sacrificio a Beatissimo Patre concelebrato, ut Episcoporum Synodi coetus inaugurarentur. *

Venerabiles Fratres,

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo. His verbis vobis Nos salutem dicimus, qui magna veneratione magnaque laetitia affecti vos excipimus; qui, vos cementes circa Nos congregatos, iucundi animi Nostri sensus vobis patefacimus; qui vos agnoscimus Fratres delectos ad partes sustinendas universae Catholicae Hierarchiae, qua Pastores totius Populi Dei, in Synodo Episcoporum, cuius primum coetum hodie auspicamur. Sálvete, Fratres carissimi ! Ac salvere iubemus singulas quoque Ecclesias, unde venistis; praesentia vestra vestraque caritas Nobis manifestum exhibent signum illius prorsus admirandae communionis, quae inter vestras Ecclesias intercedit et ex qua Ecclesia sancta Dei universa, modo arcano sed vero, in unam firmam arctamque compaginem coalescit. Debitae etiam grates persolvantur de voce vestra, venerationis et nobilitatis plena, quae, communium omnium sensuum interpres, nunc Nobis testatur vestrum obsequium, vestrum amorem, vestrum propositum allaborandi semper coniunctis viribus ad Dei gloriam et ad mundi salutem promovendam; vocem vestram dicimus, quae Nostra laude Nostrique grati animi testimonio digna est; quae egregias voluntates vestras vestramque officii conscientiam plane addecet; cui iam nunc benedictio Nostra respondet.

Vobis plane in comperto est, quid a nobis nunc peragatur.

[5] Pius IX, Litt. Ap. *Qui Ecclesiae suae,* 7 iul. 1871.

* Die 29 mensis septembris a. 1967.

Una simul Sacrificium Eucharisticum celebravimus, quod *mysterium fidei* ac *mysterium caritatis* verissime nuncupatur. Non alio enim nomine apte appellari potest sacramentale illud prodigium, vi cuius inter nos, qui adhuc in mortali hac vita peregrinamur, Christus realiter fit praesens in incruenta repraesentatione immolationis suae, quae causa exstitit nostrae salutis; praeter fidem in eius verba, nulla humana scientia certos nos efficit de re tam excelsa ; ad tanti autem doni magnitudinem quodammodo percipiendam, solum valet consideratio immensae caritatis Christi, qui illud instituit, itemque consideratio humilis caritatis nostrae, quae amori Dei infinito, ad coniunctionem et ad sui diffusionem eam impellenti, respondere conatur. De Missae sacrificio agitur, cuius celebratio feliciter efficit, ut cum Christo nos coniungere possimus, non modo vi alicuius commemorationis, vel symboli, vel promissionis, sed etiam ac praesertim vi cuiusdam verae ac vivae communionis, etsi occultae et sacramentalibus signis tantum expressae; illic nostrum robur situm est, nostrum alimentum, nostrum gaudium, nostra veluti exstasis, humilis quidem et beata, quae inter labores et vicissitudines terrenae huius vitae nobis sinit iam nunc ineffabilem caelestis vitae laetitiam praegustare; illic etiam nostra, in signo crucis, cotidiana arcana coniunctio cum Christo, qui gloriose regnat ad dexteram Patris; illic denique operosa virtus Christi, quae efficit ut in unitatem Corporis sui mystici coalescant omnes quotquot Ipsum participant, qui fidelium multitudini se ipse panem unicum praebet.

Cur, Venerabiles Fratres, haec vobis commemoramus, quae vos probe nota et gratissima habetis?

Hoc facimus, quia eadem Nobis videntur posse ac debere peculiari modo animis vestris inhaerere inter sacram huiusmodi celebrationem, quae omnes invitat ad plenam eamque sollemnem edendam fidei et caritatis professionem.

Biennio elapso a Concilii Oecumenici Vaticani secundi conclusione, ut tunc polliciti sumus, rursus in venerandam hanc aulam una simul convenimus ob duplicem hanc causam : primum, ut per oblationem nostrae fidei debito prosequamur honore saecularem memoriam martyrii Sanctorum Petri et Pauli; deinde, ut nostra incendatur caritas, cum feliciter celebraturi simus primum coetum Synodi Episcoporum. Haec Nostra proposita cum eodem Concilio Oecumenico rationem ac necessitudinem profecto habent. Nam hic consessus, quam Episcopi numero et auctoritate praestantes cum humili Petri successore celebrant, quamvis praeditus non sit sollemnitate et potestate Concilii Oecumenici propria,

nihilominus quaedam ex praecipuis Concilii Oecumenici propositis ad effectum deducit; quorum propositorum primum huc spectabat, ut in tuto poneretur et confirmaretur catholica fides, eius integritas, eius vis, eius progressus, eius cohaerentia, ratione habita doctrinae atque historiae ; itemque catholica fides agnosceretur necessarium christianae vitae principium atque Ecclesiae suprema ratio et causa. Ad rem quod attinet, nullo modo e memoria nostra excedere poterunt sacrosancta illa verba, quibus Decessor Noster sanctae recordationis Ioannes XXIII Concilium Oecumenicum Vaticanum secundum inaugurabat eiusque celsissimum munus, quod praeteriri nequit, statuebat :

« ... Concilium Oecumenicum primum et vicesimum — quod efficaci magnique aestimando auxilio utitur eorum, qui scientia sacrarum disciplinarum, apostolatus exercendi resque recto ordine agendi excellunt — integram, non imminutam, non detortam tradere vult doctrinam catholicam, quae licet inter difficultates et contentiones, veluti patrimonium commune hominum evasit. Hoc non omnibus quidem gratum est, tamen cunctis qui bona voluntate sunt praediti, quasi paratus thesaurus uberrimus proponitur ... In praesenti oportet ut universa doctrina christiana, nulla parte inde detracta, his temporibus nostris ab omnibus accipiatur novo studio, mentibus serenis atque pacatis, tradita accurata illa ratione verba concipiendi, et in formam redigendi, quae ex actis Concilii Tridentini et Vaticani primi praesertim elucet ... ».[1]

Huiusmodi autem sollicitudo de doctrina fideliter servanda, quae proximi Concilii initio tam graviter declarata est, hoc etiam tempore, quod Concilium sequitur, permanere debet, eademque tanto vigilantius ab iis praestanda est, qui in Dei Ecclesia a Christo mandatum acceperunt docendi, evangelicum nuntium propagandi atque fidei depositum custodiendi, quanto crebriora gravioraque sunt pericula, quae hodie idem depositum in discrimen adducunt ; pericula dicimus quae immania sunt ob huius aetatis mentis habitum a religione alienum, eademque insidiarum plena, utpote quae in ipsius Ecclesiae sinu oriantur nonnullorum magistrorum et scriptorum opera, qui, dum contendunt doctrinam catholicam novis viis ac modis exprimere, saepe tamen magis cupiunt fidei dogmata ad profanas cogitandi loquendique rationes accommodare, quam normis magisterii ecclesiastici obtemperare; quo fit, ut eorum opinio libere pervulgetur, qui arbitrantur fas esse, verae doctrinae postulatis neglectis, ex fidei veritatibus eas tantum deligere, quae privato iudicio

[1] *A. A. S.*, LIV, 1962, pp. 791-792.

ac nativa cuiusvis hominis propensione admittendae videantur, ceterasque vero respuere : quasi morum conscientiae, liberae suorumque actuum dominae, iura sua vindicari liceat adversus veritatis iura, quorum prima ea recensenda sunt, quae ad divinam revelationem pertinent,[2] itidem quasi sacrum doctrinae Ecclesiae patrimonium ita retractari fas sit, ut christianae religioni novae sententiarum significationes adiciantur longe discrepantes a theologiae rationibus, quas germana traditio, pro sua erga Dei verbum summa reverentia, dilucide descripsit.

Fides, ut probe novimus, non a verbi divini interpretatione arbitrio vel solum secundum naturae rationes facta, originem trahit, neque est significatio sensus religiosi, quae oriatur ex opinione, legitimo moderatore destituta, plurium hominum qui se in Deum credere affirment, ac multo minus est assensio, quae sententiis philosophicis et sociologicis certo quodam tempore eoque fugaci vigentibus, praestetur. Fides vero in illa posita est adhaesione, qua tota natura spiritualis nostra mirabile illud ac misericors nuntium salutis accipit, quod quasi per lucidas et secretas vias Revelationis ad nos pervenit. Fides non solum est inquisitio, sed imprimis certitudo; potius quam nostrae pervestigationis fructus, est donum quoddam arcanum, quod postulat, ut nosmetipsos dociles ac paratos praebeamus ad eximium illud colloquium, quod Deus cum animis nostris intentis ac fiduciae plenis instituit.

Itaque, post Concilium Oecumenicum peractum, fidei defensio tam necessaria est Nobis visa, ut universam Ecclesiam hortaremur ad ((Annum Fidei », uti appellatur, celebrandum in honorem duorum Apostolorum, principum magistrorum ac testium Evangelii Christi ; quo scilicet perpenderetur fides ab illis tradita nobis, et recte aestimaretur, respectu habito vitae hodiernae condicionum, munus summi momenti, huius primariae virtutis proprium, quod pertinet ad firmitatem religionis nostrae, ad Ecclesiae vigorem, ad aedificationem Regni Dei in animis hominum, ad colloquia oecumenica, ad usum, germanum et vivificum, quo Christi sectatores mundum huius aetatis con tingere cupiunt. Hoc modo fidem nostram volumus confirmare, quatenus magistri, testes, pastores sumus in Ecclesia Dei, ut ipsa in conspectu unius Supremi Moderatoris, Christi viventis et invisibilis, appareat humilis, sincera, valida ; confirmare etiam volumus fidem omnium, quotquot in Christo habemus filios, maxime eorum, qui theologiae et religioni student, ut, nova quadam et vigili conscientia circa immutabilem et certam doctrinam Ecclesiae

[2] Cfr. *Gal. 1,* 6-9.

ducti, sapientem operam auxiliatricem praebeant ad sacras disciplinas provehendas et ad firmiter tenendum propositum inviolabile doctrinae catholicae, luce, quae inde manat, et fecunditate, qua pollet, servatis.

Hac de causa, Venerabiles Fratres, vos vocavimus ad celebrandum Nobiscum « mysterium fidei » super sepulcrum Petri Apostoli, astante eo, qui illius indignus quidem sed verus est successor, ad percipiendum iterum arcanum et laetificum charisma fidei et ad persentiendum officium, quo circa eam obligamur et firmamur.

Praeterea e « mysterio caritatis)), quod a Sacrificio Eucharistico quasi lux irradians provenit, oportet deducamus rationem et quasi perspiciamus intimam naturam alterius finis, ob quem hic sumus congregati, et qui maximi momenti est propter ipsius novitatem et vim, quae in Ecclesiae vitam redundat; loquimur videlicet de initio Synodi Episcoporum.

Hic de novo eiusmodi Instituto verba non facimus, siquidem eius naturam et finem in Litteris Apostolicis motu proprio a Nobis die quinta decima mensis Septembris anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto editis, quae a verbis « Apostolica sollicitudo » incipiunt,[3] exposuimus, et cras, quaedam addendo, eiusdem Instituti canonicam rationem breviter attingemus; hic ostendere sufficit, qui sit fons spiritualis, unde ortum sit, et quod bonum morale, quo nitatur. Ad haec quod attinet, diximus novum eiusmodi Institutum, visibili moderationi Ecclesiae inserviens, referendum esse ad Concilium nuper celebratum ut ad principium proximum suum : etenim dum Concilium ageretur, id a Nobis est conditum et a Concilio quasi prognatum. In Concilio enim necessitas apparuit arctioris communionis inter Episcopos catholicos, non solum quoad statum eorum, sed etiam quoad actionem ; cuius quidem Episcopatus collegialis forma a Concilio merito est in lucem prolata in constitutione Ecclesiae describenda; atque etiam apertior et potior Nobis visa est necessitas modo ampliore et magis disposito utendi auxiliatrice opera et consilio Fratrum Nostrorum in Episcopatu ad pastoralem moderationem ipsius Ecclesiae, qui modus his temporibus re vera facilior redditur miranda vehiculorum progressione.

Quam ob rem, Episcoporum haec Synodus sese ministerium ecclesialis caritatis profiteri vult ; hoc autem caritatis ministerium, intus in Ecclesia positum, verissime penitusque oritur e *caritatis mysterio,* quo Eucharisticum Sacrificium appellare Nobis placet : quod evidenti indicio

[3] *A. A. 8.* **LVII, 1965, pp. 775-780.**

verbis illis comprobari videtur, quae Dominus noster Iesus Christus in ipsa extrema Paschatis cena fecit, quaeque eius Evangelii summa existimanda sunt, nempe : *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem^ sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.*[4] Quibus divinis verbis, ut ea quodammodo interpretemur, mira et vulgatissima illa adiungere possumus, quae Apostolus Paulus scripsit : ... *unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.*[5]

Haec omnia nos admonent, Ecclesiam Sanctam communionem societatemque esse, in fide et caritate fundatam. De fide iam diximus. Quid vero de caritate Nobis dicendum est, ad propositam rem quod attinet? Hoc scilicet : oportet semper meminerimus, caritatem — amorem dicimus illum, qui a Deo est, quique in credentium cordibus diffunditur eosque ita ad amandum idoneos facit, sicut ipse Christus eos dilexit — principium esse constitutivum atque vitale Ecclesiae Sanctae, quam non sanguis, non territorium, non animi cultus, non rei publicae ratio, non utilitas coagmentat, sed amor.

Interrogationem quoque addemus : potestne talis amor in Dei Ecclesia crescere? Cui interrogationi illico respondebimus, dum in animo reminiscimur et recogitamus, huiusmodi caritatem in rebus gestis atque in Ecclesiae institutis alternas habuisse vices; respondebimus haec dicentes : eiusmodi amor crescere potest, immo crescere debet. Necesse est, ut Ecclesia sese intus diligat, ut sese magis diligat; necesse est, dicimus, ut nostro hoc tempore ii omnes, qui eam efficiunt, et ii maxime, qui eius partes agunt eamque ducunt, inter se magis magisque conglutinatos illo arcano ac validissimo vinculo se sentiant, quod est amor, a Christo traditus, imperatus ac muneri datus. Si admirabili quadam eloquii vi et efficacitate dictum est : *dilatentur spatia caritatis,*[6] liceat Nobis addere : astringantur *vincula* caritatis.

Ut difficultates omne genus superentur, quibus Ecclesia nostro hoc saeculo laborat, atque ut gliscenti impulsioni ipsa respondeat, qua advertit labori sibi non esse parcendum ad Dei proferendum regnum atque ad humani generis comparandam utilitatem, hoc remedium, hanc virtutem Ecclesia sibimetipsi comparare debet : ut crescat in caritate, quae eam ut christianam declarat ac distinguit, et eius membra « cor

[4] *Io.* .13, 34-35.
[5] *1 Cor.* 10, 17.
[6] Aug. *Serm. Q9;PL* 5, 440.

unum et animam unam »[7] efficit. Quodsi res ita se habent, mirum non est, si ii, quos *Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei/* cupiant atque optent, ut Christi caritate magis magisque impellantur, et caritatis professioni novam dent se exprimendi rationem, curantes ut eadem professio novo Instituto augeatur.

Episcoporum Synodus haec omnia praestare, haec omnia esse vult. Faxit Deus, ut eam talem ad effectum et rem deducamus, qualis ipsa proposito et afflatu esse cupit : scilicet, sicut iam diximus, caritatis ministerium a caritatis profluens mysterio.

Quod Nobis Deus concedere dignetur, per intercessionem Beatae Mariae semper Virginis, Sancti Michaelis Archangeli et omnium Angelorum, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum, nunc et in perpetuum. Amen.

III

E.mis Purpuratis Patribus et Exc.mis Praesulibus e Synodo Episcoporum, primo coacto coetui operam navantibus. *

Deo Patri omnipotenti, per Iesum Christum, Filium eius, Dominum nostrum, in Spiritu Sancto Paracleto, gratias habemus, quod id nobis dat, ut primam hanc Synodi Episcoporum sessionem celebremus, cum ad sanctissimi nominis sui gloriam, tum ad sanctae catholicae Ecclesiae utilitatem, et ad subsidium saluferi eius muneris in toto terrarum orbe exsequendi.

Itaque simul vobis, venerabiles Fratres, salutem iterum dicimus, simul, omnium levamenti causa, votum ingeminamus, ut novum huiusmodi Institutum — Synodum Episcoporum dicimus — valeat ad confirmanda artiusque astringenda fidei, caritatis solertiaeque pastoralis vincula, hinc inter apostolicum munus Nostrum et omnium catholicorum Episcoporum munus, hinc inter universos Episcopos et Familias Religiosas. Primum enim omnium hoc Institutum eo conditum est, ut in catholica Hierarchia inque pastorali Ecclesiae regimine sive unitas habeatur sive consociata voluntas. Altera deinde causa huius condendi Instituti collocanda est in auxilio, in consilio, in suffragio, quae Nos ab Episcopatu maiora accepturos esse speramus in apostolico ministerio

[7] Cfr. *Act.* 4, 32.
[8] *Act.* 20, 28.
* Die 30 mensis septembris a. 1967.

sustinendo. Quodsi id in utilitatem officio Nostro primatiali cedit, quod ad Ecclesiae suae universae commodum ministeriumque Christus Petro Apostolo atque post eum legitimis eius successoribus in hac Romana Sede tradidit, non minus tamen in honorem vertitur Collegii Episcoporum, quod hac de causa cum Romano Pontifice in universalis Ecclesiae cura quodam modo consociatur.

Ex quo sequitur ut, quamvis Synodus Episcoporum idem putari nequeat atque Concilium Oecumenicum, cum et compositione et auctoritate et finibus Concilii propriis careat, eiusdem tamen imaginem quodammodo refert, sensum rationemque exprimit, atque, si Deus dederit, eius praecipua dona, sapientiam scilicet et caritatem impetrat.

Etenim vos, Venerabiles Fratres, multiplicibus partibus fungimini. In primis vices agitis vestrarum Ecclesiarum, quarum principium et fundamentum estis unitatis, uti Nos, ex Dei voluntate, unitatis principium et fundamentum sumus sive huius Romanae Ecclesiae, sive universalis Ecclesiae, sive totius Episcopatus et *multitudinis fidelium;* [1] vos propterea, *angelos* [2] vestrarum Ecclesiarum, libentissime accipimus vobisque salutem dicimus. Deinde vos, magna ex parte, personam agitis Conferentiarum Episcopalium, a quibus membra huius Synodi delecti estis; quod quidem mandatum vestrum id efficit, ut per vos eaedem Conferentiae hic praesentes legitime habeantur, earumque optata et rerum usus huc afferantur. Partes vobis concreditae veluti dignitatem induunt et auctoritatem horum Institutorum ecclesiasticorum, hoc est Conferentiarum Episcopalium, quas Concilium Oecumenicum promovit earumque munera descripsit, adeo quidem ut, quemadmodum eae aptae videntur ad congruam et opportunam potestatis partitionem in regimen ecclesiasticum inducendam, et ad fovendam quandam formarum multiplicitatem in vita Ecclesiae exprimenda, quae Ecclesiae loci traditionem et indolem plane addecet, ita pariter conferant ad firmandam illam recte ordinatae compaginis unitatem, quae Christi Ecclesiae propria est nota. Quare a Nobis ratio habenda erit sententiarum, quae a Conferentiis vestris prolatae sunt, et quarum vos interpretes esse debetis. Hoc tamen, uti patet, neque detrahit de supremo et communi officio, quo astringimini, semper obtemperandi auctoritati Sacrarum Scripturarum, germanae Ecclesiae traditionis eiusque legitimi magisterii; neque impedit quominus nos omnes, in disceptationibus huius Synodi,

[1] Cfr. Conc. Oecumenicum Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 23: *A. A. S.* 57, 1965, p. 27.

[2] *Apoc.* 1, 2 ss.

mature perpendimus opiniones et argumenta, quae forte afferantur. Denique vos partes agitis universi catholicae Ecclesiae corporis hierarchici, quod invicem personam gerit Christi Domini, qui Ecclesiae sanctae unicum supremum Caput invisibile est, et a quo omnis caelestis gratia in nos proficiscitur, et omnis potestas nobis datur. Affirmari etiam potest, vos quodammodo ipsius populi christiani personam gerere, non quasi illinc mandatum vestrum suam vim et auctoritatem repetat, sed quia vos, cum Christi legatione fungamini apud populum christianum, eius necessitates et optata comperta habetis eiusque spirituali bono et saluti prospicitis.

Quare, Venerabiles Fratres, si officium a vobis in hac Synodo Episcoporum explendum suapte natura est *consultivum/* illud tamen magnum pondus et momentum habet, sive apud Nos, qui ad hanc consultationem vos advocavimus, quique in quibusdam casibus suffragiis vestris vim *deliberativam* tribuemus, sive etiam apud Ecclesiam universam, quae vos agnoscit magistros, testes et pastores populi Dei in gravissimis et peculiaribus adiunctis celsissimi vestri ministerii.

Expedit nos omnes ad ea conformari, quae simplici exposuimus modo, cum opus in Synodo patrandum incohamus, neque est cur eius definitionem accuratius circumscribamus et perpoliamus, eam videlicet amplificantes, quae in pernotis Statutis describitur. Non pauci enim sunt homines doctrinis excolendis vel nuntiis pervulgandis dediti, qui inquisitionem in rationes iuridicas huius Instituti audeant transferre ut suo arbitrio formam et munus eidem tribuant, quae putent congruere cum novis quibusdam notionibus, ad ius constitutivum Ecclesiae pertinentibus. Nobis vero in praesenti satis est animadvertere novum hoc Institutum, quasi in Ecclesiae medio positum, sensui illi unitatis mutuaeque operae inter Sedem Apostolicam atque Episcopos et Moderatores maiores Familiarum Religiosarum convenire, quem Concilium expertum est et provexit; atque hanc Synodum favere divulgandis notitiis rebusque usu cognitis circa vitam Ecclesiae, nec non opportunitatem praebere praepositis Dicasteriorum Curiae Romanae et variarum iurisdictionum ecclesiasticarum Rectoribus inter se conveniendi et disceptandi de certis quibusdam argumentis, quae omnium intersint, ac demum eandem Synodum efficere, ut ii, qui onus atque munus magisterii et moderationis pastoralis in Ecclesia gerunt, in statu quodam vigilan-

[3] Cf. Litt. Apost. Motu Proprio datae, *Apostolica sollicitudo,* art. II: *A. A. 8.* 57, 1965, p. 776.

tiae et operositatis versentur, quemadmodum horum temporum condiciones postulant.

Hic, sine ulla mora, operis huius Synodi proprii, initium facere possemus, nisi de quibusdam rebus, pro officio Nostro, praefandum esse Nobis videretur.

Primo quidem deprehenditur absentia quorundam Sodalium Synodi, quorum alii, ne ei intersint, adversa valetudine, alii a civilibus potestatibus impediuntur, utpote a quibus legitimam commeatus facultatem non acceperint. Priores salvere iubemus, quos laetis ominibus ac memori benevolentia complectimur ; alteris pariter, praesertim Purpurato Patri Stephano Wyszynski, Gnesnensi et Varsaviensi Archiepiscopo, et, una cum ipso, Cardinali Carolo Wojtyla, Archiepiscopo Cracoviensi, ceterisque Poloniae sacrorum Antistitibus, qui mutua consiliorum conspiratione Eomam petere sine Primate noluerunt, salutem plurimam ex animo dicimus. Neque tamen abstinere possumus, quin aperte conqueramur ob impedimenta, eorum tam innoxio itineri illata, itemque ob iniustas condiciones in quibusdam Nationibus Ecclesiae positas : Nationes dicimus, ubi legitima Ecclesiae libertas etiam nunc intercipitur, ubi ipsa immeritis suspicionibus, animorum coërcitionibus, vel lege statutis, et acribus semper religionis impugnationibus lacessitur.

Vobis, Venerabiles Fratres, in comperto est, quam aspere catholica vita in suis maximi momenti necessitatibus, ad rerum temperationem et perfunctionem attinentibus, artetur, et quam consulto in angustias inque periculum gradatim pereundi adducatur. Discriminis hora, diuturni sane atque gravis discriminis, haud paucis christianis communitatibus instat, eaque mundum admonet, iustitiae illud ac libertatis institutum, hoc nostro tempore cuiuslibet civilis cultus proprium, nondum sincere ad effectum adductum esse quibusdam in Nationibus, ubi tales rei publicae gerendae praeponderant formae, quae vel nimis multa Civitatis auctoritati tribuunt, vel omnia in eiusdem Civitatis potestatem redigunt, sanctamque religionem re impugnant. Quam ob rem, eo pluris eae civiles societates nobis aestimandae sunt, ubi Ecclesiae praesentia et opera libere et honeste confirmari queunt. Hanc ob causam eo magis animo coniunctos nos sentiamus oportet cum illis Fratribus nostris, quibus fidem aperte profiteri fas non est, quique tamen tacita maiorum tolerantia et christiana animi fortitudine, saepe heroum virtutem attingente, Christo eiusque Ecclesiae adhaerere pergunt. Eorum haudquaquam obliviscemur, quotiescumque nostras fundemus preces; interim huius coetus vota atque recordatio ad illos Fratres unanima convolent.

Altera animadversio ad Fratres, adhuc a nobis seiunctos, pertinet. Ob Synodi Episcoporum canonicam et quasi domesticam indolem — cum Synodus quidam sit conventus, ratione et argumento suo internas catholicae Ecclesiae res spectans — fieri non potuit, ut, quemadmodum evenit cum Oecumenicum celebraretur Concilium, ipsi vocarentur ad eiusdem Synodi participandos coetus. Ad id vero quod attinet, duas res confestim dicere cupimus, quarum prima eo spectat ut, dum nostri peraguntur labores, ea numquam absit cogitatio quomodo hi nostri consessus eosdem christianos Fratres afficiant. Nam Synodi convocatio per se ipsa magnum habet momentum pro ea sane ratione qua eadem Synodus, Concilii vestigiis insistens, patefacit in catholicae Ecclesiae vita adhuc efficiens esse perantiquum illud synodorum Institutum, quo Orientis Ecclesiae tam egregie usae sunt, quodque novo modo, nostrae consentaneo aetati, firmiores reddet necessitudines inter Romanam Ecclesiam, quae caritati praesidet,[4] atque diversas locorum Ecclesias.

Praeterea nonnullae Ecclesiae christianae atque communitates ecclesiales, quae haud plena nobiscum communione fruuntur, studiose oculos in nos intendunt atque spe tenentur fore, ut huius Synodi deliberationes, viae quibus eae disseruntur, atque conclusiones ad quas pervenient, novas praebeant opportunitates ulterius progrediendi in colloquio oecumenico, quod iam initum est.

Persuasissimum habemus, Venerabiles Fratres, vos, *semel traditae sanctis fidei*[5] fideliter haerentes atque ex ipsius thesauro nova et vetera haurientes,[6] hanc exspectationem expleturos esse.

Quam ob rem Synodus plane intelleget singula argumenta pertractanda magni esse ponderis, non tantum ad internam catholicae Ecclesiae vitam quod attinet, sed etiam ad sanctam unitatis christianae causam.

Sed ut alterum a Nobis dicatur restat, bonumque est omen, observantiae semper et caritatis christianique sensus plenum, quo Nos in ipso huius Synodi Episcoporum exordio sive omnes christianas Ecclesias sive ceteras christianas communitates volumus prosequi, quibuscum, etsi nondum perfecta optataque communio intercedit, multae tamen gravioresque rationes ad animos pertinentes revera devinciunt. Tale vero Nostrum est omen, ut ad expletam in fide atque in dilectione unitatem mutuo quodam itinere contendamus, quemadmodum Dominus

[4] Cf. Ignatius Antiochenus: *PG* 5, 685.

[5] *Iud.* 3.

[6] Cf. *Matth.* 13, 52.

noster Iesus Christus sua ipse voce docuit. Hoc autem iter bene iam sumus aggressi : nostis enim priorem partem catholicae *Ordinationis Oecumenicae,* quam in vulgus *Directorium* appellant, nuper esse evulgatam; nostis oecumenica iam nunc colloquia inter homines a quibusdam christiani nominis societatibus electos et catholicos a Nobis electos homines publice interserí; nostis denique superiore mense Iulio, non sine magna animi afïectione ac spe, Nos iter Constantinopolim fecisse, ut ibi SSmum Dnum Athenagoram, orthodoxorum christianorum Patriarcham, inviseremus ... Nos immo id referre iuvat, eundem venerabilem Virum ad Nos vicissim se esse adventurum, mense Octobri huiusce anni exeunte, nuntiasse. Tum profecto vos, Venerabiles Fratres, nobili vestra corona alteram hanc occursationem cingere poteritis, quae sane sive Orientis sive Occidentis Ecclesiam suavi perfundit iucunditate miraque spe complet.

Nostram demum considerationem in pacem orbis terrarum intendimus. Pax enim vestri conventus et vigilantiam et curam studiumque precandi effugere nequit, tantaque res, cum communi omnium utilitate coniuncta, eius praecipuas quasique maximas cogitationes in se convertit.

Non enim oblivisci possumus — ne in serenis quidem Synodi Nostrae sessionibus — hominum pacem gravi vulnere laborare infestisque insidiis peti. Adhuc enim in orientali Asia, quae ad meridiem vergit, luctuosum ac dolendum saevit bellum, dubiae vero indutiae Medii Orientis bellum exceperunt, contentiones nondum compositas minoraque bella hic atque illic pluribus in regionibus aspicimus, adeo ut, quamvis multa et probabilia ineantur consilia, nulla fere videatur esse securitas in orbe terrarum, unde necessario novos fore luctus novaque exitia praesentimus.

Verum non est haec hora, qua penitius in harum rerum causas atque remedia inspiciamus. Id tamen rursum volumus confirmare : pacem non solum esse bonum pernecessarium publicumque negotium, sed munus etiam et officium, quod vario sane modo ad omnes pertinet. Id ipsum in primis discipulos Christi commonemus, qui auctor fraternae inter homines exstitit sodalitatis, Dei paternitate innitentis, atque adeo Princeps est pacis. Eos porro iterum adhortamur, ut preces pro pace fundant, ut pacis causae inserviant, ut animos sive singulorum sive totius communitatis ad germanam fovendam pacem conforment. Quod enim nos pacis causa revera facere studemus, id non in verbis tantum externisve significationibus volumus consistat, sed pro viribus eo volu-

mus contendat, ut pax confirmetur atque provehatur, quae numquam sit seiuncta ab institutorum publicorum iustitia et a civium populorumque libertate.

Nos igitur, in hoc etiam Coetu, eos, e quibus Nationum fortunae pendent, iterum rogamus, ut mente semper vigili in dolores et strages intueantur, quae ex usu manant armorum, ut animo numquam non constanti pactiones cum fide et aequitate ineant. Nemo umquam colloquia serere et conventiones renuat inire ; unusquisque vero meritum honorem - que negotia pro pace ad felicem exitum deducendi affectet.

Qui parati sumus ipsi ad omnia valentia et sincera pacis coepta fovenda, omnibus interea animum addimus quotquot sapienti et efficienti nisu concordiam necessitudinemque populorum promovent, et ad pacem tandem in civili humanaque consortione constabiliendam connituntur.

Equidem nihil dubitamus, Venerabiles Fratres, quin vos idem ac Nos de egregiis hisce bonis sentiatis atque una Nobiscum, memores ac retinentes caritatis Christi, pariter excolatis praeclarum, pervigil amantissimumque studium pacis, inter omnes homines conciliandae.

Sed iam tempus est edicendi initium nunc fieri, in nomine Domini nostri Iesu Christi, primae huius Synodi Episcoporum. Nos igitur eius opus publice inchoamus, rogantes Purpuratum Patrem Eugenium Tisserant, Sacri Collegii Decanum, ut institutum coram vobis habeat sermonem.

IV

Habita in Petriana Basilica, Clero et Christifidelibus, iis maxime qui Romam peregrinati sunt, ut sollemni ritui beatificationis Venerabilis Dei Famulae Mariae Fortunatae Viti interessent. *

Terminata felicemente la lunga procedura della beatificazione di Maria Fortunata Viti, e conclusa ora la sacra cerimonia, nella quale abbiamo per ciò reso grazie a Dio e tributato onore a questa sua Figlia della Chiesa celeste, Noi esprimeremo le Nostre felicitazioni alla famiglia religiosa che l'ha educata alla santità nella Chiesa terrena, a quella famiglia Benedettina, che è stata « scuola del divino servizio », per tanti secoli e per innumerevoli anime, tanto nel ramo maschile, che in quello femminile, e che oggi si allieta di annoverare fra le schiere delle

* Die 8 mensis octobris a. 1967.

anime elette, riconosciute degne dell'eterno premio, questa umile sua alunna, la quale testimonia col silenzioso suffragio delle virtù cristiane professate in grado eminente la perenne fecondità del grande albero, piantato da San Benedetto, e valido sempre a ornarsi di nuovi fiori e di nuovi frutti nelle stagioni tempestose della storia, quando dalla primitiva radice attinge con fedeltà la sua linfa evangelica.

Ci congratuliamo con tutto l'Ordine Benedettino, che vediamo qui rappresentato in maniera tanto cospicua ; e volgiamo in augurio per la sua stabilità, per il suo incremento, per la sua santificazione il gaudio che Noi stessi proviamo nel riconoscergli il merito d'aver dato al mondo un nuovo saggio della sua tipica santità. Così vogliamo felicitarci col monastero delle Benedettine di Veroli, che ebbe la fortuna d'aver membro della sua pia ed austera comunità la nuova Beata, per oltre settanta anni, e le fu ambiente fervoroso e raccolto di formazione allo spirito religioso e di esercizio delle virtù claustrali ; e siamo sicuri che, auspice la protezione della gloriosa sorella, gli esempi da lei lasciati avranno nel monastero di Santa Maria de' Franconi sempre fedele memoria e perpetua sequela. Ci è parimente grato pensare che l'esultanza del monastero di Veroli s'irradierà su tutte le Figlie di San Benedetto e di Santa Scolastica nell'intera Chiesa di Dio, e conforterà quei propositi di costanza nelle loro provate tradizioni e di rinnovamento post-conciliare di vita religiosa, dei quali Ci fu edificante testimonianza l'incontro, che Noi avemmo con le Abbadesse e con le Priore dei monasteri benedettini in Italia, nell'ottobre scorso. Né vogliamo dimenticare nel coro di questa spirituale letizia la diocesi di Veroli e Frosinone, il suo degno Pastore qui presente, il suo Clero, i suoi Fedeli, e le vicine Abbazie celeberrime di Montecassino e di Casamari ; così pure tutta quella cara regione di Ciociaria, con le sue Autorità civili, che vediamo qui degnamente rappresentate, e la sua popolazione, che avemmo lo scorso anno la soddisfazione di incontrare in una Nostra brevissima, ma indimenticabile visita a quei luoghi illustri per memorie pontifìcie; sì, esulti tutta la valle del Sacco e il sovrastante Abruzzo e la vicina Campania per questo religioso avvenimento, che esaltando all'onore degli altari una modesta, ma degna e singolare e autentica donna di quella terra benedetta, ne rievoca la storia intessuta di fede e di lavoro, ne personifica l'ingenua ed umana virtù, e ne impegna la presente e le successive generazioni alla sua secolare e rifiorente vocazione cristiana.

Fisionomia spirituale delia Beata

Ed ecco che prima di sciogliere questa sacra riunione, la prima celebrativa della nuova Beata, noi vorremmo riportarne nei cuori la pia e dolce figura, non tanto nei suoi lineamenti sensibili, che, sebbene a noi ignoti nella loro fìsica immagine, ci è facile immaginare simili a quelli di tante religiose raccolte e composte nella loro severa uniforme, spiranti verginale candore e spirituale serenità — tali, dicono i biografi, furono appunto le sembianze di Maria Fortunata, velate insieme ed ornate di monastica povertà e di deliziosa innocenza —, quanto piuttosto ci piacerebbe definire a noi stessi la fisionomia spirituale della Beata, e recarne con noi, in sintesi, l'immagine agiografica, vista e compresa con un solo sguardo nel suo aspetto caratteristico, a nostro stimolo e conforto, ed a confronto con altre figure di anime sante, delle quali la Chiesa del cielo possiede bellissima varietà.

Sarebbe allora questo il momento di tessere il panegirico di questa nuova Beata; e la lineare uniformità della sua lunghissima vita sembrerebbe tentarne la prova, con facilità, come se fosse subito fatta. Ma non faremo questo panegirico; in primo luogo, perché una sua qualsiasi fedeltà narrativa e una qualsiasi introspezione psicologica di quella vita stessa Ci obbligherebbe a ben lunghe dissertazioni : la vita di Madre Fortunata, quantunque contenuta nello schema semplicissimo e disadorno d'una conversa in un monastero di clausura, non è povera, non è monotona, non è priva di delicate e complicate esperienze spirituali e di riferimenti quanto mai istruttivi con i costumi e con gli avvenimenti del tempo suo. Vi sarebbe infatti molto da dire. Ci compiacciamo con i biografi della Beata che hanno saputo mettere in interessante rilievo la ricchezza ascetica e mistica della sua povera vita. È nelle vostre mani il bel volume che descrive il profilo agiografico della Beata Maria Fortunata ; ed è questa la seconda ragione che Ci dispensa dal parlare più a lungo di lei; sarà utile per chiunque vorrà fare migliore conoscenza della nuova Beata concedersi l'agio d'una tranquilla lettura di quelle pagine edificanti.

Grandezza nella umiltà

Ma ciò non Ci dispensa dal condensare in una sola parola questa vita, questa santità, quasi per classificare sotto tale parola quanto di lei si può dire; e la parola è umiltà. L'abbiamo espressa anche nel Breve di beatificazione ; e pare a Noi cogliere il lato più vero di quella

esistenza, come pure la ragione precipua della sua presente glorificazione, la quale ad altro non mira che a mettere in vista il riflesso della legge evangelica in quell'anima che di tale riflesso ha fatto sua perfezione.

Umiltà : Maria Fortunata personifica questa virtù. La sua grandezza è questa piccolezza. Siamo nel quadro del *Magnificat;* e questo già dice il grado d'autenticità cristiana e di profondità spirituale della perfezione propria di Maria Fortunata. L'umiltà è il suo messaggio; il quale ci invita e quasi ci obbliga a ripensare la paradossale esigenza della vita cristiana, fondata appunto sopra una convinta coscienza della propria nullità e sopra l'applicazione pratica di tale coscienza, sia nel giudizio personale che il cristiano deve coltivare di sé, sia nel confronto depressivo (così difficile!), ch'egli deve subire nella conversazione col prossimo, e sia nel colloquio accusatore della propria miseria a cui la presenza di Dio lo chiama, il colloquio della suprema sincerità e della abissale necessità di divina misericordia. E che l'umiltà sia reclamata da Cristo, come prima condizione dell'ammissione al suo regno, non ha bisogno di prove; basti ricordare fra le tante, di cui è pieno il Vangelo, la parola che sembra definire Maria Fortunata, oggi rivelata prima fra gli ultimi : « Se non vi convertirete e se non vi farete come i bambini, non entrerete nel regno dei cieli ».[1] Maria Fortunata è così; e questo spiega com'ella abbia preferito il più basso livello nella stessa vita religiosa, e come con vittoriosa naturalezza vi abbia svolto il suo nascosto e soggetto programma di perfezione.

San Benedetto le fu maestro. Tutti conoscono le celebre pagina della sua regola monastica, dove parla dei gradi dell'umiltà (c. VII) ; e dove a Noi pare scorgere la risposta alla gravissima obiezione che contro l'umiltà solleva la coscienza dell'uomo, di quello moderno in ispecie, che fa di se stesso vertice d'ogni valore e parla della propria personalità come del tesoro più prezioso da conquistare e da custodire; pagina, diciamo, dove si parla d'un duplice movimento dell'anima che si fa alunna della scuola d'umiltà cristiana; un movimento di discesa e un movimento di salita. San Benedetto svolge la sua lezione ricordando la biblica scala di Giacobbe : *exaltatione descendere et humilitate ascendere;* è il duplice movimento spontaneo e trascinante dell'anima che viene a contatto con Dio. L'umiltà è virtù fondamental-

[1] *Matth.* 18, 3.

mente religiosa. Chi viene a contatto con Dio è al tempo stesso sprofondato nella avvertenza della metafisica realtà della propria piccolezza, della propria miseria, della propria nullità; ed è insieme sollevato all'inebriante e vertiginosa altezza della vicinanza di Dio e alla illuminata coscienza dei doni ineffabili che da Lui ci derivano; così che davvero « chi si umilia sarà esaltato, e chi si esalta sarà umiliato »,[2] e che nulla perde di ciò ch'è vero, grande, unico nell'uomo che fa dell'umiltà evangelica la filosofia del suo pensiero, la sapienza cristiana della sua vita; anzi in tale umiltà scopre la vera gerarchia dei valori, e quasi senz'avvedersene fa propri quelli che la bontà di Dio mette a sua disposizione; è questo il tesoro degli umili, dove tutto è bello, perché porta il divino riflesso, tutto è pieno di pace, di letizia, di speranza, perché appunto agli umili questi doni superiori sono rivelati ed offerti.[3] Maria Fortunata ci si presenta appunto così; e sembra con quel suo sembiante soave e con quelle sue misteriose parole : « potenza e carità di Dio ! » introdurci nei sentieri aspri e veri e lieti della perfezione evangelica. Diciamo ora a noi stessi la verità : un senso di confusione, non forse di umiltà, ma piuttosto di umiliazione ci sorprende : ella, sì, ha saputo *humilitate ascendere;* e a noi resta di ammirare, invocare e, Dio voglia, imitare.

Ed a questo punto il Nostro sguardo, dalla visione della nuova Beata, si allarga sulla schiera immensa delle Religiose cattoliche : claustrali assorte nel canto della lode divina e suore affaccendate nei più varí esercizi della carità, nelle scuole, negli ospedali, nelle missioni, anche esse tutte coperte dal velo oscuro dell'anonima umiltà e tutte protese nella ricerca dell'amor di Dio e del prossimo, d'una sognata perfezione evangelica. Il loro nome è umile sacrificio e fiammante amore ; e tutte sembrano riflettere il sorriso, la purezza, il coraggio, l'obbedienza, il lavoro, la pietà di Maria Fortunata. Quante, quante sorelle seguono i tuoi passi, o Beata ! Quanto quieto splendore inonda da loro sulla Chiesa! A vedere il Popolo di Dio ingemmato da Te, o Beata Maria Fortunata, e dal loro generoso dono a Cristo Gesù, la tua beatificazione, o Maria Fortunata, con la lunga schiera delle pie seguaci, si fa nostra letizia, e con nuovo ardore, con nuova speranza benediciamo il Signore.

[2] *Matth.* 23, 12.
[3] Cfr. *Matth.* 11, 25.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ad E.mum P. D. Iacobum S. R. E. Cardinalem Lercaro, Archiepiscopum Bononiensem, Internationali Christianorum Artificum Bononiae coacto Coetu.

Animo praesentes Internationali Christianorum Artificum Congressui, quos docta Bononia liberali excipit hospitio, tibi munus committimus, Dilecte Fili Noster, ornatissimis viris, qui coetibus intererunt, vota Nostra Nostraeque existimationis sensus significandi. Merita laude prosequentes spiritum vere oecumenicum, quo tam egregius lectissimorum ingeniorum conventus perfunditur, putamus eorum proposita et studia nostrae aetatis necessitatibus et Ecclesiae exspectationi plane respondere.

Quo tempore, enim, homines, mirificis rei technicae incrementis capti atque allecti, tam saepe a praestantioribus humanae vitae bonis ab eiusque supremo fine, qui Deus est, abducuntur, ingenuarum artium cultores christiano spiritu afflati multum sane conferre possunt ad animos rite excolendos atque educandos; scilicet rectus pulchritudinis amor, quem christiani artifices fovent ac promovent, mentes evehit et ad eam spiritualium bonorum aestimationem conducit, in qua solummodo humana dignitas ac verus civilis cultus innituntur.

Dum cupimus, speramus, prospicimus, ut ad hanc excelsam metam semper christiani artifices spectent, prosperum exitum laboribus istius Congressus a Deo supplicibus rogamus precibus, iisdemque peramanter benedicimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xiv m. Septembris a. MCMLXVII.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS

Universis sacris Praesulibus et catholicis Christifidelibus, die rei missionali provehendae per totum Orbem dicato recurrente.

Fratelli e figli tutti del mondo intero,

Ritorna anche quest'anno la Giornata Missionaria mondiale; è indetta per domenica 22 ottobre.

Vogliamo che la Nostra voce sia la più forte ad annunciarla, perché

il Nostro ministero apostolico Ci obbliga più di tutti alla evangelizzazione del mondo; di questa appunto tratta la Giornata Missionaria.

La annunciamo a Voi per i primi, Fratelli Nostri nell'ufficio episcopale; ai quali sopra tutti e per divino mandato incombe con Noi il dovere, non mai esaurito, di diffondere nel mondo il messaggio cristiano della salvezza. A Voi, Sacerdoti, a Voi, Religiosi e Religiose, a Voi, Fedeli tutti della Chiesa di Dio, ai quali parimente è intimato l'obbligo e offerto l'onore, in virtù della vostra appartenenza come membra vive al Corpo mistico di Cristo, di cooperare positivamente e personalmente alla diffusione del Regno di Dio sulla terra. Ed a Voi, Missionari e Missionarie, la annunciamo, perché è per Voi questa Giornata, per Voi, operai qualificati del Vangelo, votati alla sua prima espansione fra le Genti non ancora cristiane, che avete bisogno di sentire dietro di voi la solidarietà di tutta la Chiesa, per la cui dilatazione sulla terra date in avanguardia, predicando, lavorando e soffrendo con Cristo, la vita.

Desideriamo che la Giornata Missionaria sia celebrata dappertutto : in tutte le Diocesi, in tutte le Parrocchie, in tutte le Famiglie religiose, in tutte le Associazioni cattoliche, ed anche in tutte le nascenti comunità cristiane dei territori di Missione. E vorremmo che fosse celebrata con grande coscienza e con grande fervore.

Che cosa siano le Missioni, che cosa esse richiedano da noi, e perché, è ormai noto. L'idea missionaria è penetrata nel Popolo cristiano; la sorte delle Missioni è ormai un fatto di universale interesse; e la dottrina teologica e pratica sulle Missioni è stata così ampiamente e autorevolmente illustrata dal Decreto del Concilio Ecumenico Vaticano Secondo circa l'attività missionaria della Chiesa, che tutti oggi conoscono la natura e l'importanza della questione missionaria ; ma appunto per questo aspetto primario ed universale della questione stessa non è mai vano soffermarvi il pensiero; anzi non è mai consentito distoglierlo da essa. Per ciò ogni anno celebriamo questa Giornata.

Bastino per quest'anno due considerazioni, una sulla convinzione della necessità dell'apostolato missionario; l'altra sulla generosità, da cui dev'essere alimentata l'attività missionaria.

Diremo dunque per primo che l'apostolato missionario deriva da una grande carica ideale ; esso non è che la manifestazione d'un'idea-forza, di uno cioè di quei pensieri che costituiscono l'essenza, il principio, l'intrinseca esigenza della concezione cristiana della vita, della storia e del mondo ; e questa idea-forza è la scoperta del disegno di Dio

sulle sorti dell'umanità. Si veda, rileggendo il Decreto conciliare menzionato sull'attività missionaria, quante volte vi ricorre questo concetto fondamentale del disegno di Dio. L'idea missionaria interpreta l'idea di Dio. È un'idea divina perciò, un'idea misteriosa ed immensa, un'idea stupenda ed amorosa, un'idea necessaria ed urgente. È un'idea di fede per la fede. « La ragione di quest'attività missionaria discende dalla volontà di Dio, dice il Concilio, il Quale "vuole che tutti gli uomini siano salvi e giungano alla conoscenza della verità. Vi è infatti un solo Dio, ed un solo mediatore fra Dio e gli uomini, l'uomo Gesù Cristo, che ha dato Se stesso in riscatto per tutti " " e non esiste in nessun altro salvezza " . È dunque necessario che tutti si convertano a Lui, dopo averlo conosciuto mediante la predicazione della Chiesa, ed a Lui ed alla Chiesa, suo Corpo, siamo incorporati per mezzo del Battesimo ».[1]

Una catena di necessità (di diversa natura, ma concorrenti allo stesso fine) sostiene l'attività missionaria. Dio, l'Essere, la Vita, è necessario. Cristo, il Salvatore, è necessario. La Chiesa, arca di salvezza, è necessaria. Il Battesimo, sacramento della rinascita, è necessario. La fede, per accedere al sacramento ed a Cristo, è necessaria. Per arrivare alla fede il missionario è necessario.

E questa serie di necessità governa i destini degli uomini. Essa traccia il pensiero divino sulla loro salvezza. Non restringe l'ampiezza della divina misericordia, che può in tanti modi diversi e misteriosi diffondersi ed arrivare, ben oltre il piano storico e costituito del cristianesimo, a salvare coloro che « risiedono nell'ombra di morte », ch'è fuori la luce del Vangelo. Non restringe il cuore di Dio, ma determina per noi la sua volontà : « Senza la fede è impossibile piacere a Dio ».[2] Perciò è diritto-dovere della Chiesa, per quanta fede essa ha in Cristo, per quanto amore gli porta, di diffondere il Vangelo della salvezza, « sicché l'attività missionaria conserva in pieno, oggi come sempre, la sua validità e la sua necessità ».[3]

Questo è bene ricordare per avvalorare in noi la persuasione circa l'eccellenza e circa l'urgenza dell'attività missionaria. Non dobbiamo pensare che ormai l'idea missionaria abbia perduto qualche cosa della sua importanza per le varie e nuove difficoltà ch'essa incontra. Non è ormai esaurito il compito vero e proprio delle Missioni, quando oramai è arrivato ai confini della terra l'annunzio del Vangelo? E non è oggi

[1] Decr. *Ad gentes divinitus,* n. 7.
[2] *Hebr.* 11, 6.
[3] Decr. *Ad gentes divinitus, n.* 7.

più di ieri difficile svolgere una predicazione religiosa in nazioni che non sono più primitive, e che, prendendo coscienza di sé, sono gelose della cultura loro propria? Non è poi forse da ritenere che Iddio abbia a salvare anche coloro che in buona fede professano un culto religioso diverso da quello cattolico? Il dialogo, infine, che oggi la Chiesa vuole stabilire con tutte le forme di civiltà, non frena il suo proselitismo e non la obbliga al rispetto della libertà religiosa altrui?

Sono difficoltà vere e forti. Ma esse non possono e non devono svigorire l'ardore missionario, perché il piano della salvezza concepito da Dio è sempre quello, unico e necessario, della fede in Cristo ; e perché la grande maggioranza dell'umanità è tuttora priva dell'annunzio rigeneratore e salvatore del Vangelo. Queste difficoltà devono piuttosto stimolare che non infiacchire lo zelo missionario. Si dovranno studiare soluzioni appropriate a tali problemi, si dovranno modificare metodi e forme per un'evangelizzazione moderna ; si dovrà intensificare lo sforzo missionario là dove esso trova ancora oggi vie aperte, né rinunciare a superare gli ostacoli là dove le vie sono ostruite. Ma continuare bisogna.

Diciamo dunque, in secondo luogo, che oggi l'attività missionaria reclama nuova generosità. Le Missioni vivono della generosità della Chiesa; sono anzi espressione del potenziale di generosità, di cui ella dispone. Generosità : vogliamo dire carità. È piaciuto alla sapienza e alla bontà di Dio di salvare gli uomini in Cristo, solo nostro Redentore, ma non senza un ministero di uomini. L'amore di Dio, per arrivare a tutti, ha bisogno dell'amore di uomini che si consacrano alla salute dei fratelli. È questo il disegno del cristianesimo ; esso trova nell'apostolato gerarchico la sua specifica manifestazione, e nell'apostolato missionario, che da quello deriva, la sua tipica esplicazione. Lo Spirito Santo, Carità del Padre e del Figlio, soffia in questo sistema di salvezza; suscita apostoli, infonde ispirazioni, genera eroi, innamora del sacrificio, irrobustisce chi alla sua vocazione si fida, ripaga d'intima consolazione quanti sui sentieri missionari si sentono deboli, si sentono soli, si sentono incompresi, si sentono odiati. Così è la genesi della Chiesa, così è la sua storia. Così ancor oggi, ed oggi più che mai, la Chiesa vuol vivere : dell'urgenza della carità. *Caritas enim Christi urget nos.*[4]

Perciò, Fratelli e figli di questa nostra affaticata e dilettissima Chiesa cattolica, noi dobbiamo celebrare la Giornata Missionaria pen-

[4] *2 Cor.* 5, 14.

sando a questo preciso carattere e a questa interiore esigenza del fatto missionario : esso si svolge sulla traiettoria della carità di Cristo, la prolunga, la diffonde; esso è dono, dono grande, dono gratuito, dono folle (come quello del Crocifisso) ; esso è sacrificio ; esso è, come dicevamo, generosità. Alle Missioni bisogna pensare così. Non restiamo indifferenti, non inerti, non estranei, non egoisti; ma siamo generosi. La generosità ba due modi di esplicarsi : essa fa oblazione di sé : ecco le vocazioni missionarie ; essa fa oblazione delle proprie ricchezze : ecco la raccolta delle offerte per la causa missionaria : « Ognuno dia come ha destinato nel suo cuore, non di malavoglia, né per forza, poiché Iddio ama chi dà lietamente ».[5] E ricordando queste parole dell'Apostolo Paolo, l'Apostolo missionario per eccellenza, non vi stupite se anche Noi, per le Missioni, vi stendiamo la mano. Vi potremmo fare un lungo discorso sui bisogni delle Missioni, sulle necessità specialmente delle nostre Opere Missionarie Pontificie, alle quali incombe la « cura di tutte le Chiese »[6] in fase di evangelizzazione. Ma voi conoscete questi bisogni; come Noi conosciamo il vostro cuore.

E con questa certezza del vostro amore a Cristo, alla Chiesa, alle Missioni, invocando su di voi ogni bene, auspice Maria SS.ma, Regina degli Apostoli, con fraterno e paterno animo tutti vi benediciamo.

[5] *2 Cor.* 9, 7.
[6] *2 Cor.* 11, 28.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

De Conferentia Episcoporum regionis ecclesiasticae Latii

De collationibus ab Episcopis Latii habendis, suburbicariis non exceptis, iam Leo Pp. XIII, Italicam terram in regiones partiens, statuit ut omnes in unum confluerent coetum atque ad communia pertractanda negotia episcopales sedes provinciae ecclesiasticae Latialis unam constituerent regionem.

Temporum mutatis adiunctis Pius Pp. X, s. m., bipartita Latiali regione, duos sancivit Episcoporum coetus, alium pro Latio Superiore, id est pro ea regionis parte quae ad Urbis septentrionem sese extendit, pro Latio Inferiore alterum, pro ea nempe parte quae ad meridiem Urbis patet; suburbicariis autem sedibus recentius una composita est Conferentia, Cardinali Urbis Vicario eidem moderante.

Hac nostra aetate qua mutua rerum necessitudo adeo evolvitur, ut neque magnis interiectis spatiis, nec diversis vitae moribus et consuetudinibus homines praepediantur quominus arctius inter se coniungantur, religiosae rationes in Latio quoque tam consertae videntur quae dioecesanos Episcopos iubeant ut ad pastoralem rationem ordinandam communi studio socia compositaque opera expediantur.

Cum vero consociatae Sacrorum Pastorum operae eorumque concorditer initorum consiliorum praeclara uberioris apostolatus argumenta recens Concilium Oecumenicum Vaticanum II merito recoluerit atque ut Episcoporum coetus novo vigerent robore enixe suaderet, iidem Latii sacrorum Antistites ab Apostolica Sede postulaverunt ut omnes in unam coalescerent regionis Latialis Conferentiam.

Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, ratus id animarum bono profuturum, audito Italicorum Episcoporum Conferentiae Praeside, porrectis precibus benigne annuit ac praesenti Consistoriali Decreto Episcoporum omnium dioecesium regionis ecclesia-

sticae Latialis, suburbicariis minime exceptis, restitutam Conferentiam ratam habet, tribus exstantibus Episcoporum Coetibus dissolutis.

Huius constitutae Conferentiae Latii, ob eius cum Apostolica Romana Sede peculiarem nexum, Emus Cardinalis Urbis Vicarius Praeses a Summo Pontifice, qui memoratae regionis Latialis Archiepiscopus est et Metropolita, delegatus erit. Vice-Praeses ac Secretarius a Coetu Episcoporum libere et ad tempus eligentur, qui tamen munus adipiscentur Summo Pontifice eorum electionem confirmante.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 Iulii 1967.

CAROLUS Card. CONPALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius*

II

VELITERNAE-TERRACINENSIS, PRIVERNENS1S ET SETINAE

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius christiani gregis fidelibus consuleretur sacrorumque Antistitum fructuosior fieret labor, opportunum visum est ut pars illa territorii, quae in provincia civili Latinia sita est et ad dioecesim suburbicariam Veliternam pertinet, a dioecesi Veliterna distraheretur et finitimae dioecesi Terracinensi aggregaretur.

Sacra igitur Consistorialis Congregatio, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, vigore specialium facultatum sibi a SSmo D. N. Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a diocesi Veliterna separat territorium quod in provincia civili Latinia exstat, cum paroeciis ibi constitutis, ecclesiis, oratoriis, paroecialibus domibus, piis fundationibus aliisque ecclesiasticis bonis ad easdem paroecias vel ecclesias pertinentibus, eaque dioecesi Terracinensi adnectit, mutatis ibidem utriusque dioecesis finibus.

Simul ac praesens Decretum exsecutioni mandatum fuerit, documenta et acta singulas paroecias, ecclesias, oratoria et cetera respicientia a Curia *a qua* ad Curiam dioecesis cui paroeciae aggregandae sunt tradantur; ad clerum vero quod attinet, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti, in cuius territorio beneficium aut officium legitime detineant; ceteri autem clerici dioecesi illi incardinati maneant, in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio Consistorialis deputat Exc.mum P. D. Henricum Pintonello, Archiepiscopum-Episcopum Terracinensem-Latiniensem, Privernensem et Setinum, eidem necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 12 Septembris 1967.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. >*R* S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius*

III

TERRACINENSIS, PRIVERNENSIS ET SETINAE

DECRETUM

De novo dioecesis titulo

In dioecesi Terracinensi urbs Latinia exstat, quae, cum sit civilis eiusdem nominis provinciae caput ideoque Magistratuum ac publicorum munerum sedes, hisce novissimis temporibus magna incrementa coepit.

Quapropter SSmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, his omnibus rite perpensis, peculiari Apostolicae suae benevolentiae signo Latiniensem civitatem cohonestare cupiens, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Pro-Praefecti et suppleto, quatenus opus sit, eorum iteresse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Latiniensem

titulum, ab eiusdem nominis civitate, perpetuo unit veteri titulo Terracinensi, ita ut posthac dioecesis et Episcopus *Terracinensis-Latiniensis, Privernensis et Setinus* nuncupari possit ac debeat.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 12 Septembris 1967.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NIANGARAËNSIS - DORUMAËNSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Cum ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem expostulatum sit ut integrum territorium Missionis, vulgo Dungu, in Congo situm, dioecesi Dorumaënsi adscribatur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archiepiscopi titulo Loadicensis in Phrygia et Apostolici in Congo Nuntii, consensu Ordinariorum quorum interest, sc. dioecesis Niangaraënsis et dioecesis Dorumaënsis, prae oculis habito, re mature perpensa, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re Consilium limites inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendandos statuit, ut territorium Missionis vulgo Dungu, usque adhuc pertinens ad dioecesim Mangaraënsem, ab ipsa separetur atque dioecesi Dorumaënsi uniatur, ut in posterum ad eam pertineat, atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 26 mensis Septembris a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. *m* s.

B Sergius Pignedoli, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

AUGUSTANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Aegidii Ioannis Laurent, laici professi Canonicorum Regularium S. Augustini, Congregationis SS.mi Salvatoris Lateranensis.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Quos mundus aliquando habuit in derisum et in similitudinem improperi^ vitam illorum existimabat insaniam et finem eorum sine honore (cfr. *Sap.* 5, 3-4), hos Deus, qui humiles exaltat et superbis resistit, in sublimi ponit ut omnes eorum opera bona videant et Dei infinitam laudent sanctitatem.

« Quandoquidem nostra hac aetate homines multi, in nimiam terrestrium rerum sollicitudinem abditi, caelestium veritatum saepe saepius obliviscuntur, planeque parum, pro dolor, de sempiterna vita olim potiunda cogitant, nihil idcirco magis oportere videtur, ad eorum revocandos incitandosque animos, quam in eorum conspectu praeclara virtutum exempla collocare, quorum numquam in catholica Ecclesia lumen exsplendescere destitit. Ex quo facile intellegitur quam libenter, quamque iucunde considerationem Augustus Pontifex in ea intenderit, quae summatim de vita deque virtutibus perorastis Beati Benildi, Instituti Scholarum Christianarum sodalis. Hic enim utrumque caritatis praeceptum in exemplum exsecutus, non tantum in Christum Iesum, praesertim in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento viventem, eiusque intaminatam Matrem Mariam ardenti pietate exarsit, sed etiam ceteros homines uti fratres propter Christum adamavit omnique ope adiuvit, in primis puerorum mentibus ad religionis rudimenta, ad morum integritatem, ad ingenii eruditionem conformatis.

Cur igitur magnopere non expetat Summus Pontifex, innocentissimum hunc virum inter Sanctos Caelites referre, eumque christifidelibus ad imitandum proponere? Attamen, ne in re tam gravi et ad catholicam fidem valde pertinente, tradita a maioribus instituta ulla ex parte neglegantur, censet sententiam suam non ante patefaciendam esse quam omnes qui adsunt mentem quisque suam aperuerint : in quorum dignissimo Consessu nunc quidem ex Beatissimi Patris venia feliciter fit, ut Patres ipsi intersint, qui per hos dies Synodum Episcoporum celebrant ».

Tunc singuli Emi DD. Cardinales et Excmi Praesules, servato ordine, suam sententiam circa propositam Causam aperuerunt. Exceptis

Emorum Patrum Cardinalium et Excmorum Antistitum adstantium suffragiis, Beatissimus Pater haec protulit verba:

«Laetamur profecto vehementer concordibus vos vocibus concordibusque animis petiisse, ut Beatus Benildus Confessor in Sanctorum Caelitum ordinem ascribatur; idem enim iamdiu Nobismetipsis erat in votis.

Censemus ergo eum in Sanctorum album referre honoribusque dignum pronuntiare, quos Ecclesia viris sanctitudinis praemia in caelesti gloria promeritis tribuit. Quod quidem, Deo iuvante, die vicesimo nòno huius mensis, cum Christi Regis festum agetur, in Basilicae Vaticanae maiestate faciemus.

Interea autem summo Deo, optimorum largitori bonorum, supplices admovere preces ne intermittatis, ut quod decreturi sumus ad catholicae Ecclesiae incrementum pertineat, et populum christianum ad virtutes imitatione exprimendas incendat, quarum Beatus Benildus tam perspicua reliquit documenta ».

De quibus omnibus ut acta conficerent, R. D. Salvator Capoferri, Praefecturam Caeremoniarum Apostolicarum Regens ad interim, consueta forma, adstantibus Protonotariis Apostolicis mandavit.

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

Beati Benildi, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, in Patriarchali Basilica Vaticana die XXIX mensis octobris a. MCMLXVII, Dominica vicesima quarta post Pentecosten, in festo Domini nostri Iesu Christi Regis, peracta.

Beatissimus Pater, ob infirmam valetudinem impeditus quominus sollemni caerimoniae interesset, Emo P. D. Cardinali Arcadio M. Larraona, S. Rituum Congregationis Praefecto, mandavit ut sacro canonizationis ritui, Eius gerens personam, praesideret, hoc publice lecto rescripto:

Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Papa VI facultatem facit et mandatum dat Emo Dno Cardinali Arcadio M. Larraona,

Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, pronuntiant, Suo nomine et auctoritate, formulam canonizationis Beati Fratris Benildi Confessoris.

Ex Audientia Ssmi, infrascripto impertita, die XXIX mensis octobris anno MCMLXVII, id est hac die.

H. I. Card. CICOGNANI

Peroratione habita ab Advocatis Sacri Consistorii, post cantatas Sanctorum Litanias, Emus Pater Card. Larraona, nomine et auctoritate Summi Pontificis hanc canonizationis formulam pronuntiavit :

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum Benildum Sanctum esse decernimus et definimus ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes illius memoriam quolibet anno die eius natali, 13 Augusti, pia devotione recoli debere.

In nomine Pa *ffa* tris et Fi © Iii et Spiritus £g Sancti. Amen.

Infra Missam concelebratam (Emo Dno Card. Ioanne Villot primo concelebrante), ab Excmo D. Ioanne Benelli, Sacri Consilii publicis Ecclesiae expediendis negotiis Substituto, haec lecta est Summi Pontificis

HOMILIA

Venerabili Fratelli e diletti figli,

Un Santo, un Santo nuovo Noi abbiamo ora dichiarato appartenere alla Chiesa celeste e doverlo là pensare ed onorare associato alla gloria di Cristo. Un sentimento di gioia invade a buon diritto gli animi nostri, come per una vittoria conseguita, la vittoria della salvezza, come per una luce di Cristo su noi riverberata, come per una parentela acquisita buona e potente. È gioia autentica, è gioia legittima; faremo bene a goderne e a confortare con essa il senso, tanto spesso in noi affievolito, della cornu-

nione dei Santi, d'essere noi cioè, come dice San Paolo, « concittadini dei Santi e membri della famiglia di Dio A.[1] COSÌ che la gioia di questa canonizzazione si muterà nei nostri spiriti nello stupore dapprima del nostro destino escatologico, chiamati come noi pure siamo « ad aver parte nell'eredità dei Santi nella luce » ;[2] nello stupore poi si trasformerà la nostra gioia, nell'ammirazione anzi del « fenomeno », del prodigio di Fratel Benildo, che non solo è riuscito a conseguire quella « eredità dei Santi »,[3] retaggio offerto ad ogni fedele cristiano, ma ha potuto raggiungerla con tale grado di splendore e di esemplarità da farsi acclamare Santo dalla Chiesa di Dio.

Sì, Fratelli e figli, che guardate ora a Fratel Benildo come a figura singolarissima; e sapendola circonfusa durante la sua vita mortale di umiltà, di silenzio, di semplicità e quasi rimpicciolita dal quadro sociale, in cui egli ebbe a trovarsi, voi tutti vi chiedete con Noi quali siano i valori che diedero risalto alla sua nascosta esistenza, quale sia il titolo alla grandezza nella sua piccolezza, quale il segreto della sua esaltazione ; e la risposta è facile e pronta : la santità. Ma una nuova e più urgente questione incalza la nostra curiosità : e che cosa è la santità?

Oh, quale tema attraente ed astruso, la santità ! Esso sembra dovere ora occupare il nostro spirito desideroso di soddisfare un'impellente e ricorrente curiosità : vediamo ora finalmente che cosa significhi essere santo. Ma non rifaremo ora la sottile ricerca, tentata dai saggi,[4] del suo recondito ed apparentemente ovvio significato; ricerca che porterebbe a far convergere in un solo termine assoluto, Dio, « giusto e giustificante »,[5] alcuni concetti fondamentali della vita umana considerata al suo grado più alto e più vero, quello morale, come il concetto di purezza e di fermezza,[6] quello di esemplarità e imitabilità, cioè di tipicità, quello astratto che tutto riassume di perfezione, e quello concreto e esistenziale di carità.

Uno sguardo, per quanto rapido e superficiale, alla figura del Santo, che abbiamo davanti, ci lascerà intravedere che la santità è una forma di vita tutta riferita a Dio ; S. Tommaso fa coincidere essenzialmente la religione e la santità : [7] da Dio ci viene la nostra prima ed

[1] *Eph. 2,* 19.
[2] *Col.* 1, 12.
[3] *Act.* 26, 18.
[1] Cfr. Socrate in Platone: *Eutifrone.*
[5] *Rom.* 3, 26.
[4] Cfr. *8. Th.* **Ila-II[a]e,** 81, 8.
[7] Ib.

effettiva santità, la grazia; da lui la norma che ci fa giusti e buoni, cioè la sua volontà; da lui, in Cristo Gesù, l'esempio da contemplare e da ricalcare; da lui ogni aiuto per conservare e per sviluppare il dono della vita nuova; da lui l'invito al colloquio spirituale, che nella preghiera alimenta la vita interiore; da lui l'amore che ci abilita ad amare e a tendere all'unione con lui, unione perfettibile in questa vita, consumata in pienezza, a lui piacendo, nella vita futura. E questa forma di vita, tutta rivolta a Dio, tutta sospesa nella risposta alla sua vocazione, tutta assorbita nell'orazione e nell'osservanza degli atti propri della religione, tutta impegnata nella trasfusione delle somme verità religiose nelle anime innocenti dei piccoli allievi, tutta pervasa di semplice e spontanea conversazione con Dio, con Cristo presente nell'Eucaristia, con la Madonna, con S. Giuseppe, con i Santi, non è stata forse la forma di vita propria del nostro nuovo Santo, Benildo nostro? È nelle vostre mani, venerati Fratelli e figli diletti, la sua biografìa ; se vorrete scorrerne le pagine, voi vedrete come questo riferimento a Dio segni il punto focale della sua psicologia ed anche della sua attività. Una testimonianza, sovente ripetuta, ci dice : « U priait toujours, sa main ne quittait pas son chapelet ; on le nommait l'homme du chapelet)).[8]

Ma la santità presenta altri aspetti. È la santità, potremmo dire, una forma di vita fortemente stilizzata da un singolare gioco di due principi operativi, che la caratterizzano fino quasi a darle una certa evidenza; uno interiore, mediante il quale la coscienza, la libertà, l'iniziativa, la volontà morale, il temperamento personale esplicano una incessante tensione, uno sforzo tranquillo, ma senza tregua, per raggiungere la « virtus », la perfezione nell'operare il bene, fino al rendimento massimo, perfino eroico talvolta, del quale il soggetto è capace; mentre l'altro principio, esteriore, la legge, la regola, offre all'azione virtuosa una concreta osservanza, una disciplina, che vuol essere il riflesso della volontà superiore e sapiente, che dall'ordine trascendente del divino volere deriva la sua ispirazione e la sua effettiva bontà. Risulta così che il santo è il più libero e volontario degli uomini e nello stesso tempo il più docile ed obbediente; ed è proprio da questa originale composizione di spontaneità e di uniformità alla norma stabilita, che la santità traspare come un'arte di vita, come un'armonia invidiabile, come un equilibrio ammirabile, che trasfigura una esistenza, per umile che sia, in un fenomeno morale di umana bellezza.

[8] Fr. Niomède.

Così Benildo. Non è chi non vede, osservando il corso silenzioso e modesto della sua vita, come questa fusione delle due volontà, quella propria e quella divina (notificata dai precetti che improntano la vita cristiana e quella religiosa), sia stata costantemente fedele, quasi a dar saggio d'una austerità, di un'innocenza, d'una serenità, d'una resistenza, che ci ricordano i doni dello Spirito, di cui parla San Paolo,[9] e da cui proviene l'autentica santità. Citiamo, per tutte le testimonianze che si potrebbero addurre a questo proposito, una parola decisiva dello stesso Fratel Benildo : « Je serais heureux si je pouvais mourir en accomplissant un point de Règle » : il Religioso santo traspare da questa semplice dichiarazione.

E ancora. La visione fugace, che stiamo dando alla figura del nuovo Santo, si arresta sopra un altro aspetto, che lo qualifica e investe tutta la sua esistenza. Fu un maestro, un maestro di scuola elementare e popolare, un maestro d'un Istituto quant'altri mai insigne e benemerito dell'istruzione e dell'educazione della gioventù. Un umile maestro, povero, malaticcio, in un paese di montagna. Basta questo titolo per dirlo santo? Siamo tentati di dire che sì. Quale altro titolo rivendicò a se stesso Gesù, che quello di Maestro? [10] Potremmo applicare a questo nome sublime l'elogio di S. Ambrogio per S. Agnese: *Vox una praeconium, est. Hanc senes, hanc iuvenes ; hanc pueri cantant. Nemo est laudabilior, quam qui ab omnibus laudari potest;* il solo nome è un elogio. Risuona esso sulle labbra dei vecchi, dei giovani e dei fanciulli. E chi è più degno di lode di colui che può essere lodato da tutti? [11] La professione stessa di Maestro nasconde in se stessa un'esigenza di santità, ed ha in sé una virtù che la genera. Questo è un principio che proietta su tutta la classe magistrale una grande dignità, e su tutta la Famiglia religiosa dei Fratelli delle Scuole Cristiane una fondata presunzione di perfezione cristiana. Ed ecco che il titolo di Maestro, di Maestro di scuola rurale ed elementare, esplode la sua virtuale bellezza nel Santo che noi celebriamo, Fratel Benildo delle Scuole Cristiane, perché Maestro fu, e quale Maestro ! La sua biografia lo documenta, specialmente per i meriti che fanno anche d'un oscuro insegnante un uomo grande e benefico; i meriti della sapienza, dell'abnegazione, dell'amore. L'elogio non avrebbe facile termine, se volesse illustrare le prove che lo giustificano; ma, per fortuna, voi tutti, Noi pensiamo,

[9] *Gal.* 5, 22; *Eph.* 5, 9.

[10] Cfr. *Matth.* 23, 8; *Io.* 13, 14.

[11] *De Virg.* 1, 6.

conoscete quanto basta della perfetta, totale, felice dedizione che Fratel Benildo consacrò alla sua missione di Maestro, perché Noi Ci dispensiamo dal dirne di più : ci basti la sentenza della Chiesa che lo dichiara Santo per dare gioia al nostro spirito nel vedere associato questo altissimo titolo a quello d'insegnante di scuola elementare e nel poter esclamare di Benildo con tutta la Chiesa : Santo e Maestro !

Ci sia concesso invitare in modo speciale a questa gioia la Francia !

A cette joie, qu'il Nous soit permis d'inviter d'une façon spéciale la France.

La France, qui, une fois encore, montre sa prodigieuse fécondité, la France qui engendre toujours pour l'Eglise et pour le monde de nouvelles et originales figures d'hommes, vivantes personnifications de ses vertus humaines et de ses vertus chrétiennes, dignes d'être proposées à la vénération et à l'imitation de l'Eglise universelle; la France qui, à travers les plus dramatiques vicissitudes historiques et les plus radicales évolutions spirituelles, sait sauvegarder un patrimoine stable de valeurs religieuses et morales, un trésor de traditions ancestrales, Nous dirions volontiers un instinct de fidélité à elle-même, à sa vocation chrétienne, à sa mission civilisatrice ; la France, qui, dans l'exaltation d'un humble fils de l'Auvergne, — cœur géographique et ethnique de ce grand Pays —, voit célébrer les simples, les saines, les authentiques vertus sociales et civiles de son peuple. Oui, que la France exulte avec Nous, avec l'Eglise catholique, et qu'elle inscrive dans le livre d'or de ses meilleurs fils le nom d'un Saint, que toute la terre et toute l'histoire future honoreront : Frère Benilde des Ecoles Chrétiennes !

Et exultez vous aussi, chers, très chers Frères des Ecoles Chrétiennes, qui, à côté du nom glorieux de Saint Jean-Baptiste de La Salle, pouvez enfin ajouter celui d'un de vos confrères ; réjouissez-vous d'être, comme il l'a été, maîtres des enfants du peuple, voués à cette si haute mission, à cet apostolat si digne, et à rien d'autre qu'à cela ; tout absorbés par cette tâche noble et délicate entre toutes; tout persuadés que l'Ecole, l'Ecole catholique mérite votre sacrifice total, mérite que vous lui donniez avec générosité et génialité votre ministère pédagogique et didactique; tout confiants que l'offrande de votre vie à la cause de l'Ecole empreinte de sagesse chrétienne ne sera pas vaine, ne sera pas rendue superflue par la diffusion de la culture et par le progrès de l'organisation scolaire, mais qu'elle en sera, bien plutôt, honorée et

valorisée. Oui, exultez ! Un nouveau modèle vient garantir l'excellence de votre vocation ; un nouveau protecteur vient assister du Ciel vos personnes et vos institutions ; un nouveau Maître vient s'asseoir à vos côtés dans les innombrables classes de vos écoles; et sur toute la jeunesse qui s'honore de votre magistère, Saint Benilde irradie sa merveilleuse sainteté, apportant à tous, Maîtres et élèves, avec la Nôtre, sa bénédiction.

Eucharistico Sacrificio peracto, Revmus P. D. Hamletus Tondini, ab Epistulis ad Principes, Summi Pontificis iussu hanc legit Allocutionem, quam Beatissimus Pater peculiari modo ad Excmos Praesules, qui primo Consessui Synodi Episcoporum interfuerunt, directam voluit, cum Coetus ille finem haberet :

Nunc autem sermonem Nostrum ad vos, Venerabiles amantissimique Fratres, peculiari modo dirigentes, qui Synodo Episcoporum interfuistis, libenter animadvertimus quam opportune, quam significanter amplissimus Consessus vester festo hoc die concludatur, quo Romanae Ecclesiae liturgia Christum Regem supplicando veneratur. Percommode enim fieri existimamus, ut, antequam vos ad Sedes vestras revertamini, concordius vocibus coniunctissimisque animis festum hoc celebremus, unde tam iucundum spectaculum et lucis, et gratiae, et magnitudinis oculis nostris obicitur: utpote quo Christus, suae divinitatis splendore fulgens, nobis ostendatur, qualis nempe a Paulo Apostolo describitur : ***imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt universa in caelis, et in terra, visibilia et invisibilia ... ; et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens.***[1]

Hoc igitur festum, quod proximum est ante Omnium Sanctorum commemorationem, de laudibus Christi praedicat, eiusque necessitudines cum Ecclesia ab eo condita illustrat. Ex his ergo duobus doctrinae capitibus, quae in hodierno festo insunt, liceat Nobis argumenta sumere, quae, sollemni hac hora, vobis hinc abituris, hortamenti et solacii causa, proponamus.

Atque initio in regiam Christi dignitatem oportet mentes

[1] *Col.* 1, 15-16, 18.

animosque nostros intendamus, ut tum confirmatas nostras de rebus divinis opiniones in latiore tutioreque tamquam forma includamus, tum in nostra vitae actione ardentiore usque amore permoveamur. Christus enim filius est David, quem Sacrae Litterae praenuntiaverunt, cuius adventum Patriarchae et Prophetae praestolari sunt, cui vel ipsi insectatores inscientes testimonium sunt impertiti, eius cruci — tunc dedecoris, postea gloriae signo — hoc titulo ***Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum***[2] inscripto.

Quemadmodum Petrus Apostolorum Princeps die Pentecostes affirmavit, ***Dominum eum, et Christum fecit Deus hunc Iesum;***[3] quia in eo humana natura cum divina hypostatice coniungitur, atque adeo, cum verus Deus sit verusque Homo, est Filius Dei incarnatus» Cumque fuerit per Passionem et Mortem hominum Redemptor, auctoritas et potestas, quam is uti Deus in res omnes creatas gerit, iure etiam tum nativo tum quaesito ad eius humanitatem pertinent. De eo namque apud S. Paulum scriptum legimus: ***quem*** (Pater) ***constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula : qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius prae illis nomen hereditavit.***[4] Ad hunc igitur universalem primatum spectat principium unitatis et regiminis, amoris et salutis, quod is unus exercet, pariterque provido consilio cum Ecclesia sua communicat. Nam ***manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.***[5]

Hinc, ut diximus, rationes oriuntur, quae Christi regiae potestati cum eius Ecclesia intercedunt. Etenim Iesus régnât quidem in Ecclesiam, sed nondum in mundum; cum vetus illa David praenuntiatio, ad quam Christus ipse primaque aetatis

[2] *Io.* 19, 19.
[3] *Act.* 2, 36.
[4] *Hebr.* 1, 2-4.
[5] *1 Tim.* 3, 16.

apostolicae praedicatio aperte spectaverunt,[6] dominationem illi omnium gentium polliceatur, quae tamen non adhuc obtinuit. Scriptum est enim: ***Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.***[7] Re namque vera potestas tenebrarum propagationem Regni Christi remorari conatur. Atqui huiusmodi Regnum ad nihil aliud nisi ad hominum animos respicit, Christo testante: ***Regnum meum non est de de hoc mundo****[8] Regnum hoc est ***veritatis et vitae; regnum sanctitatis et gratiae; regnum iustitiae, amoris et pacis;***[9] Regnum hoc animos non alia de causa quaerit, quam ut in iis, veluti in fertili agro, verbum Dei seratur; homines longe aberrantes quaerit, ut eos in unam congreget familiam.[10]

Nunc vero Christi Iesu potestatem regalem, propheticam, sacerdotalem catholica Ecclesia in mediis hominibus repraesentat, quae accepit ***missionem Regnum Christi et Dei annuntiandi et in omnibus gentibus instaurandi, huiusque Regni in terris germen et initium constituit.***[11] Quam ob rem, licet Ecclesia praedita sit auctoritate — in quo praeclara eius ratio cum divino Conditore suo ponitur — secumque habeat Christum, utpote qui in ea vivat per gratiam et verbum salutis, in eademque continuo suum Sacrificium per Eucharistiae Sacramentum renovet — in quo mystica eius ratio cum Christo collocatur — tamen ***Regina*** ea non est putanda — si huic nomini significationem adhibeamus temporalem —, quia ipsa inter homines mysterium pergit humilitatis Christi, ***qui non venit ministrari, sed ministraret*** Ecclesia praeterea, non secus atque Christus, eius exemplar et sanctificator, hoc in animum inducit, ut hominibus famuletur, eosque, pastoralibus usa modis, ad salutem adducat, in eorum mentes vitae seminibus insertis; ut probe indicatur Concilii Vaticani II Constitutione, cui titulus est ***Gaudium et spes.***

Has ob causas in nos, Ecclesiae Pastores, grave huius gene-

[6] Cfr. *Matth.* 22, 44; *Act.* 2, 34-36.

[7] *Ps.* 109, 1.

[8] *Io.* 18, 36.

[9] *Praef. Missae in festo Iesu Christi Regis.*

[10] Cfr. *Io.* 11, 52.

[11] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium, n. 5: A. A. 8.* 57, 1965, p. S.

[12] *Matth.* 20, 28.

ris onus cadit, ut quae munera et officia erga homines Ecclesia sustineat, eadem nosmetipsi sustineamus.

Ad vestras igitur Sedes revertentes, Venerabiles Fratres, illud recogitate, vos esse missos ad annuntiandum Regnum Christi; ab eoque ipso esse missos, qui olim in haec verba misit: ***Euntes autem praedicate, dicentes quia appropinquavit regnum caelorum;***[13] illud videlicet regnum, quod, quamvis nunc hisce in terris non sit omnino expletum, aliquando tamen perfectum regnum Dei fiet.

Hoc itaque, Venerabiles Fratres, apud vosmetipsos meditamini, vos in nomine Christi, immo potius a Christo esse missos, qui dixit: ***Ecce ego mitto vos.***[14] Sed et Ecclesiae vos esse Pastores mementote; pro qua idcirco sunt vobis insumendae vires, curae, sollicitudines, labores, incommoda, ipsaque, si oportuerit, vita. Cum enim Synodus, quam celebravimus, non alio quam ad bonum Ecclesiae pertinuerit, unusquisque nostrum, perinde ac Paulus Apostolus, hoc polliceatur : pro Sponsa Christi, ***impendam et superimpendar.***[15]

Postremo sinite ut, antequam a Nobis abscedatis, unicuique vestrum, tamquam pignus caritatis, indicium coniunctionis, fraternitatis testimonium, coram Deo et coram hominibus, osculum pacis mutuo demus. Optamus praeterea dono vobis crucem encolpiam dare, quam gerentes non dubitamus, quin simul dies heic apud Nos actos commemoretis, atque uti vinculum ducatis, quo inter vos et Nobiscum perpetuo coniunctos esse sentiatis.

Sermone absoluto, hymnus *Te Deum* ab universo clero et christifidelibus decantatus est.

[13] *Matth.* 10, 7.
[14] *Matth.* 10, .16.
[15] *2 Cor.* 12, 15.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SURIGENSIS
(BUTUANENSIS)

Detractis quibusdam regionibus a dioecesi Surigensi, alia dioecesis conditur, nomine « Butuanensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Eodem officio fungentes ac beatissimus Petrus « Columna et firmamentum veritatis » *(1 Tim.* 3,15), eodem etiam amore atque studio moti erga christianum gregem, quem pascendum suscepimus, quae bona, quae sancta, quae utilia eidem fore intellexerimus, haec omni ope et sollicitudine procurare annitimur : est enim, si Augustino credimus (cf. *In Ioan.* 21, 15-17), certum amoris documentum pascere dominicum gregem. Cum ergo petiisset venerabilis Frater Carolus Van den Ouwelant, Episcopus Surigensis, probante Coetu Episcoporum Insularum Philippinarum, seu Conferentia Episcopali, ut e territorio suae dioecesis alia constitueretur dioecesis, Nos Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sententiam rogatis, qui Sacrae Congregationi Consistoriali praesunt, auditoque venerabili Fratre Carolo Martini, Archiepiscopo titulo Abaritano et in Insulis Philippinis Apostolico Nuntio, arbitrati consilium tam egregii Praesulis posse haud minima incrementa rei catholicae afferre, haec statuimus, quae sequuntur. A dioecesi Surigensi civilem provinciam separamus, quam populari sermone Agusan et Butuan City appellatur, ex eaque novam dioecesim condimus *Butuanensem* cognominandam, scilicet iis finibus terminandam atque provincia Agusan. Sedes novae Ecclesiae erit urbs Butuan, ibique Episcopus commorabitur ; cathedra episcopalis magisterii in templo S. Iosephi B. M. V. Sponsi ponetur, in eadem civitate, quod dignitate templi cathedralis potietur. Nova dioecesis Cagayanae Sedi suffraganea erit; Episcopus vero, cui obtinget gubernanda, curabit ut Canonicorum collegium constituat, delectis interea Consultoribus dioecesanis; ut Seminarium struat, pueris excipiendis, qui ad sacerdotium ab adorando Spiritu vocentur; regimen autem Seminarii, tironumque educatio, Iuris Canonici normis communibus temperetur atque regulis Sacrae Congre-

gationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, ratione habita decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius ». Mensam episcopalem efficient : sive Curiae emolumenta, sive fidelium collationes, sive bona, pro rata parte, quae dioecesi Butuanensi obvenient ad normam canonis 1500 C. I. C. Simul ac nova dioecesis condita fuerit, Sacerdotes ei cir cumscriptioni ecclesiasticae addicantur, in qua beneficium vel oflicium habeant ; ceteri clerici Seminariique tirones, ei in qua legitime degant ; horum autem qui meliores fuerint, opportuno tempore Romam mittantur, ut in Pontificio Collegio Seminario Philippino sacram Theologiam atque philosophiam addiscant. Acta denique et documenta conditam dioecesim respicientia, ad eius Curiam mittantur, religioseque custodiantur. Ceterum, haec omnia venerabilis Frater Carolus Martini ad exitum adducet vel quem ipse delegaverit; re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum eflicacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. *R. E. Cancellario*
© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Ap. Conc. tab., vol. CXXIII, n. 49.

II

CAACUPENSIS

Praelatura Caacupensis, in Reipublicae Paraquarianae finibus, ad gradum dioecesis evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rerum catholicarum progressus eximius, quem Dei gratia et auxilio Caacupensis praelatura iam fecit, immo etiam maior qui in posterum praevidetur, causa praecipua est cur venerabilis Frater Victor Hugo Righi, Archiepiscopus titulo Biltensis et in Republica Paraquariana Apostolicus Nuntius, de sententia scilicet eiusdem Sedis sacri Praesulis, a Nobis petierit, ut ea praelatura ad dioecesis gradum eveheretur. Censentes autem Nos esse iis precibus accedendum, de suprema Nostra potestate eorumque suppleto consensu, qui hoc super negotio ius aliquod vel habeant vel se praesumant habere, sequentia decernimus. Caacupensem praelaturam *ad dignitatem dioecesis* attollimus, eodem nomine iisdemque servatis finibus, quam sufiraganeam metropolitanae SSmae Assumptionis facimus, cuiusque sedes episcopalis in urbe vulgo Caacupé erit, episcopalis vero magisterii cathedra in templo, adhuc praelaticio, Deo dicato in honorem Beatae Mariae Virginis sine originali labe conceptae, quod ad cathedralis dignitatem evehimus, congruis datis iuribus et privilegiis. Episcopo autem, praeterquam quod iura et privilegia damus, officia et obligationes imponimus, quae sunt Episcoporum residentem propria. Sic conditae dioecesis primus Episcopus erit venerabilis Frater Ismael Blas Rolón Silvero, adhuc eiusdem Ecclesiae Praelatus Ordinarius, prioris episcopalis tituli Furnitani maioris vinculo solutus. Curet Episcopus ut, quoadusque Canonicorum collegium condi non possit, quod profecto per alias sub plumbo Litteras fiet, Consultores dioecesanos deligat, ad normam iuris canonici, a munere quidem cessaturos Canonicis statutis. Decernimus insuper ut episcopalis mensa, quae dicitur, Curiae emolumentis constituatur, fidelium pecunia, sponte oblata, iisque bonis, quae hucusque ad Caacupensem praelaturam pertinuerunt. Ea quae praescripsimus ut ad exitum adducantur curet venerabilis Frater Victor Hugo Righi, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero rem perfecerit, congrua documenta exaranda curet

ad Sacramque Congregationem Consistorialem mittat, de more signata sigilloqne impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
8B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ¡33 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIII, n. 51.

III

ATAMBUENSIS
(KUPANGENSIS)

Nonnullis Insulis a dioecesi Atambuensi detractis, nova dioecesis conditur, « Kupangensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sanctorum mater atque parens populorum Ecclesia divini Conditoris iussa ((Euntes ergo in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae » *(Me.* 16, 15) ita efficere studet, ut nihil praetermittat

quod: aut christianam fidem in fidelium animis augere provideatur, aut sanctissimae religioni veri Numinis propagandae conferat, aut quovis modo censeatur sacrae Christi plebi prodesse; quae enim caelos novos et terras novas futura sperat, eadem Ecclesia nonnisi per christianae veritatis splendorem et supernae gratiae fermentum id fieri posse credit. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi de Propaganda Fide visum esset novam in Indonesia dioecesim constituere, censuimus aeque fieri si in eam sententiam discederemus, atque idcirco, re bene reputata, consilioque petito tum a venerabili Fratre Salvatore Pappalardo, Archiepiscopo titulo Milesiensi atque in Indonesia Apostolico Pro-Nuntio, tum ab Ordinario cuius res interesset, haec statuimus. A dioecesi Atambuensi regiones separamus, quas vocant populari lingua Timor Tenggah et Kupang, atque Insulas Semau, Roti et Sawu, iisque novam dioecesim condimus, nomine *Kupangensem,* quam statuimus metropolitanae Sedi Endehenae suffraganeam fore, atque Sacrae Congregationi Fidei Propagandae obnoxiam. Huius autem dioecesis caput, urbem vulgo Kupang habere censemus, templum cathedrale id quod est in eadem civitate praecipuum. Indulgemus etiam ut, si ad praesens Canonicorum collegium condi nequeat, Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopo assint consilio et opera. Cetera, quae scilicet ad mensam episcopalem spectant, ad Seminarium, ad Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, similia, omnino iure canonico regantur. Postremo, novam dioecesim dilectis filiis e Societate Verbi Divini concredimus regendam atque gubernandam, certa spe fore ut qui adhuc multo labore atque sudore eam Ecclesiae circumscriptionem exercuerunt, haud minore cura in posterum colant. Ceterum quae constituimus venerabilis Frater Salvator Pappalardo, cuius mentionem fecimus, ad exitum deducet, vel quem ille delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, eorumque sincerae fidei exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint

subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario

93 HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

83 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIII, n. 72.

IV

FARAFANGANENSIS- ARCIS DELPHINI (IHOSIENSIS)

Nonnullis detractis territoriis ab Ecclesiis Farafanganensi et Arcis Delphini, nova conditur dioecesis, « Ihosiensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Mirifice sane congruit cum vocibus Prophetarum christianae rei condicio in Madagascaria insula, pronuntiantium fore ut Insulae munera Deo vero off errent (cf. *Ps.* 71, 10) et omnes gentes in altissimi Numinis conspectum venientes, adorarent (cf. *Tob.* 13, 13). In ea enim terra nobilissima, ampla, longinqua, ita sermo Dei cucurrit, itaque clarificatus est, ut iam ille populus et de christiana veritate late cognosceret, et Deum eiusque Filium veneraretur, et donis honestissimis altaria ornaret, in quibus omnipotenti hominum Patri « oblatio munda)) offertur (cf. *Mal.* 1, 11). Cum ergo christianae fidei intendendae gratia in ea mundi plaga visum sit bene fieri, si ibi loci nova conderetur dioecesis, Nos sententia audita Sacrae Congregationis Fidei Propagandae atque Ordinariorum, quorum interesset, item venerabilis Fratris Felicis Pirozzi, Archiepiscopi titulo Gratianensis atque in Madagascaria Apostolici Pro-Nuntii, re digna reputatione meditata, haec statuimus atque decernimus. Subpraefecturas civiles, quas dicunt, Ihosy, Ivohibé et

Midongy-Sud a dioecesi Farafanganensi separamus; subpraefecturam vero Betroka ab Ecclesia Arcis Delphini detrahimus; bis territoriis novam dioecesim constituimus, quae *Ihosiensis* cognominabitur, ab urbe regionis principe. Quam sane Sedi metropolitanae Fianarantsoaënsi suffraganeam facimus, atque Sacrae Congregationi Fidei Propagandae obnoxiam. Sedem episcopalem in urbe Ihosy poni statuimus ; cathedram, in templo Sancti Iosephi, in eadem civitate collocari, quod cathedralis dignitate ornabitur. Canonicorum collegium condatur; si vero id fieri statim non possit, concedimus Consultores dioecesanos deligi, quibus Episcopus utatur in negotiis explicandis tamquam consiliariis. Ad cetera quod attinet, omnia profecto iure canonico temperentur. Ad haec autem quae statuimus efficienda, venerabilem Fratrem legamus Felicem Pirozzi, vel quem ille designaverit, factis necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario

B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Caspar Cantagalli, *Proton. Apost. s. n.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 11.

DEAARENSIS

Praefectura apostolica Deaarensis ad dioecesis dignitatem extollitur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Munus Nostrum, quod divino consilio accepimus, universam Christi Ecclesiam regendi, ad ea fidelibus cuncta subsidia suppeditanda impellit, quae ad rerum catholicarum profectum aptius conducant. Qua de re, putantes haud parum utilitatis consequi ex praefecturae apostolicae Deaarensis ad dioecesis gradum elatione, sententiam hoc super negotio accipientes sive Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, sive venerabilis Fratris Iosephi McGeough, Archiepiscopi titulo Hemeseni atque in Africa Meridionali Apostolici Delegati, sequentia decernimus ac iubemus. Praefecturam apostolicam *Deaarensem* ad dioecesis dignitatem attollimus, eodem retento nomine, iisdem concredendam sodalibus Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, qui ei hactenus summa cura, labore atque, Deo favente, uberrimis cum laborum fructibus consuluerunt. Sic condita dioecesis suffraganea erit metropolitanae Sedi Civitatis Capitis, atque Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxia esse perget. Eius insuper sedes in urbe statuetur vulgo De Aar appellata; episcopalis autem magisterii cathedra in sacra aede, eadem in urbe exstante, Deo dicata in honorem Beatae Mariae Virginis, quam ad gradum pro-cathedralis evehimus, cum iuribus privilegiisque congruis. Curet Episcopus ut, ad sibi si oporteat opportuna auxilia consiliave comparanda, Consultores dioecesanos ad normam iuris canonici deligat, quoadusque scilicet Canonicorum collegium constitui non possit. Haec quae praescripsimus ut ad exitum adducantur, curet venerabilis Frater Iosephus McGeough, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit documenta de more exaranda studeat atque ad Sacram Congregationem mittat, signata nempe sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res

est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertiodecimo mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro 8. R. E. Cancellario
83 HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIII, n. 66.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris priorati templo Cluniensi, Beatae Mariae Virgini « del Prado » sacro, conferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Urbis Cluniae decus et ornamentum appellari sane licet templum Beatissimae Virgini Mariae « del Prado » sacrum, quod non solum Prioratus, ad insignes catholicae Hispaniae militias pertinentis, maxima aedes est, verum etiam perantiqua et artificiosa structura supra cetera eminet. Ubi enim iam inde a saeculo xi

humile sacellum prisca maiorum fides statuerat, ampliorem ibi ecclesiam religiosissimi filii aedificandam curaverunt, quae, ad Gothicae architecturae genus perfecta, egregio postea opere est expolita venustisque tabulis exornata. Deiparae vero cultus pari praestat honore et antiquitate, plurimosque cuiusque ordinis fideles ad imaginem, ad domum, ad sinum caelestis Matris tot per saecula attraxit, dum Romani Pontifices, Decessores Nostri, nobile domicilium multis beneficiis ac privilegiis honestabant. In praesenti sive navitas prioralis Canonicorum collegii sive sacrorum rituum splendor in sollemnibus, quae potissimum mensibus Maio et Augusto peraguntur, debita laude sunt prosequenda. Quoniam ergo templum tanto pietatis studio floret ac mox, publico sumptu refectum, novo etiam artis nitore florebit, Venerabilis Frater Ioannes Hervás *j* Benet, Episcopus tit. Doritanus atque Prioratus Cluniensis Ordinarius, datis ad Nos litteris petit, ut eidem amplum Basilicae honorem tribuamus. Quod votum, Nos, qui decorem domuum Dei diligimus semperque fovemus, benigno animo admittere statuimus. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, priorale templum Cluniense, Deo in honorem Beatissimae Virginis Mariae <(del Prado x> dicatum, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* condecoramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae templis, hoc nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Februarii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

© **H**AMLETUS I. Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo in caelum assumpta atque S. Ioseph, eius Sponsus, principales Patroni dioecesis Verae Crucis renuntiantur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Duos novimus esse amores, qui, e germana Christi fide tamquam e purissimo fonte manantes, dilectorum Verae Crucis filiorum pietatem exornant ac ditant. In ista enim dioecesi, quam detractis terris a Ialapensi et S. Andreae de Tuxtla dicionibus Ioannes Pp. XXIII, Noster imm. rec. Decessor, anno MCMLXII constituit, sive Beata Maria Virgo recepta sideribus sive Sanctus Ioseph, eius castissimus Sponsus, impenso obsequio publicaque veneratione excoluntur. Memorare etiam iuvat — quod est amplum diuturni huiusce studii argumentum — ipsam Beatae Virginis in caelum assumptae ecclesiam iam tum ad honorem templi cathedralis esse evectam. Pervulgatam ergo cultum eorum, qui mortali Filii Dei vitae proximi arguerunt, in omnes fideles suis curis commissos agnoscens, precesque primarii Canonicorum collegii, ceterorum sacerdotum populique universi admittens, Venerabilis Frater Iosephus a Guadalupe Padilla Lozano, Verae Crucis Episcopus, augustam Deiparam eiusque Sponsum tamquam caelestes Patronos elegit statimque ad Nos scripsit, ut factam a se Patronorum renuntiationem per decretum Apostolicae Sedis ratam haberemus. Huic autem voto Nosmetipsi, qui sacras Ecclesiae diciones superna potissimum tutela egere censemus, benigne volumus obsecundare. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam in caelum assumptam atque Sanctum Ioseph, eiusdem Beatae Virginis Mariae Sponsum, principales apud Deum totius Verae Crucis dioecesis caelestes *Patronos* confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irri-

tumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Maii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

83 HAMLETUS I. Card. CICOGXNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo « delia Porta » appellata principalis Patrona urbis episcopalis et totius dioecesis Guastallensis, una cum Sancto Francisco Assisiensi, Patrono aeque principali, constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Porta caeli ab Ecclesia merito praedicatur Beata Maria Virgo : hanc enim si sequuntur in cursu vitae terrenae, homines metam feliciter contingunt, id est ad aulam illam perveniunt, ubi bonis fruantur, quae neque aspectu oculorum comprehendi neque auribus percipi neque ulla cogitatione queunt adumbrari. Singulari religione Deiparae a porta, seu, uti vulgo appellant, « delia Porta » nuncupatae, Guastallensis dioecesis fideles teneri perhibentur. Olim enim in porta urbis episcopalis imago Beatae Mariae Virginis, diu oblivione obruta, prodigiis coepit clarere. Qua de causa pietas erga Dei Genetricem, effigie illa expressam, in civium animis tantopere exarsit, ut eius honori templum, molis amplitudine conspicuum, nobile opere, conderent ibique imaginem illam praeclaram collocarent. Praesens autem auxilium opiferae Matris Guastallenses, in publicis etiam calamitatibus, pluries sunt experti. Frequentibus igitur concursibus hanc marialem celebrant ecclesiam, praesertim die VII mensis Februarii, quo, anno millesimo sexcentésimo nonagésimo tertio, illa effigies signis innotuit, et per Maium mensem. Ob tam pium studium, quo etiam finitimae regionis fideles accenduntur, Sanctus Pius Pp. X, Decessor Noster, concessit, ut imago aurea corona, suo nomine et auctoritate, redimiretur. His permotus, Venerabilis Frater Angelus Zambarbieri, Guastallensis Episcopus, votis obsecundans Canonicorum Cathedralis ecclesiae et universi cleri, suis curis commissi, Beatam Mariam Virginem caelestem Patronam suae iurisdictionis una cum Sancto Francisco Assisiensi, iam pridem Patrono rite constituto, elegit, Nosque rogavit,

ut id ratum benigne haberemus. Nos igitur, has preces libenter audientes, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, a porta seu « delia Porta)) vulgo appellatam, urbis episcopalis ac totius dioecesis Guastallensis *principalem apud Deum Patronam,* una cum Sancto Francisco Assisiensi, Confessore, Patrono aeque principali, con firmamus seu iterum constituimus ac renuntiamus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Maii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris Lublinensis ecclesia S. Stanislai, Ep. et Mart., decoratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Lublinense templum Sancti Stanislai, Episcopi et Martyris, non uno commendatur nomine, siquidem est antiquitate illustre, opere nobile, populi frequens concursibus. Pro lignea aede sacra, saeculo xin condita, subsequente saeculo ecclesia, ad artis Gothicae rationem exstructa, est substituía; quae temporum iniquitate paene eversa, optimatum civiumque liberalitate magnificentius fuit refecta, novo quidem genere structurae inducto. Est etiam memorandum saeculo x VII tres aediculas seu « cappellas » aedificio esse adiunctas, cultu et ornamentis perinsignes. Hoc templum, in cuius ministeriis Fratres Praedicatores versantur, etiam praeclarius est habendum, quod quasi quoddam sacrarium est Sanctae Crucis, cum egregiae reliquiae

sacratissimi ligni, in quo passus est Salvator, ibi asserventur et piis obsequiis a fidelibus colantur. Marialis quoque religionis sedes esse perhibetur eximia. Quibus omnibus permotus, Venerabilis Fratrer Petrus Kalwa, Lublinensis Episcopus, preces significans Fratrum Praedicatorum Provinciae Polonicae et fidelium, quorum res interest, Nos rogavit, ut istam ecclesiam, laudibus merito celebratam, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus postulationibus libenti animo obsecundantes, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam, Deo in honorem Sancti Stanislai, Episcopi et Martyris, Lublini consecratam, ad honorem et dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignitis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Iunii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIONES

I

Habita in Vaticana Basilica, post peractam a Beatissimo Patre Sacrificii Eucharistici concelebrationem, iis qui interfuerunt Conventui tertio de apostolatu laicorum ex omnibus Nationibus Romae habito. *

Figli carissimi,

Prima di tutto il saluto !

Voi avete già ricevuto e scambiato saluti molto belli, molto affettuosi, e molto significativi : non potevano mancare ad un incontro come questo. Ebbene, ricevete anche il Nostro saluto; non è convenzionale,

* Die 15 mensis octobris a. 1967.

non è retorico, non è superfluo. Il nostro saluto vi dice il cuore col quale siete qui accolti, il cuore di Chi, in Cristo, vi è Pastore, cioè legato a voi da doveri, da sentimenti, da speranze che impegnano il sentimento, il pensiero, la vita. Sì, il cuore di Chi, in Cristo, vi è Padre, vi è Fratello, vi è Amico. Questo saluto, come quelli, del resto, che già a voi sono stati rivolti, vi dice che nessuno di voi qui è straniero. Voi siete qui a casa vostra : la casa della fede comune ; la casa della carità centrale ; la casa dell'unità e dell'universalità cristiana. Bisogna che noi tutti abbiamo coscienza di questa fondamentale e vivente comunione, che indarno, pari a questa, noi cercheremmo altrove. Così vi dica questo saluto la Nostra gioia per vedervi raccolti intorno alla tomba di San Pietro, su cui Cristo ha voluto fondare la sua Chiesa, e per ravvisare in questo incontro un segno e una speranza dell'umanità che trova in Cristo la sua vocazione, la sua fratellanza, la sua pace, il suo destino. Prende forma nel Nostro spirito la visione dei Popoli, da cui voi provenite e che voi rappresentate, e si accende nel Nostro cuore una grande, soprannaturale affezione per ciascuna delle vostre Nazioni : la vostra presenza accresce in Noi la coscienza della Nostra missione, di amatori del genere umano ; e accresce in Noi la fiducia che la sua storia si arrenderà un giorno al disegno divino che la guida a trovare in Cristo il suo significato ed il suo termine; la fiducia, diciamo, che questo grande disegno unitario, tuttora chiuso nel cuore di Dio, si affretti, anche attraverso la vostra collaborazione, l'efficacia del vostro impegno nel mondo, l'ardore della vostra partecipazione all'apostolato, di cui le radiose giornate romane del vostro Congresso sono per Noi la promessa e l'aurora.

Risuonano alla Nostra memoria, quasi fatidiche, le parole di S. Agostino : « Vi è nel campo, cioè nel mondo, fino alla fine del tempo, il crescente frumento del Signore *[sunt per agrum, id est per mundum, usque ad finem saeculi crescentia f rumenta dominica)* Ä.[1] Voi ci attestate questa spirituale vegetazione, voi siete per Noi un «segno dei tempi » : siate i benvenuti, figli carissimi, siate benedetti !

Ma non possiamo dimenticare che partecipano a questo assemblea orante, in comunione di preghiera e di affetto, anche tutti i Padri del *Synodus Episcoporum,* i rappresentanti dell'Episcopato universale, raccolti qui a Roma nelle loro altissime assise di studio per offrirci la loro collaborazione nell'universale governo della Chiesa. Sono pertanto

[1] *Contra litteras Petüiani,* II, 78; *PL* 43, 313.

i vostri Vescovi, che vi guardano con immensa simpatia, e vi incoraggiano e vi salutano.

E qui l'umile Successore di Pietro rivolge ir suo deferente, fraterno omaggio a tutti voi, venerati membri del Sinodo, al cospetto dello splendente e policromo quadro del laicato cattolico mondiale, e osa dirvi fraternamente : vogliate bene ai laici, ai *vostri* laici ! Siate la loro guida paterna, lungimirante, aperta, e date loro fiducia piena, che non sarà delusa ! È il Concilio che ve lo chiede, è il Papa che vi esorta, certo di trovare in voi gli stimolatori consapevoli delle generose energie del laicato.

E un saluto pieno, cordiale, ricolmo di affetto e di stima va poi agli Osservatori delle varie denominazioni cristiane, che onorano con la loro pietà questa assemblea. Ci procura grande piacere notare che siete venuti in numero tanto cospicuo ; e quanto gradiremmo che anche voi pienamente gustaste la bellezza e l'incanto di questo incontro, secondo le parole ispirate : *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum!* [2]

Noi vi ringraziamo di cuore per questa presenza, tanto significativa, mentre sale dal Nostro spirito l'augurio e la preghiera — che sappiamo condivisa da voi e dai vostri fratelli, sparsi nel mondo — che tutti possiamo un giorno celebrare insieme la comunione perfetta nell'unità voluta da Cristo, anelito supremo del Suo cuore.

Au cours de cette brève conversation, il Nous semble indispensable de résumer, en quelques affirmations fondamentales, la pensée de l'Eglise sur vous, chers Laïcs catholiques. Comme les navigateurs, au cours de leur itinéraire à travers l'immensité des mers, « font le point », c'est-à-dire déterminent leur position et leur direction, ainsi il Nous semble que votre troisième Congrès mondial exige qu'on mette en évidence les acquisitions doctrinales proclamées par l'Eglise en cette plus récente phase de son histoire, notamment au second Concile Œcuménique du Vatican.

Ce ne sont pas des choses nouvelles, mais ce sont des choses vraies, importantes, et pour vous qui les écoutez et les méditez ici, des choses fécondes, riches d'une immense vitalité. Voici la première : l'Eglise a accordé au Laïc, membre de la société à la fois mystérieuse et visible des fidèles, une solennelle reconnaissance. Voilà, si l'on peut dire,

[2] *Ps.* 132, 1.

une nouveauté ancienne. L'Eglise a réfléchi sur sa nature, sur son origine, sur son histoire, sur sa « fonctionnalité », et elle a donné, du laïc qui lui appartient, la définition la plus digne et la plus riche : elle l'a reconnu comme incorporé au Chist et comme participant à la fonction sacerdotale, prophétique et royale du Christ lui-même, sans pour autant méconnaître sa caractéristique propre, qui est d'être un séculier, un citoyen de ce monde, de s'occuper des choses terrestres, d'exercer une profession profane, d'avoir une famille, de s'adonner, en tous domaines, aux études et aux intérêts temporels.

L'Eglise a proclamé la dignité du Laïc, non seulement parce qu'il est homme, mais aussi parce qu'il est chrétien. Elle l'a déclaré digne d'être, dans la forme et la mesure convenables, associé aux responsabilités de la vie de l'Eglise. Elle l'a jugé capable de rendre témoignage à sa foi. Au Laïc — homme et femme — elle a reconnu la plénitude des droits : droit à l'égalité dans la hiérarchie de la grâce ; droit à la liberté dans le cadre de la loi morale et ecclésiastique ; droit à la sainteté conforme à l'état de chacun.

On dirait que l'Eglise a mis une certaine complaisance à manifester cette doctrine sur le laïcat, tant sont nombreuses, à ce sujet, les expressions qui se lisent, se répètent, s'entrecroisent dans plusieurs des documents conciliaires. Et si l'on peut dire qu'en substance l'Eglise avait toujours pensé ainsi, il faut convenir qu'elle ne s'était jamais exprimée avec une pareille insistance, avec une pareille ampleur.

Eh bien, cette reconnaissance de la « citoyenneté » du Laïc dans l'Eglise de Dieu, Nous vous la redisons ici, heureux de confirmer la parole conciliaire; heureux d'y voir l'aboutissement d'un processus théologique, canonique et sociologique, désiré depuis longtemps et par beaucoup d'esprits clairvoyants ; heureux de fonder sur lui les espérances d'une Eglise authentique, rajeunie, rendue plus apte à accomplir sa mission pour le salut chrétien du monde.

Mais tout n'est pas dit encore, chers Fils et Filles, quand on a reconnu et proclamé ce que vous êtes dans l'Eglise de Dieu. Il faut reconnaître et proclamer aussi ce que vous y pouvez et devez faire, ce que vous, catholiques librement consacrés à l'apostolat, vous y faites effectivement. Et Nous voici au cœur du sujet, à la définition même de votre idéal et de vos efforts, à ce que le monde entier peut lire dans le titre de vos Congrès : l'Apostolat des Laïcs.

Ici notre embarras est grand : car nous ne saurions que vous redire sous une autre forme ce que le Concile a proclamé, avec une incompa-

rabie autorité et dans des formules très étudiées, remarquables à la fois par la précision et la richesse de leur contenu.

Le principe est posé — et c'est déjà assez dire son importance — dans le texte même de la Constitution dogmatique sur l'Eglise. « Les Laïcs — y lit-on — réunis dans le peuple de Dieu et organisés dans Punique Corps du Christ, sous une seule tête, sont appelés, quels qu'ils soient, à coopérer comme des membres vivants au progrès de l'Eglise et à sa sanctification permanente. (...) A tous les Laïcs, par conséquent, incombe la noble charge de travailler à ce que le dessein divin de salut parvienne de plus en plus à tous les hommes de tous les temps et de toute la terre ».[3]

L'Eglise reconnaît donc le Laïc, vous le voyez, non seulement comme fidèle, mais comme apôtre. Et en ouvrant devant lui un champ presque illimité, elle lui adresse avec confiance l'invitation de la parabole évangélique : ((Allez, vous aussi, travailler à ma vigne ».[4] Ce travail sera multiple et diversifié. Le Décret conciliaire sur l'Apostolat des Laïcs après avoir, à son tour, posé fermement le principe que ((la vocation chrétienne est aussi, par nature, vocation à l'apostolat », consacre deux chapitres entiers à détailler les « divers champs » et les ((divers modes» de cet apostolat. Ces textes vous sont assurément familiers. Qu'il suffise de les avoir mentionnés pour renforcer dans vos âmes, chers Fils et chères Filles, la conviction inébranlable de la réalité de l'appel que l'Eglise vous adresse en ce milieu du vingtième siècle, de la confiance qu'elle place en vous, de l'ampleur des responsabilités qu'elle vous invite à assumer pour faire progresser le Règne du Christ parmi vos frères, pour être pleinement, comme vous y invite le thème de votre Congrès, « le peuple de Dieu dans l'itinéraire des hommes ».

At this point, an objection arises. In fact, one may say, if the tasks entrusted to lay people in the apostolate are so vast, should it not be admitted that henceforth there are, in the Church, two parallel hiérarchies, as it were — two organizations existing side by side, the better to ensure the great work of the sanctification and salvation of the world?

This, however, would be to forget the structure of the Church, as

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 33.
[4] *Matth.* 20, 4.

Christ wished it to he, by means of the diversity of ministries.'Certainly the People of God, filled with grâces and gifts, marching towards salvation, présents a magnificent spectacle. But doès it follow that the People of God are their own interpreters of God's Word and ministers of His grace? That they can evolve religious teachings and directives, making abstraction of the Faith which the Church professes with authority? Or that they can boldly turn aside from tradition, and emancipate themselves from the Magisterium?

The absurdity of thèse suppositions suffices to show the lack of foundation of such an objection. The Decree on the Apostolate of the Laity was careful to recali that « Christ conferred on the apostles and their successors the duty of teaching, sanctifying and ruling in His name and power ».[5]

Indeed, no one can take it amiss that the normal instrumental cause of the divine designs is the Hierarchy, or that, in the Church, efficacity is proportional to one's adhérence to those whom Christ « has made guardians, to feed the Church of the Lord)).[6] Anyone who attempts to act without the Hierarchy, or against it, in the fìéld of the Father of the family, could be compared to the branch which atrophies because it is no longer connected with the stem which provides its sap. As history has shown, such a one would be only a trickle of water, cutting itself off from the great mainstream, and ending miserably by sinking into the sands.

Do not think, beloved sons and daughters, that for this reason the Church desires to bridle your generous inspirations. Quite simply, she is faithful to herself, and to the will of her divine Founder. For the greatest service she can do for you, is to define your exact place and role in that organism which is intended to bring to the world the good news of salvation. « In the Church, there is diversity of service, but unity of purpose ».[7]

Was erwartet die Kirche von ihren Leien, die mit grossherziger Gesinnung und in guter Organisation treu zur kirchlichen Obrigkeit stehen?

Sie erwartet vor allem eine wesentliche Hilfe für den guten Fortgang der kirchlichen Werke.

* N,, **2.**

[6] Cfr. *Act.* 20, 28.

[7] *Decree on the Apostolate of the Láity, 2.*

Der theologische Fortschritt, von dem Wir eben sprachen, hat die Abgrenzung der VerantAvortung zwischen Klerus und Laien erleichtert.

In Anbetracht des grossen Mangels an Geistlichen, Priestern und Diakonen in vielen Teilen der Welt wird es notwendig, dass die Laien f— innerhalb der Katholischen Aktion und auch darüber hinaus — mehr und mehr jene Aufgaben übernehmen, die nicht unbedingt das Weihe-Priestertum voraussetzen.

Auch wenn es sich dabei um bescheidene Aufgaben handelt, wie den Katechismus-Unterricht für die Kleinen oder die vielfältigen Aufgaben der Caritas, die leiblichen und geistlichen Werke der Barmherzigkeit, sollen sie dessen eingedenk sein, dass auch dies fundamentale Aufgaben sind, und sie frohen Herzens übernehmen. So geben sie Zeugnis von dem Geist des Dienens, zu dem das Konzil Priester und Laien gleichermassen aufgerufen hat.

Eine andere Aufgabe wird durch ein Wort zum Ausdruck gebracht, das in den letzten Jahren zu einer tragenden Idee geworden ist : die C(Consecratio Mundi », die Heiligung der Welt.

Die - Welt ist euer Wirkungsfeld, in das ihr berufen seid. Der natürliche Gang der Dinge in dieser Welt, von tausend Faktoren abhängig, die Wir jetzt nicht im einzelnen erwähnen können, treibt sie zu einer Entwicklung, die von zeitgenössischen Denkern — begrüsst oder beklagt — als « Säkularisation, Laisierung » oder « Entsakralisierung » bezeichnet wird. Wir sagen es mit Schmerz : es finden sich sogar katholische Schriftsteller, die im Gegensatz zur zweitausendjährigen Tradition der Kirche, laut einer dauernden Schwächung, ja dem völligen Wegfall des geheiligten Charakters der Orte, Zeiten und Personen das Wort reden.

Euer Apostolat, geliebte Söhne und Töchter, muss sich diesen Strömungen entgegenstellen. Das Konzil hat es euch immer wieder zugerufen : Die Laien sollen « die Welt Gott weihen », sie sollen an der ((Heiligung der Welt », an ihrer ((christlichen Beseelung » und der ((Gesundung der Einrichtungen und Lebensbedingungen der Welt » arbeiten. So sprechen die Konzils-Dokumente.

Und was bedeutet das anderes als die wiederum vollzogene Heiligung der Welt durch ihre erneute Durchdringung mit dem mächtigen Hauch des Glaubens an Gott und an Christus, der allein zum Heil und zu wahrem Glück führen kann?

Der heimgegangene Kardinal Cardijn hat dies wiederholt in bewegenden Worten ausgesprochen; auch Wir haben es erst kürzlich

zum Ausdruck gebracht : « Die Laien müssen ihre eigentliche Aufgabe in Angriff nehmen : die Erneuerung der irdischen Ordnung, Ihre Obliegenheit ist es das Denken und die Sitten, die Gesetze und die Lebensordnungen ihrer Gemeinschaft mit christlichem Geist zu durchdringen)).[8]

Wir möchten es euch erneut mit Nachdruck ans Herz legen : Tragt in die Welt von heute jene Kräfte, welche sie auf dem Weg des Fortschrittes und der Freiheit weiterführen und ihre grossen Probleme lösen können : den Hunger, die Gerechtigkeit unter den Völkern und den Frieden.

Concluímos, queridos hijos e hijas, con unas palabras sobre la espiritualidad que debe caracterizar vuestra actividad. Vosotros no sois eremitas retirados del mundo para mejor entregaros a Dios. Es en el mundo, en la acción misma donde debéis santificaros. La espiritualidad que deberá inspiraros tendrá, pues, sus características propias y el Concilio no ha olvidado ilustrarlas en un largo párrafo del Decreto sobre el apostolado de los Laicos.[9] Baste decíroslo en una palabra : sólo vuestra unión personal y profunda con Cristo asegurará la fecundidad de vuestro apostolado cualquiera que sea. A Cristo, vosotros lo encontráis en la Escritura, en la participación activa tanto en la liturgia de la Palabra como en la liturgia eucaristica, Vosotros lo encontráis en la oración personal y silenciosa, insustituible para asegurar el contacto del alma con Dios vivo, fuente de toda gracia.

El compromiso de apostolado en medio del mundo no destruye estos presupuestos fundamentales de toda espiritualidad, sino los supone, incluso los exige. ¿Quién estuvo más « comprometido » que la gran Santa Teresa, festejada cada año en este día del 15 de octubre? ¿Y quién, más que ella, supo encontrar su fuerza y la fecundidad para su acción en la plegaria y en una unión con Dios de todos los instantes? Nos nos proponemos reconocerle a ella un día, igual que a Santa Catalina de Siena, el título de Doctora de la Iglesia.

Añadiremos más: que la gracia de este Congreso, que la gracia de este encuentro con el Vicario de Cristo, que la gracia de Roma os acompañe y os sostenga. Llamado a dirigir la palabra a vuestro segundo Congreso mundial en 1957, bajo nuestro predecesor Pío XII, habíamos

* Litterae Encycl. *Populorum progressio,* n. 8.
» Cfr. N. 4.

creído poder deciros :« Tened confianza : Boma va delante y el Papa la guía)). Dejadnos que os lo repitamos hoy con una humilde conciencia de Nuestros límites, pero con idéntica gozosa certeza, reforzada por la esplendorosa experiencia que ha vivido la Iglesia en estos diez años.

Que en Nuestra voz resuene todo el fervor de la fe de San Pedro, todo el ardor de la caridad de San Pablo. Con su autoridad, os impartimos a todos vosotros de corazón Nuestra Bendición Apostólica, que extendemos a vuestras familias, a vuestros países, al laicado católico del mundo entero.

II

Ad Sanctitatem Suam Athenagoram I, Patriarcham Oecumenicum, in Vaticana Basilica habita, ubi, comiter illum Beatissimus Pater excipiens, pias cum eo fudit preces. *

Dilectissime in Christo Frater,

Omnes ... unanimiter[1] summo Deo de rebus mirabilibus, Ecclesiae suae causa, patratis nuperrime gratias egimus. Nonne enim omnipotenti eius benignitati id tribuamus, quod incredibili gaudio una hic sumus, ut rursus pacis et reconciliationis osculum invicem iungamus, inter Fratres in Episcopatu, supraque sepulcrum Principis Apostolorum, qui huius Romanae Ecclesiae est gloria, cuius nunc pia multitudo nos circumstat, ut sive nostrae spiritualis laetitiae, sive nostrarum precationum societatem sentiat?

Antequam corda nostra loqui ipsa sineremus, opus erat pariter palam profiteri *omne datum optimum et omne donum perfectum desursum esse, descendens a Patre luminum/* pariter nos, laudibus Deum ipsum efferentes, animum Spiritus Sancti luminibus aperire, qui unus nos potest ad arcana consilia sua intellegenda adducere.

Quod Tu, dilecte et honorande Frater, iamdiu non occulte fieri optabas, ut scilicet Nostram Romanam Ecclesiam viseres, id Deus hodie en factum nobis concedit, cum Te inter nos aspicere possimus, Te — inquimus — qui memorias repraesêntas earum Ecclesiarum *Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae* et *Bithyniae,* ad quas *Petrus Apostolus*

* Die 26 mensis octobris a. 1967.

[1] *Act.* 1, 14.

[2] Cfr. *lac.* 1, 17.

Iesu Christi[3] olim epistulam misit, qua vita primaevae Ecclesiae eiusque fides et spes tam egregiae ostenduntur. Per eandem epistulam, doctrina et hortamentis, quae continet, insignem, etiam *Ecclesia Romana illas salutat Ecclesias/* ita ut primum quasi testimonium sit illarum rationum et necessitudinum, quae subsequentibus saeculis feliciter sunt auctae et confirmatae, quamquam non deerant contentiones falsaeque interpretationes — oportet enim et hoc fateri — ; quae etiam post lugendum tempus, quo discidium factum est, contigerunt. Ne post tempus quidem dolendi illius discidii, praesertim saeculis xin et XV, conatus defuerunt, quibus eadem dissensio componeretur. Illi vero conatus, pro dolor!, prosperum certumque exitum non habuerunt. Attamen numne umquam, ut hac aetate, iidem alieni sunt a quavis re politica, ab omni proposito, quod non ad unum referatur desiderium ad effectum deducendi voluntatem Christi circa ipsius Ecclesiam? Etenim utrimque hoc uno ducimur optato animos nostros purificandi in oboedientia veritatis, in sincero fraternitatis amore, simplici ex corde, mente integra invicem attentius diligentes.[5] Nonne probitas voluntatum nostrarum et germana fides consiliorum nostrorum signa sunt actionis Spiritus Sancti, quae plurimum valet ad renovandos homines altioremque intellectum iis ingerendum ; quod non solum in Ecclesia, sed etiam in singulis fidelibus christianis evenire cum admiratione animadvertimus?

Iuvat Nos id ipsum repetere et meditari hoc anno, ad fidem excolendam pertinente, quo inito in nobili regione, quae Tua est, Te convenire voluimus. Smyrnam lustrantes et Ephesum, in animo visus est Nobis resonare nuntius, quem Spiritus Ecclesiis Asiae per Ioannem significavit : *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*[6] Spiritus, qui nobis notum facit Christum,[7] qui nobis largitur, ut bonum depositum traditum Ecclesiae custodiamus,[8] qui nobis dat, ut ea cognoscamus, quae Dei sunt,[9] et omnem veritatem,[10] nam ipse est vita[11] et

[3] *1 Petr.* 1, 1.
* Cfr. *1 Petr.* 5, 13.
[5] Cfr. *1 Petr.* 1, 22.
[6] *Apoc.* II, 7, 11, 17, 29; III, 6, 13. 22.
[7] Cfr. *1 Cor.* 12, 3.
[8] Cfr. *2 Tim.* 1, 14.
[9] Cfr. *1 Cor.* 2, 11.
[10] Cfr. *Io.* 16, 13.
[11] Cfr. *Gal.* 5, 25.

immutationem intus operatur,[12] hic profecto Spiritus nos impellit nunc cum maxime, ut unum simus, ut credat mundus.[13] Hanc Spiritus Sancti postulationem manifestari videmus praesertim ea renovatione, quam ipse ubique in Ecclesia excitat. Haec renovatio, haec voluntas fidelitatem maiore cum sollertia ac docilítate servandi, primaria reapse est condicio, qua ad unitatem propius contendatur.[14] Concilium Vaticanum II, quod ad Ecclesiam catholicam attinet, fuit quasi quaedam statio in hoc itinere. Eius consulta, in cunctis gradibus vitae Ecclesiae, cum prudentia et firmitate ad effectum pergunt adduci. Cui rei documento est Episcoporum, hic adstantium, Synodus, quae hac aetate nostra, qua quaestiones ponuntur totum terrarum orbem respicientes, efficit, ut, novis inductis rationibus, inter Ecclesias variis in locis constitutas et Ecclesiam Romanam, quae praesidet caritati,[15] mutua opera efficientior evadat. Aggressi quoque sumus canonicas leges nostras recognoscere, atque operis finem non exspectantes, iam quaedam impedimenta, quae in Ecclesiae vita cotidiana progressui fraternitatis gradatim restitutae, inter Ecclesiam orthodoxam et Ecclesiam catholicam obstarent, novis promulgatis normis submovimus.

Probe scimus idem studium renovationis in Ecclesia orthodoxa exardescere, cuius profectum pro caritate Nostra intentissime observamus. Vos quoque eam, de qua modo locuti sumus, persentitis necessitatem agendi, ut Ecclesiae variis in locis constitutae magis inter se operam socient. Primus enim conventus panorthodoxus in Rhodo insula celebratus, qui magna ex parte a studio constanti et firmo Sanctitatis Tuae profectus est, huius veluti itineris partem magni momenti confecit, estque peculiari modo animadvertendum ordinem rerum, quas pertractandas statuisset, licet omnino suo arbitratu et, quoad praecipua, ante ordinem Concilii Vaticani II, huic mirum in modum similem fuisse. Nonne hoc aliud signum est actionis Spiritus Sancti, qui Ecclesias nostras movet ad studiose se parandas, ut restitutio plenae earum communionis effici possit?

Ex utraque parte hic nisus persequendus est et auctibus provehenda quantum fieri potest maxime, eaque operum coniunctione, cuius formae communiter investigandae sunt. Minus disceptanda de praeterito tempore quam potius certo ac fructuoso modo operam sociando,

[12] Cfr. *Rom.* 8, 9, 13.

[13] Cfr. *Io.* 17, 21.

[14] Decr. de oecumenismo *unitatis redintegratio, Q: A. A. S.* 57, 1965, pp. 96s.

[15] Cfr. *S. Ignat. ad Rom.,* tit.

ea, quae nos adhuc seiungunt, evincere poterimus, id exsequi cupientes, quod Spiritus hodie ab Ecclesia postulat.

Quodsi studium renovationis putamus signum actionis Spiritus Sancti, nos concitantis ad plenam communionem inter nos efficiendam et ad hanc nos componentis, nonne mundus huius aetatis nostrae, incredulitate iniectus, quae multiplices habet rationes, nos monet, ac quidem modo vehementissime, de necessitate instituendae inter nos unitatis? Si unitas discipulorum exhibita est ut praeclarum signum, excitans hominum fidem, nonne etiam ipsa incredulitas multorum aequalium nostrorum quoddam quasi instrumentum est, quo Spiritus ad Ecclesias loquitur easque commovet, ut novo ardore consciae fiant necessitatis exsequendi hoc praeceptum Christi, qui mortuus est, *ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum?* [16] Nonne Spiritus imprimis ab Ecclesiis postulat hoc testimonium commune, unum quidem et varium, firmum et persuasibile fidei, quae, cum humilitate, omnis dubitationis est expers, quaeque cum amore erumpit spemque diffundit?

Hac de causa annum, quo memoria novies decies saecularis martyrii Sanctorum Petri et Pauli, supremi testimonii eorum fidei, eorum caritatis,[17] eorum spei, celebratur, fidei tribuimus, fidei videlicet renovandae et excolendae. Quae enim esset renovatio, quae non perduceret ad alacriorem professionem fidei, ad maiorem caritatis ardorem, ad impensiorem certitudinem spei? Quae esset renovatio, qua non excitantur fides nostra in hanc communionem arctam et arcanam, quae efficitur inter nos eadem oboedientia, qua Evangelio Christi obsequimur, iisdem Sacramentis, et potissimum eodem Baptismate et eodem sacerdotio, celebrante eandem Eucharistiam, unum Sacrificium Christi, eodem episcopatu accepto ab Apostolis ad populum Dei regendum adducendumque ad Dominum, et ad annuntiandum illi verbum ipsius? [18] Haec totidem sunt veluti viae, quibus Spiritus Sanctus utitur, ut ex animo contendamus ad plenitudinem huius communionis, iam uberis sed nondum perfectae, qua in mysterio Ecclesiae inter nos coniungimur.

Huic modo actionis Spiritus Sancti, de quo initio exposuimus, eius actioni quae in singulis fidelibus christianis deprehenditur, fructibus sanctitatis et magnanimitatis, quos affert, alteram condicionem, qua

[16] *Io.* 11, 52.

[17] Cfr. *Io.* 15, 13.

[18] Cfr. Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio,* 15-17 : *A. A. S.* 57, 1965, pp. 101 ss.

arctiorem inter nos colamus necessitudinem, addimus : *conversionem scilicet interiorem/*[19] qua fit, ut in vita cuiusque nostrum in dies maiore cum docilítate audiamus et sequamur id, quod Spiritus a nobis postulat. Sine hoc nisu, semper instaurando, fidelitatis erga Spiritum Sanctum, per quem transformamur in imaginem Filii,[20] nulla vera est ac stabilis fraternitas. Etenim filii Dei reapse facti in Filio,[21] etiam vero et arcano modo invicem fratres sumus. *Quo enim arctiore communione cum Patre, Verbo et Spiritu uniemur, eo intimius atque facilius mutuam fraternitatem augere valebimus.*[22] Praeterea hoc nisu sanctitatis totum illud patrimonium commune efficax redditur, de quo mentionem modo iniecimus, et de quo Concilio Vaticano II fusius libuit disserere.[23] Quibus auxiliis iuvantur, quo vinculo fraternitatis copulamur, si novimus ex fide nos, qui sequimur si quomodo comprehendamus Christum,[24] *tantam habere impositam nubem testium,*[25] quos inter imprimis omnes martyres communis fidei nostrae sunt recensendi, qui ut in litteris, quibus Te Nos visurum esse annuntiasti, ipse pro Tua humanitate significavisti, praeclarissimum decus sunt Ecclesiae Romanae ! Omnes illi Sancti Caelites ex Oriente et Occidente hic nobiscum sunt, gaudent et eum, qui hoc mirabile opus coepit, deprecantur, ut ad finem perducat. Omnes ii Sancti Caelites, qui inter innumerabiles difficultates, dolores, tentationes, sustinuerunt invisibilem tamquam videntes,[26] nos ipsis suis exemplis docent pergere iter, ad ea, quae sunt priora extendentes nosmetipsos,[27] *aspicientes in Auctorem fidei et consummatorem Iesum.*[28]

Nonne haec omnia in memoriam revocantur et mystice significantur eo maxime quod huc advenisti, cum Ecclesia occidentalis festum celebratura est Omnium Sanctorum, turbae magnae, *quam dinumerare nemo potest, ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis?*[29]

[19] Ibid., 7 : *A. A. S.* 57, 1905, p. 97.

[20] Cfr. *2 Cor.* 3, 18.

[21] *1 Io.* 3, 1-2.

[22] Cfr. Decr. de oecumenismo *unitatis redintegratio,* 7 : *A. A. S.* 57, 1965, p. 97.

[23] Cfr. Decr. de oecumenismo *unitatis redintegratio,* 13-18: *A. A. S.* 57, 1965, pp. 100 ss.

[24] *PJiil.* 3, 12.

[25] Cfr. *Hebr.* 12, **1.**

[26] Cfr. *Hebr.* 11, 27.

[27] Cfr. *Phil.* 3, 13.

[28] *Hebr.* 12, 2.

[29] Cfr. *Apoc.* 7, 9.

Oculos fidei habentes defixos in hoc concursu populi electorum, se circumfundentis Christo, qui a mortuis resurrexit et cum gloria ad dexteram Patris sedet, coniuncti Caritate fraterna, quam nullo modo licet offuscari, impulsi uno desiderio oboediendi illis, quae Spiritus ab Ecclesiis postulat, una spe erecti, quae validior est quam omnia impedimenta, progrediemur *in nomine Domini.*

III

Ad S. S. Athenagoram I, Patriarcham Oecumenicum, qui, cum Roma esset discessurus, rursus Beatissimum Patrem invisit. *

Très aimé Frère dans le Christ,

Comment Vous dire les sentiments qui étreignent Notre cœur au moment où s'achève la visite fraternelle qui a permis à Votre Sainteté de vénérer le tombeau des saints apôtres Pierre et Paul, en cette année du centenaire de leur martyre?

Nous voulons tout d'abord Vous remercier de cette démarche, et remercier aussi les Métropolites qui Vous ont accompagné, ainsi que les autres personnes venues avec Vous.

Notre joie est profonde de cette nouvelle rencontre qui a resserré entre nous les liens de la charité fraternelle, dans une même prière au Seigneur.

De tout Notre cœur Nous rendons grâce au Seigneur qui nous a donné de vivre ces heures de plénitude, dans la prière commune avec nos frères dans l'épiscopat et le peuple chrétien, comme dans le tête-à-tête intime qui a rapproché nos pensées et nos cœurs.

Nous cheminerons maintenant avec plus d'assurance sur les voies où nous conduit l'Evangile, pour témoigner joyeusement de notre foi au Christ devant le monde en attente de notre témoignage.

Et Nous demandons au Père tout-puissant de guider Vos pas et les Nôtres pour que, dans la fidélité à l'Esprit de vérité et de charité, l'Eglise catholique romaine et les Eglises orthodoxes cheminent vers une pleine communion.

* Die 28 mensis octobris a. 1967.

DECLARATIO COMMUNIS

Pauli Papae VI et Athenagorae I Patriarchae Oecumenici, ab Exc.mo P. D. Ioanne Willebrands, ab actis Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam, publice lecta. *

Le Pape Paul VI et le Patriarche Oecuménique Athénagoras I rendent grâce dans l'Esprit Saint à Dieu, auteur et consommateur de toute œuvre bonne, de ce qu'il leur a permis de se rencontrer encore une fois dans la sainte ville de Rome, afin de prier ensemble avec les Evêques du Synode de l'Eglise catholique romaine et avec le peuple fidèle de cette ville, de se saluer l'un l'autre d'un baiser de paix et de s'entretenir dans un esprit de charité et de franchise fraternelle.

Tout en reconnaissant que dans la marche vers l'unité de tous les chrétiens un long chemin reste encore à parcourir et que, entre l'Eglise catholique romaine et l'Eglise orthodoxe, il existe encore des points à éclaircir et des obstacles à surmonter avant d'arriver à l'unité dans la profession de foi nécessaire au rétablissement de la pleine communion, ils se réjouissent du fait que leur rencontre ait pu contribuer à faire que leurs Eglises se redécouvrent encore davantage comme Eglises sœurs.

Dans les prières qu'ils ont offertes, dans leurs déclarations publiques et dans leur entretien privé, le Pape et le Patriarche ont voulu souligner leur conviction, qu'une contribution essentielle pour la restauration de la pleine communion entre l'Eglise catholique romaine d'une part et l'Eglise orthodoxe d'autre part est à trouver dans le cadre du renouveau de l'Eglise et des chrétiens, dans la fidélité aux traditions des Pères et aux inspirations du Saint-Esprit, qui reste toujours avec l'Eglise.

Ils reconnaissent que le véritable dialogue de la charité qui doit être à la base de toutes leurs relations entre eux-mêmes et entre leurs Eglises doit être enraciné dans une fidélité totale à l'unique Seigneur Jésus-Christ et dans un respect mutuel de leurs propres traditions. Tout élément qui peut renforcer les liens de charité, de communion et activité commune est une cause de joie spirituelle et est à promouvoir; ce qui peut nuire à cette charité, communion et activité commune est à éliminer avec la grâce de Dieu et la force créatrice de l'Esprit-Saint.

* Die 28 mensis octobris a. 1967.

Le Pape Paul VI et le Patriarche Oecuménique Athénagoras I sont convaincus que le dialogue de la charité entre leurs Eglises doit porter des fruits de collaboration désintéressée sur le plan d'une action commune au niveau pastoral, social et intellectuel, dans un respect mutuel de la fidélité des uns et des autres à leurs propres Eglises. Ils souhaitent que des contacts réguliers et profonds puissent se faire entre pasteurs catholiques et pasteurs orthodoxes pour le bien de leurs fidèles. L'Eglise catholique romaine et le Patriarcat oecuménique sont prêts à étudier les manières concrètes de résoudre les problèmes pastoraux, surtout en ce qui concerne les mariages entre catholiques et orthodoxes. Ils souhaitent une meilleure collaboration dans les oeuvres de charité, pour aider les réfugiés et ceux qui souffrent, et pour promouvoir la justice et la paix dans le monde.

Afin que des contacts fructueux entre l'Eglise catholique romaine et l'Eglise orthodoxe puissent être préparés, le Pape et le Patriarche donnent leur bénédiction et leur appui pastoral à tout effort de collaboration entre professeurs catholiques et orthodoxes dans le domaine de l'étude de l'histoire, des traditions des Eglises, de la patristique, de la liturgie, et d'une présentation de l'Evangile qui corresponde à la fois au message authentique du Seigneur et aux besoins et aux espérances du monde d'aujourd'hui. L'esprit qui doit animer ces efforts est un esprit de loyauté à la vérité et de compréhension mutuelle, dans le désir effectif d'éviter les rancunes du passé et toute espèce de domination spirituelle ou intellectuelle.

Paul VI et Athénagoras I rappellent aux autorités des nations et à tous les peuples du monde la soif de paix et de justice qui se trouve dans le cœur des hommes. Au nom du Seigneur ils les implorent de chercher tout moyen pour promouvoir cette paix et cette justice dans tous les pays du monde.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Garibi et Rivera, Archiepiscopum Guadalajarensem, cum nova Collegii Mexicani sedes in Urbe inauguraretur.

Con sentimientos de particular benevolencia y de gozo profundo Nos dirigimos a Tí, querido Hijo, para asegurar que en estos momentos en que se inaugura la sede del Colegio Mexicano en la Ciudad Eterna, Nos encontramos espiritualmente presente en medio de Nuestros Venerables Hermanos en el Episcopado, de los amadísimos sacerdotes, seminaristas y fieles que, procedentes de México y rodeados de una afectuosa corona de personalidades y de amigos, asisten a un acto de trascendencia para la vida de la Iglesia en esa noble Nación, tan cerca siempre de Nuestro corazón de Padre.

Se ha querido unir esta fecha a aquella otra, tan histórica, que evoca la llegada del Mensaje de Cristo, de su Cruz y de sus Misterios, a las tierras americanas, donde a lo largo de los siglos la fe se fue arraigando gracias también al ministerio fecundo de celosos sacerdotes que salieran del benemérito y glorioso Colegio Pío Latino Americano para difundir e intensificar el Reino de Dios bajo la asistencia materna de la dulce Virgen del Tepeyac.

El incremento providencial de vocaciones y el interés por que ellas encuentren, junto a la Cátedra de San Pedro, una formación espiritual, intelectual, pedagógica y disciplinar, adecuada a las exigencias pastorales del País donde se ejercitará la actividad sacerdotal, han aconsejado y hecho realidad el Pontificio Colegio Mexicano en Roma. A cuantos han contribuido a su ejecución expresamos Nuestro aplauso y felicitación.

Confiadamente esperamos que de este Santuario Vocacional, erigido en un período de intensa renovación post-conciliar, salgan numerosos y selectos apóstoles, verdaderos ministros de la acción de la gracia en las almas, que configuren en su vida los ejemplos y las enseñanzas de Nuestro Señor Jesucristo, Maestro, Sacerdote y Pastor que vino a ((servir y a dar su vida para redención del mundo x*.[1]

Es necesario, en verdad, entender al mundo, conocer y compartir sus

[1] *Marc.* 10, 45.

problemas, sus angustias, sus legítimas aspiraciones ; pero en el carácter sagrado del Ministro del Culto y del servicio divino, ha de conservar siempre su primacía la actitud sobrenatural que se alimenta con la meditación de la Palabra de Dios y con « el trato familiar y asiduo con el Padre por su Hijo Jesucristo en el Espíritu Santo ».[2] La participación consciente en el Misterio sacrificai y sacramentalmente santificador de la Iglesia, el testimonio de la unidad entre los hermanos que atrae a los hombres a Cristo, la adhesión a los propios Obispos, el espíritu de abnegación y de vida interior, serán la mejor garantía para que el entusiasmo vocacional conserve inalterado su vigor y para que la eficacia de penetración ministerial se vea copiosamente bendecida por Dios.

Con estos ardientes deseos que presentamos como súplica al Altísimo, por intercesión de Nuestra Señora de Guadalupe, Nos complacemos en otorgarte a Tí, querido Hijo, a Nuestros Venerables Hermanos en el Episcopado, a los Sacerdotes y Seminaristas de México, en particular a los Alumnos del nuevo Colegio, una efusiva Bendición Apostólica que de corazón extendemos a cuantos participan en la ceremonia de inauguración y al amadísimo México sobre el que invocamos la continua asistencia de los dones celestiales.

Del Vaticano, 12 de octubre de 1967.

PAULUS PP. VI

[2] Concilio Vaticano II, *Decreto sobre la Formación sacerdotal, n.* 8.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

Formula deinceps adhibenda in casibus in quibus iure praescribitur Professio Fidei, loco formulae Tridentinae et iuramenti antimodernistici.

PROFESSIO FIDEI

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula quas continentur in Symbolo fidei, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terras, visibilium omnium et invisibilium et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de oœlis, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, et homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est; et resurrexit tertia die secundum Scripturas, et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris, et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis; et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur qui locutus est per Prophetas; et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

Firmiter quoque amplector et retineo omnia et singula quae circa doctrinam de fide et moribus ab Ecclesia, sive solemni iudicio definita sive ordinario magisterio adserta ac declarata sunt, prout ab ipsa proponuntur, praesertim ea quae respiciunt mysterium sanctae Ecclesiae Christi, eiusque Sacramenta et Missae Sacrificium atque Primatum Romani Pontificis.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 25 Iulii 1967. — Titulari episcopali Ecclesiae Veliensi praefecit R. P. D. Petrum Santoro, archidioecesis Beneventanae, Rectorem Pont. Seminarii regionalis « a Pio XI », quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Alberti Carinci, Episcopi Boianensis-Campobassensis et Administratoris Apostolici Tridentini.

die 16 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tigualensi Exc. P. D. Aloisium Iosephum Willinger, hactenus Episcopum Montereyensem-Fresnensem.

— Cathedrali Ecclesiae Presnensi Exc. P. D. Timotheum Manning, hactenus Episcopum tit. Lesvitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Montereyensi in California, nuper erectae, Exc. P. D. Henricum Anselmum Clinch, hactenus Episcopum tit. Badiensem.

die 20 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Saskatoonensi R. D. Iacobum P. Mahoney, e dioecesi Saskatoonensi.

die 21 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Thisiduensi R. D. Ioannem Raphaelem Quinn, Seminarii Maioris Moderatorem dioeceseos Sancti Didaci, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Francisci I. Furey, Episcopi Sancti Didaci.

— Titulari episcopali Ecclesiae Simidiccensi R. P. D. Ioannem Carolum Reiss, curionem ad S. Franciscum Conf. in civitate Trentonensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Gulielmi Ahr, Episcopi Trentonensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thunusudensi R. P. D. Marcum Iosephum Hurley, ex archidioecesi Sancti Francisci in California, Antistitem Urbanum, quem constituit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Thomae McGucken, Archiepiscopi Sancti Francisci in California.

die 2Jf Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Blandanae R. P. D.

Antonium Zama, Canonicum Capituli metropolitani Neapolitani, Adsistentem alumnis Athenaei in Actionis Catholicae agminibus militantibus, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Conradi S. R. E. Card. Ursi, Archiepiscopi Neapolitani.

die 3 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Obbitanae Exc. P. D. Franciscum von Streng, hactenus Episcopum Basileensem.

— Cathedrali Ecclesiae S. Aloisii de Caceres R. P. D. Maximum Biennés, sodalem Tertii Ordinis S. Francisci.

die 10 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Goiasensi Exc. P. D. Thomam Balduino, hactenus Episcopum tit. Pacatensem et Coadiutorem c.i.s. Excmi P. D. Aloisii Antonii Palha Teixeira, Episcopi tit. Lundensis et Praelati Ssmae Conceptionis de Araguaya.

II

SANCTI IACOBI IN CHILE - RANCAGUENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Concrediti gregis commodo apprime studentes, Emus P. D. Radulfus S. R. E. Cardinalis Silva Henriquez, Archiepiscopus S. Iacobi in Chile, et Excmus P. D. Eduardus Larraín Cordóvez, Episcopus Rancaguensis, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut territorium paroeciarum vulgo *Navidad* et *Pirque* nuncupatarum a dioecesi Rancaguensi distraheretur et archidioecesi S. Iacobi in Chile adnecteretur, ita quidem ut ecclesiastici utriusque dioecesis fines cum civilibus confiniis convenirent.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Caroli Martini, Archiepiscopi titularis Abari tani, in Republica Chilensi Apostolici Nuntii, rata petitam immutationem aeternae Christifidelium saluti profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto a dioecesi Rancaguensi territorium praefatarum paroeciarum *Navidad* et *Pirque* distrahit illudque archidioecesi S. Iacobi in Chile perpetuo adnectit.

Quamobrem documenta et acta memoratarum paroeciarum clericos, fideles et bona temporalia respicientia a tabulario Curiae Rancaguensis ad archivum Curiae S. Iacobi in Chile, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet : simul ac praesens Consistoriale Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censentur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium legitime detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati manent vel incardinabuntur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P. D. Carolum Martini deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 15 mensis novembris anno 1967.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

III

TILARANENSIS - ALAIUELENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Spirituali Christifidelium bono sedulo prospicientes, Excmi PP. DD. Romanus Arrieta Villalobos, Episcopus Tilaranensis, et Henricus Bolaños Quesada, Episcopus titularis Andropolitanus, Administrator Apostolicus dioecesis Alaiuelensis, unanimi consensu, nuper ab Apostolica Sede expostulaverunt ut fines circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur aptiusque disponerentur.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Paulini Limongi, Archiepiscopi titularis Nicaeensis in Haemi-

monto, in Republica Costaricensi Apostolici Nuntii, rata huiusmodi petitionem in animarum utilitatem cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Consistoriali Decreto, a dioecesi Alaiuelensi distrahit civilem regionem vulgo *Cantón Esparta* nuncupatam et plagam civilis regionis cui nomen *Cantón Central Puntarenas,* ad meridiem fluminis *Jesus Maria* patentem, easque dioecesi Tilaranensi perpetuo adnectit, mutatis proinde utriusque dioecesis finibus.

Quamobrem documenta et acta memoratorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia respicientia a tabulario Curiae Alaiuelensis ad archivum Curiae Tilaranensis, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet : simul ac praesens Consistoriale Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censentur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium legitime detinent ; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati manent vel incardinabuntur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda eadem Sacra Congregatio Consistorialis praefatum Excmum P. D. Paulinum Limongi deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 16 mensis novembris anno 1967.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. *ÍB* s .

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

LUEBOËNSIS - LULUABURGENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem expostulatum sit ut integrum territorium Missionis vulgo Kabuluanda, in dioecesi Lueboënsi situm, archidioecesi Luluaburgensi adscribatur, necnon integrum territorium Missionis vulgo Ndekesha, in archidioecesi Luluaburgensi situm, dioecesi Lueboënsi adscribatur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exclmi ac Revmi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia et Apostolici in Congo Nuntii, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, re mature perpensa, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Consilium limites inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendandos statuit, ut territorium Missionis vulgo Kabuluanda, usque adhuc pertinens ad dioecesim Lueboënsem, ab ipsa separatur atque archidioecesi Luluaburgensi uniatur, necnon territorium Missionis vulgo Ndekesha, usque adhuc pertinens ad archidioecesim Luluaburgensem, ab ipsa separetur atque dioecesi Lueboënsi uniatur, ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 26 mensis septembris a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

II

NIANGARAENSIS - DORUMAENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem expostulatum sit ut integrum territorium Missionis vulgo Dungu, in Congo situm, dioecesi Dorumaënsi adscribatur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini

Propagando, accepto favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia et Apostolici in Congo Nuntii, consensu Ordinariorum quorum interest, sc. dioecesis Niangaraërisis et dioecesis Dorumaënsis, prae oculis habito, re mature perpensa, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re Consilium limites inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendandos statuit, ut territorium Missionis vulgo Dungu, usque adhuc pertinens ad dioecesim Niangaraènsem, ab ipsa separetur atque dioecesi Dorumaënsi uniatur, ut in posterum ad eam pertineat, atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 26 mensis septembris a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

93 Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

III

TRINGOMALIENSIS

(TR1NCOMALIENSIS-BATTICALOAËNSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioeceseos

Cum Excmus ac Revmus Dominus Ignatius Glennie, Episcopus Trincomaliensis, proposuisset ut praesens denominatio dioecesis Trincomaliensis ita permutaretur ut deinde *Trincomaliensis-Batticaloaënsis* nuncuparetur, Sacra haec Congregatio de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Excmi Domini Ignatii Glennie inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit et praesens in re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 23 mensis octobris a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

9* Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

IV

MOMBASAËNSIS - NAIROBIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius efficaciusque vita catholica et opus missionale in dioecesi Mombasaënsi et archidioecesi Nairobiensi disponeretur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, audito favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi titulo Tuscamiensis atque iam Apostolici in Kenya Pro-Nuntii, auditis quoque Excmis ac Revmis Dominis Eugenio Iosepho Butler, Episcopo Mombasaënsi, et Ioanne Iosepho McCarthy, Archiepiscopo Nairobiensi, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita limites statuendos esse censuit ut districtus civilis vulgo Taita totus adscribatur dioecesi Mombasaënsi, itaque fines ecclesiastici coincidant cum limitibus civilibus districtuum vulgo dictorum Machakos et Taita, atque praesens ad rem Decretum confici et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die vicesima quinta mensis octobris anno Domini 1967.

G. P. Card. **A**GAGIANIAN, *Praefectus*

L- © S.

* Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

V

MAHENGENSIS - PERAMIHOENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius efficaciusque vita catholica et opus missionale in dioecesi Mahengensi et Abbatia nullius dioeceseos Peramihoënsi disponeretur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, audito favorabili voto Exdmi ac Revmi Domini Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi titulo Tuscamiensis atque iam Apostolici in Africa Orientali Delegati, auditis quoque Excifais ac Revmis Dominis Elia Mchonde, Episcopo Mahengensi, et Hermanno Spiess, Episcopo titulo Cemerinianensi

atque Abbate Ordinario Peramihoënsi, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita limites statuendos esse censuit ut districtus civilis vulgo Ulanga totus adscribatur dioecesi Mahengensi, et ut districtus civiles vulgo Songea et Mbinga in posterum toti pertineant ad Abbatiam nullius dioeceseos Peramihoènsem, itaque fines ecclesiastici coincidant cum limitibus civilibus supradictis, atque praesens ad rem Decretum confici et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die vicesima quinta mensis octobris anno Domini 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

& Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

VI

NAIROBIENSIS - MERUENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius efficaciusque vita catholica et opus missionale in archidioecesi Nairobiensi et dioecesi Meruensi disponeretur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, audito favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi titulo Tuscamiensis atque iam Apostolici in Kenya Pro-Nuntü, auditis quoque Excmis ac Revmis Dominis Ioanne Iosepho McCarthy, Archiepiscopo Metropolita Nairobiensi, et Laurentio Bessone, Episcopo Meruensi, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita limites statuendos esse censuit ut districtus civilis vulgo Garissa totus adscribatur dictae dioecesi Meruensi, itaque fines ecclesiastici coincidant cum limitibus civilibus districtuum, atque praesens ad rem Decretum confici et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide¿ die vicesima quinta mensis octobris anno Domini 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

VII

MOMBASAËNSIS - MERUENSI S

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius efficaciusque vita catholica et opus missionale in dioecesi Mombasaënsi et in dioecesi Meruensi disponeretur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, audito favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi titulo Tuscamiensis atque iam Apostolici in Kenya Pro-Nuntii, auditis quoque Excimis ac Revmis Dominis Eugenio Iosepho Butler, Episcopo Mombasaënsi, et Laurentio Bessone, Episcopo Meruensi, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ita limites statuendos esse censuit ut districtus civilis vulgo Tana River totus adscribatur dioecesi Mombasaënsi, itaque fines ecclesiastici coincidant cum limitibus civilibus districtuum vulgo dictorum Garissa et Tana River, atque praesens ad rem Decretum confici et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die vicesima quinta mensis octobris anno Domini 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

ffi Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

VIII

MAHAGIENSIS

(MAHAGIENSIS - NIOKAËNSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioeceseos

Cum Excmus ac Revmus Dominus Thomas Kuba, Episcopus Mahagiensis, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde *Mahagiensis-NioJcaënsis* nuncuparetur, iuxta nomen civitatis vulgo Nioka, ubi sedes episcopalis nuper translata fuit, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, re mature perpensa auditoque favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archie-

piscopi titulo Laodicensis in Phrygia et Apostolici in Congo Nuntii, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratae! propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 30 mensis octobris a. D. 1967.

G. P. Card. **A**GAGIANIAN, *Praefectus*

L. ,© S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

Facultas philosophica Bracarae Augustae vigens prima Facultas constituitur Catholicae Studiorum Universitatis Lusitanae.

Lusitanorum nobilissima gens iugiter de sublimioribus ecclesiasticis studiis alendis fovendisque optime meruit, philosophicas theologicasque disciplinas in primis provehendo, in Studiorum Universitatibus praecipue Conimbricensi ac Eborensi, quarum Magistri Ecclesiae Patriaeque decus manent. Postquam autem, iniquis temporibus succedentibus, scientiae sacrae viva testimonia diu interrupta sunt, novae tandem condiciones Lusitanae Ecclesiae laetae affuerunt, quibus suffulti Episcopi Lusitani iam inde a Concilio Plenario a. D. MCMXXVI habito de Catholica Studiorum Universitate instauranda pluries decreverunt. Faustis nunc prostantibus adiunctis, cum Lusitana Natio cardo sit Fatimensis Iubilaei quem universa Ecclesia exsultanter celebrat ac « Annus fidei » a Summo Pontifice Paulo VI indictus per cunctum orbem agatur, tempus advenit quo commune propositum Cleri Populique Lusitani, praeeunte Conferentia Episcopali, civilibusque Magistratibus vehementer faventibus, ad effectum adducatur. Dum igitur mox aperiendae Catholicae Universitatis aedes centrales in urbe Ulyssiponensi sollerter adstruuntur ut lectissima magistrorum alumnorumque copia inibi quam

primum superiora studia inauguret, laudata Episcopalis Conferentia Lusitana, praeside Revmo Domino S. R. E. Cardinali D. Emmanuele Gonçalves Cerejeira, Ulyssiponensi Patriarcha, suppliciter postulavit ut Facultas Philosophica eiusdem Catholicae Universitatis in Bracarensi sede metropolitana iam omnibus pateat, quae, anno MCMXLVII ab hac Sacra Congregatione erecta atque Societatis Iesu magistris discipulisque reservata, laudem maximam nacta est inter rei philosophicae peritos omnesque Lusitaniae eruditos viros, quippe quae inclytas traditiones laboresque antiquae Eborensis Universitatis atque Collegii Artium Conimbricensis assumpserit pergenda ac perficienda. Cuius petitioni obsequens, idem Sacrum Dicasterium de tanto negotio certiorem diligentissime fecit Ssmum D. N. Paulum Div. Prov. Pp. VI, qui benigne annuere dignatus est. Quapropter Sacra haec Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, post perspecta peculiaria Statuta, potestate a Sanctitate Sua sibi specialiter facta, ad gloriam Dei O. M., ad sanctae Catholicae Ecclesiae decus ac incrementum, tamquam primum effectum *Catholicae Studiorum Universitatis Lusitanae* in perpetuum constituit *Facultatem Philosophiae* nunc Bracarae Augustae vigentem Archiepiscopo Bracarensi munifico Patrono seduloque moderantibus sodalibus Societatis Iesu, ita tamen ut ipsa statim efficientiam inchoet Catholicae Universitatis Lusitanae antequam ad centralem sedem Ulyssiponensem quam primum se extendat, ad perennem veritatem docendam quae omnium mentes evehere ad veram tutamque vitam, personae ac societatis, una valet. Agnitis iuribus honoribus privilegiis quae ad huiusmodi Facultates in universo catholico orbe de more pertinent, Sacra Congregatio insuper praecipit ut omnino fideliter compleantur tum peculiaria Facultatis tum generalia Catholicae Universitatis Lusitanae Statuta, praesertim de coetu curatorum ac de moderatoribus necnon de magistrorum et alumnorum officiis. Ceteris servatis de iure servandis ; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrarum S. R. E. Congregationum, d. XIII m. octobris a. D. MCMLXVII, exeunte anno quinquagesimo ab apparitione Beatissimae Mariae Virginis Fatimae in Portugallia.

ꝥB IOSEPHUS Card. PIZZARDO
Ep. tit. Alban., *Praefectus*

GABRIEL M. Card. GARRONE
Archiep. tit. Turrit. in Num., *Pro-Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Schroffer
Ep. Eystetten., *a Secretis*

i

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

NANCEIENSIS

Querelae nullitatis - Nullitatis matrimonii (Wender - Hadjidimos)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Georgii Hadjidimos, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram S. Romana Rota (Piazza delia Cancellería, 1 - Roma), in diem 31 ianuarii 1968, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate sententiae secundae instantiae diei ***24*** *februarii 1966;* et quatenus negative, *an constet de matrimonii nullitate in casu.*

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Georgii Hadjidimos, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Adamus Pucci, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 15 novembris a. 1967.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Georges Hadjidimos, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 31 janvier 1968, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Gonste-t-il de la nullité de la sentence en seconde istance prononcée en

date 24 février 1966; et dans la négative : *conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, le fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Georges Hadjidimos, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

LAUSANNENSIS - GENEVENSIS - FRIBURGENSIS

Nullitatis matrimonii (Charlet - Baerfuss)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Dionisii Baerfuss, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 16 ianuarii 1968, hora undecima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Dionisii Baerfuss, curare debent ut ipse de hac citatione edictali rite moneatur. *

Lucianus Anne, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 novembris a. 1967.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Denys Baerfuss, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 janvier 1968, à 11 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Denys Baerfuss, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 24 ottobre 1967, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza dell'Emo Signor Cardinale Benedetto Aloisi Masella, Ponente o Relatore della Causa della Serva di Dio Maria Rosa Molas y Vallvé, fondatrice della Congregazione delle Suore di N. S. della Consolazione, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, nella quale i Revmi Prelati Officiali e i Bevíñi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della predetta Serva di Dio.

Martedì, 7 novembre 1967, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Maria Teresa Ledóchowska, fondatrice del Pio Sodalizio di S. Pietro Claver per le Missioni Africane.

Gli stessi Signori Cardinali e Prelati Officiali hanno inoltre discusso sulla riassunzione della Causa di canonizzazione del Beato Ignazio da Santhià, Confessore, dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini ; ed hanno esaminato le relazioni dei censori teologi su gli scritti della Serva di Dio Giovanna Mance, fondatrice dell'Hôtel-Dieu di Montreal.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha nominato:

16 luglio 1967. S. E. Revma Monsig. Gordon Giovanni, Arcivescovo titolare di Nicopoli al Nesto, *Delegato Apostolico nell'Africa Meridionale.*

5 agosto » S. E. Revma Mons. Del Giudice Antonio, Arcivescovo titolare di Gerapoli di Siria, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana.*

» » » S. E. Re vàia Mons. Poggi Amelio, Arcivescovo titolare di Cercina, *Pro-Nunzio Apostolico in Uganda.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha nominato :

Assistenti al Soglio Pontificio :

31 maggio 1967. S. E. Revma Monsig. Alaupovic Marco, Arcivescovo di Sarajevo.

11 settembre » S. E. Revma Monsig. Ed Ryan Hugh, Vescovo di Towns ville.

An. et vol. LIX 28 Decembris 1967 N. 17

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Ad Sacram Catholicae Ecclesiae in Africa Hierarchiam et ad universos eiusdem terrae populos.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII

APOSTOLICAM BENEDICTIONEM ET PROSPERITATEM

1. AFRICAE TERRARUM quarundam memoria, quas Deo dante non multo ante visimus quam vicaria Christi in terris potestas Nobis permitteretur, grata laetaque etiamnunc in mente Nostra versatur. Tunc enim sensus vivissimi animum Nostrum permoverunt, cum oculis mirantibus paeneque obstupefactis subiit Africae recentioris imago, licuitque Nobis christianae vitae prima initia illis in terris ex propinquo cernere, tum cognoscendi studium, deinde voluntatem se se renovandi, postremo cupiditatem eos expediendi nodos, ex Civitatum recens adepta libertate natos. In primis vero ardens pietatis fervor ac vigor, quibus novae christianorum communitates inflammabantur, planum Nobis fecerunt, Africam Regno Dei iam patere.

Ab illis diebus voces gentium Africanarum, perinde atque verba, quae Sanctus Paulus per somnum audivit, cum in

Troade esset,[1] non intermittunt ita in animo Nostro personare: ***Venite, opem f erte, cum tempus instet} Nolite cunctari, quia iam sumus ad vos excipiendos parati.***[2]

2. Postquam vero ad Beati Petri Cathedram sumus evecti, inter ceteras apostolatus provincias, quas obtinemus, nunc maxime Africam quasi praecipuam quandam pastoralis ministerii Nostri partem ducimus; dumque ferventiores Deo preces adhibemus, diligentiores item sive ad rerum religiosarum, sive ad civilium processus, qui in ea continenti terra efficiuntur, mentem attendimus.

Hisce igitur animi sensibus permoti, eadem ex Cathedra, unde Decessor Noster imm. rec. Pius XII decem abhinc annos Encyclicas Litteras, a verbis ***Fidei donum*** incipientes,[3] edidit — quod sane documentum novas veluti vias monstravit, quibus Evangelium illi terrae inferretur — hunc qui sequitur nuntium ad Africam mittere optamus, quasi magni illius Pontificis sermonem apta continuatione producamus. Qua ratione cupimus, ut ad universos perveniat Afros testimonium paternae Nostrae caritatis certaeque Nostrae spei, flagrantium denique votorum, quae de futura religiosae civilisque vitae in eorum Nationibus prosperitate concipimus.

I

3, Sed Africam salutaturi, facere non possumus, quin de vetustis et ad gloriam insignibus christianis rebus, quae ibi sunt factae, recogitemus. Convolat scilicet cogitatio Nostra ad christianas in Africa Ecclesias, quarum origo a temporibus apostolicis ducitur, atque, prouti historia traditum est, nomine et doctrina Marci Evangelistae decoratur. Memoriam pariter repetimus innumerae sanctorum virorum, martyrum, confessorum virginumque multitudinis, ad easdem Ecclesias pertinentis. Re namque vera a II ad IV saeculum p. Ch. n. in aquiloniis Africae partibus christianorum vita multiplici operum genere enituit, quorum non pauci sive divinarum rerum

[1] Cfr. *Act.* 16, 9.

[2] Cfr. *Atti della III Settimana di Studi Missionari,* Milano 1962, pp. 2-12.

[3] Cfr. *A. A. S.* 49, 1957, pp. 225-250.

doctrina sive orationis colore longe inter aequales praestiterunt.

Continuo enim occurrunt magnorum doctorum scriptorumque nomina: hoc est Origenis, S. Athanasii, S. Cyrilli, scholae videlicet luminum, quae Alexandrina vocatur; in opposita autem superioris Africae ora, nomina eminent Tertulliani, S. Cypriani, in primis vero S. Augustini, qui sane christianae gentis clarissima lux est putandus. Commemorare etiam iuvat insignes sanctosque eremitas Paulum, Antonium, Pacomium, primos illius monasticae vitae conditores, quae subinde, eorum praelucente exemplo, per Orientis et Occidentis regiones propagata est. Inter ceteros demum silentio praeterire nolumus S. Frumentium, ***Abba Saloma*** appellatum, qui, episcopali dignitate a S. Athanasio auctus, Aethiopiae apostolus exstitit.

Porro tum clara virtute homines, tum praestantissimi sanctissimique Summi Pontifices, in Africa orti, id est Victor I, Melchiades et Gelasius I, communi veluti hereditate ab universa possidentur Ecclesia. Auctorum vero christianae Africae scripta maximi momenti nostra etiam aetate sunt, ut quis, sacris Litteris illustratus, rerum gestarum historiam pervestiget, atque cognoscat, quae ad hominum salutem attinent.

4. Attamen, dum veterum Africae christianae laudum redintegramus memoriam, eas impensa prosequi observantia placet Ecclesias, quibuscum haud plena utimur communione: Ecclesiam dicimus Graecam Alexandrini Patriarchatus, Ecclesiam Coptani Aegypti et Ecclesiam Aethiopicam. Ipsae enim communes cum catholica Ecclesia et originem et doctrinam et spiritualem disciplinam hereditarias habent a magnis Patribus sanctisque viris, qui non modo ad earum regiones, sed ad universam etiam Ecclesiam antiquam pertinent. Huc accedit quod tot egregia opera patraverunt durasque acerbitates perpessae sunt, ne umquam per varietatem temporum christianum nomen in Africa restingueretur.

Cum autem inter Oecumenicum Concilium Vaticanum II fraternae cum earundem Patriarchis rationes sint instauratae, votis precibusque susceptis Nos diem festinamus, quo

Ecclesiae illae cum catholica coniungantur, idque vehementer optamus, ut cum istae tum haec iam nunc incipiant melius inter se cognoscere et intellegere. Hoc enim si primum ponatur, necesse est animorum coniunctio sequatur.

5. Honorifieis praeterea verbis omnes homines prosequi cupimus, qui Mahumedanam doctrinam profitentur Africamque incolunt. Quod enim ipsis quaedam cum christiana religione communia sunt, bona inde Nobis spes affertur, ut utrimque fructuosum colloquium seramus. Expetimus interea, ut etiam in vita sociali, in qua una degant unaque operentur Mahumedani et christiani homines, non tantum inter se vereantur, sed etiam operam simul iunctim conferant ad praecipua hominum iura agnoscenda atque servanda.

6. Novas denique Africae res publicas comiter compellamus; quae, quamvis recens constitutae sint, tamen in Summis Consiliis, ex omni Civitate coactis, cum vetustissimis orbis terrarum nationibus consederunt, ut cum iisdem ad pacem populorum tuendam firmandamque operam socient.

Veruntamen in iis rerum adiunctis nunc Africa tota versatur, quae multum prudentiae et cautionis habeant. Nam primo tempore elapso, in quo recentiores nationes libertatem sunt adeptae, aetatem eaedem nunc ingressae sunt, qua res suas et componere et firmare nitantur.

Quod fere ubique, publica disciplina et pace integris, nationes illae suis legibus et iudiciis uti coeperunt, id revera eiusmodi est, ut simul moderatoribus civibusque honori vertatur, qui ad ipsum efficiendum contulerint, simul iubeat bona in posterum sperare. Quod sicubi vero — pro dolor! — publicarum rerum status ad optatam firmitatem nondum pervenit, sed vis praeponderavit ac praeponderat, iustum idcirco omnino non est, vel cunctum quendam populum, vel cunctam quandam nationem, vel — quod peius est — cunctam continentem terram una eademque obstringere criminatione.

II

7. Qui semper laetati sumus in investigationibus ac studiis de Africa florentibus, magnam nunc ex hoc voluptatem capimus, quod Africae res sive gestas, sive traditas videmus

latius latiusque cognosci et vulgari. Id enim, dum recta ratione fiat et ex veritate manet, non potest quin ad hoc viam sternat, ut et praeteritus et praesens Africae status melius intellegatur diligentiusque expendatur.

Ita, ut exemplum supponamus, recentissima veterum Africae gentium indagatio, licet in litteratis monumentis non consistat, multiplex tamen animo occurrit, et propriis utique notis instructa, et usibus ad provinciam rerum sive religiosarum, sive socialium attinentibus; quae omnia peritissimi viri per partes utiliter scrutantur et penitus introspiciunt. Ex quo fit, ut sat multi mores vel ritus, qui olim tantummodo insolentes et rudes visi sint, hac nostra aetate, moribus gentium accuratius investigatis, in nervis inhaerere putentur peculiarium disciplinarum socialium, quas discere et observare aequum sit.

Quas ob causas opportunum Nobis videtur nonnullas rerum notitias generatim percensere, veterum cultiorumque Africae populorum proprias, utpote quarum moralis et religiosa vis haud parum considerationis, Nostra quidem sententia, postulet.

8. Omnibus traditis Africae memoriis, firmi instar fundamenti, semper spiritualis vitae sensus subest. Qui sensus non eum quidem capit intellectum, quem ***animisticum*** docti viri vocabant, in religionum historia superiore saeculo exeunte tale verbum usurpantes; sed alium, altiorem videlicet, latiorem communioremque, ex quo cuncta creata ipsaque aspectabilis natura cum universitate rerum invisibilium et spiritualium coniuncta putantur. Quod ad hominem proprie pertinet, is neque ut mera materia neque terrestris huius vitae terminis circumscriptus existimatur, sed in eo aliud quiddam spirituale et efficax inesse conceditur, ita ut mortalis eius vita semper cum vita, quae post mortem incipit, conexa censeatur.

Huiusce autem spiritualis sensus gravissima communisque pars est notio Dei, quippe qui tamquam prima et ultima rerum omnium causa habeatur. Talis sane notio, quae verius percepta quam descripte excussa, veriusque in vitae usum traducta quam cogitatione comprehensa putanda est, aliis longe aliter humanae culturae formis exprimitur. Re enim

vera praesens Dei sensus, ut entis superni, personalis, mystici, Afrorum mores penitus imbuit.

Deum igitur ab iis adiri videmus in rerum adiunctis nunc sollemnibus nunc gravissimis, in quibus nimirum ad alium deprecatorem confugere inane opinentur; eundemque praeterea, omni divinae potentiae abiecto timore, Patrem plerumque invocari. Quae vero preces ei vel singulatim vel communiter adhibentur, ingenuae eae sunt animumque audientium nonnumquam permovent; inter sacra autem, ab ipsis factitata, primitiarum sacrificium sua munditia atque significatione praestat.

9. Ex traditis Africae memoriis id etiam efficitur, omnibus illis gentibus proprium et commune esse humanam dignitatem observare.

Fatendum quidem est in Africa consecuta esse errata factosque etiam ritus, quae cum dignitatis humanae observantia pugnare viderentur; sed de erratis agitur, quibus eorum auctores ipsi laboraverunt quaeque summi Dei beneficio, sicut de servitute contigit, vel iam interierunt vel mox interibunt.

Haec, de qua dicimus, hominis observantia colligitur ex rationibus, licet non uno tenore ordinatis, quibus vel pueri instituuntur, vel homines in societatem cooptantur, vel vitam socialem et publicam cum ceteris communicant iuxta traditam disciplinam cuiusvis gentis propriam.

10. Accedit quod ex traditis Africae memoriis peculiaris hisce gentibus sensus familiae est. Ad hoc quod attinet, illud Nostra magni interest, ut illustremus quanta vis virtusque moralis et religiosa insit in amore erga familiam. Hic enim praeclare etiam maiorum veneratione declaratur, quam in multis iisque vulgatissimis religionis caerimoniis testatam videmus.

Unde haud obscure cogitur familiam omnibus Afris reapse sedem esse, ubi homo nascitur et operatur; ubi praesidium et incolumitatem, quae ei opus sunt, invenit; ubi denique tutam et continuam cum maioribus suis coniunctionem nanciscitur, post mortem superstitibus.

11. In familiae autem finibus, insignis singularisque est muneris et auctoritatis patrisfamilias observantia. Id enim officii, etsi dissimile et aliud aliis in continentis terrae regio-

nibus exsistit et apparet, ita tamen vulgatum inveteratumque est, ut iure merito veluti proprium et commune indicium traditarum Africae memoriarum existimetur.

Patria potestas in ipsis societatibus prorsus servatur, in quas matres dominantur, ubi, etiamsi et bonorum possessiones et socialis liberorum condicio in finibus gentis maternae regantur, moralis tamen patris auctoritas in domestica ordinatione nequaquam minuitur.

Eadem de causa fit etiam, ut, in quibusdam Africae coetibus, patrifamilias certum quoddam sacerdotis munus concedatur, propter quod, dum religionis caerimonias vetere more inductas peragit, non modo inter familiam suam et maiores, sed etiam inter familiam suam et Deum se medium gerit.

12. Quod ad consortionis autem vitam attinet, uti ex Africae historia colligitur, ipsa imaginem familiae reddit et auget. Quo in loco facile perspicimus cum inter propinquos, tum in re publica socialis vitae communionem pro officio itemque pro iure cuiusque hominis duci. Sed huius iuris functionem nemo consequi potest, nisi se ad eam comparat certis factis initiamentis, quae eo spectant, ut iuvenum ingenium effingant eosque ad traditos mores consuetudinesque suae societatis instituant.

13. Nostris vero diebus ea Africam pervasit alacritas progrediendi, quae ad nova vitae genera amplectenda, vel a doctis viris vel a technicis inducta, alliciat. Iamvero hoc progrediendi studium nullo modo cum praecipuis momentis traditorum institutorum ad mores religionemve spectantium, quae supra breviter commemoravimus, pugnat. Dixeris enim, ea rerum momenta ad ipsam legem naturae, in omnium animis insitam, aliquatenus pertinere, qua certe quovis tempore omnium hominum ordinata societas continetur.

Hanc ob causam aequum esse opinamur, non solum bona eiusmodi quasi traditam a superioribus aetatibus hereditatem observari et coli, sed eorum etiam sive vim sive significationem redintegrari. Attamen ex iis, quae civilis cultus hac aetate proponit, oportet interdum ut populi ***probe eligant: coarguant et abiciant falsa bona, quibus optima forma vitae humanae diminuitur, accipiant vero munera egregia et utilia,***

quae una cum rebus praeclaris sibi propriis secundum indolem suam provehere studeant/ Itaque novae huius vitae formae ex bonis sive praeteriti sive volventis temporis manabunt, atque adulescenti hominum stirpi tamquam validum et praesens patrimonium exsistent.

14. Catholica Ecclesia moralia atque religiosa momenta, veterum Africae memoriarum propria, plurimum observat, non modo ob eorundem significationem, sed eam etiam ob causam, quod ea instar providi et peropportuni fundamenti censet, cui sacri Evangelii superfundatur nuntiatio novaque societas, quae Christo innititur, superimponatur, quemadmodum Nosmetipsi explicavimus, cum in sanctorum caelitum numerum Martyres Ugandenses ascripsimus, primos nempe christianae sanctitatis flores in Africa recentiore, e vivo eius historiae veluti caudice natos.[5]

Cum enim Christi doctrina et redemptio omnia compleat, renovet et perficiat bona, in traditis hominum moribus insita, Africanus idcirco homo, dum christianis sacris initiatur, non cogitur quidem semetipsum repudiare, sed veteres suae gentis virtutes ***in spiritu et veritate***[6] resumit.

III

15. Haec autem tam laudanda ac praestabilis ratio bonorum moralium et religiosorum Africanae vitae consuetudinis, a maioribus acceptae, nihil sane impedit, quominus incommodam etiam minusque probandam rerum condicionem inspiciamus, quam nunc Africa praefert, quaeque animum Nostrum vehementi dolore et sollicitudine afficit. Loquimur scilicet de turbis et caedibus, quibus variae Africae regiones sunt commotae et adhuc commoventur, et e quibus aerumnae et miseriae, maxime inter gentes inermes, operibus suis quiete vacantes, oriuntur. Quid **vero** dicamus, cum, ut pro! factum **est, vis** eo **pervenerit,** ut **paene** totius **cuiusdam gentis excidium aequet** et **intra** unius **eiusdemque** Civitatis **fines** diversas **hominum Stirpes**

[4] Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 41: *A. A. S.* 59, 1967, p. 278.
[5] Cfr. *A. A. S.* 56, 1964, pp. 907 s.
[6] *Io.* 4, 24.

inter se confligere iubeat? Neque oblitterare possumus offensiones, cruciatus, mortes, quae passi sunt etiam Episcopi, sacerdotes, religiosi viri et virgines Deo devotae, laici sive catholici sive incatholici, sive Africani sive non Africani, quorum labores alio non pertinebant nisi ad spiritualem utilitatem autochthonum populorum.

Christianorum igitur communitates subito desertae sunt ab aliisque seiunctae, eo quod sacerdotes exsilio erant multati, atque adeo in rerum condicione versantur, quae angoris non modici causa est.

Attamen, his perturbationibus neglectis, spes bona praeponderat. Eidentiore propterea animo preces admovemus Deo, Patri nostro, ut iniuste necatis requiem concedat, ignoscat noxiis, omnibus ingerat fastidium violentiae et belli, desiderium pacis confirmet, Moderatorum mentes componat ad legitima populorum optata perspicienda.

16. Quae commoda e libertatis pronuntiatione sunt capta, ea legum latione recte temperata earumque tranquilla exsecutione corroborentur oportet. Non solum ergo necesse est appetionem inferendi vim abicere, sed etiam malum potestatis usum vitare atque repellere.[7]

Pacificus vitae cursus atque institutorum stabilitas, hac aetate, in qua novae Africae Civitates versantur, causae prorsus necessariae sunt putandae profectus, cum id efficiant, ut universi cives sollertes ac navi fiant consortes novae societatis constituendae sive in publicis institutis, sive in consociationibus inceptis ve privatis.

Haec vero ratio vitae communitatis participandae in praesenti propositis socialibus recte digestis magis amplificatur, quibus considerandis atque efficiendis nunc deditae sunt laudabili nisu Auctoritates Africanae. Tali quidem modo, dum res socialis et oeconomica progreditur, priscis et angustis finibus tribuum posthabitis, omnes homines ad civilem illam cogitandi rationem informantur, qua bonum commune privato et illiberali studio antefertur; dummodo tamen in mutua Civitatum necessitudine pax summo servetur studio, quae sane primaria cuiusvis profectus condicio est.

[7] Litt. Encycl. *Populorum progressio,* nn. 30-32: *A. A. S.* 59. 1967, pp. 272 ss.

17. Inter impedimenta, quae plenum recentiorum Africae nationum progressum magis arduum efficere possunt, recensendum etiam est iniquum stirpium discrimen, cuius, pro dolor! significationes, graves ac diversae inter se, in Africa quoque praebentur.

Hoc autem stirpis studium, quemadmodum expressis verbis et iterato, quoad varias suas rationes, ab Oecumenico Concilio Vaticano II est improbatum, utpote cum dignitatem hominis laedat, ***a Christi mente alienum*** sit[8] et ***Dei proposito contrarium/*** ita a Nobismetipsis reprehensum est in Litteris Encyclicis, quibus index ***Populorum progressio,*** quippe quod obstet et impediat, ***quominus humana societas ... aequior efficiatur, eademque firmius pleniusque in mutua universorum hominum necessitudine consistat.***[10] Neque ab re est memorare Episcopos catholicos, etiam recenti aetate, non omisisse quominus, gravibus verbis usi, ubi opus esset, de tuendis iuribus violatis monerent.

Ut notum est, aequalitas inter universos homines in communi origine innititur et in communi fine, ad quem contendunt omnes qui sunt humanae familiae participes: ***Cum omnes homines, anima rationali pollentes et ad imaginem Dei creati, eandem naturam eandemque originem habeant, cumque, a Christo redempti, eadem vocatione et destinatione fruantur, fundamentalis aequalitas inter omnes magis magisque agnoscenda est.***[11] Quod idem exposcit, ut in civili hominum societate primaria cuiusvis iura cotidie magis perspicue agnoscantur. Ex quo consequitur, ut non modo discrimina et munera singulorum propria non auferantur, sed potius teneantur et inter se congruenter componantur. Quapropter legitime homines expetunt, ut iis iuribus frui possint, quae ex sua ipsorum humana dignitate proficiscantur.

18. Oportet magni quidem aestimentur ea, quae amplae communitates, ab aliis continentibus terris profectae, praesertim efïecerint in quibusdam Africae regionibus, quas multum

[8] CONC. VAT. II, Decl. *Nostra aetate,* n. 5: *A. A. S.* 58, 1966, p. 744. Cfr. etiam Decr. *Ad gentes divinitus,* n. 15: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 968-65.

[9] CONC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 29 : *A. A. S.* 58, 1966, p. 1049.

[10] N. 62: *A. A. S.* 59, 1967, p. 287; cfr. ibid. n. 63, p. 288.

[11] CONC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 29 : *A. A. S.* 58, 1966, pp. 1048-1049.

iam tempus tamquam suam patriam censent. Nam earum opera laetos fructus protulerunt; earum studium et exquisita, qua erant ornatae, doctrina magnas congesserunt divitias et proventuum paraverunt subsidia, unde non paucae utilitates perceptae sunt etiam a gentibus autochthonum. Est tamen fatendum ad hoc opus exsequendum totum populum, diversa quidem ratione, contulisse; qui iure merito poscit, ut ad publicam rem accedat, ut nationis reditus ad iustitiae praecepta distribuantur, ut denique ea agnoscantur iura primaria, quae ordinationibus respuantur, in re oeconomica, sociali, civili et psychologica repagula quaedam consulto servantibus.

Augescentes nunc opes ibidem — ceterum ut ubique terrarum — effecerunt, ut gentes diversae artiore in dies nexu eoque necessario inter se coniungerentur, quasi ostenderent alias aliis ad proficiendum indigere. Haec communis ac sociae operae necessitas aperte monet, ut mutui timoris veluti umbra dispellatur atque via ineatur ad immutandas, sine detrimentosis rei publicae turbinibus, condiciones, quae haud parum iniustitiae, oppressionis, violationis dignitatis humanae secum ferant, et praepediant, ne homines liberalitatis officiis devinciantur volentesque mutuam suam operam ad bonum commune provehendum conferant.

19. Eiusmodi vero rerum status christianos impellit, ut de amore recogitent, quo alios homines prosequantur oportet, Christi verba illa meditantes: ***omnes enim vos fratres estis.***[12] Germanus enim rei christianae et in singulis et in societate profectus cum alacriore in dies exercitatione amoris erga proximos una simul procedit, qui christiano cuilibet imperat, ut in rebus, in moribus et in doctrinis fratrum progressiones, prout fieri possit, incitet.

Quod iter non est sane expeditum, cum plurima exstent impedimenta; sed non licet animum demittere, quo ad celsa quaeque assequenda est opus. Ad hoc quod attinet, arbitramur, omnes utilitatem capere posse, si evangelicum mutuae caritatis nuntium in animis volverint, id agentes, ut, diffi-

[12] *Mt.* 23, 8.

dentia ac timore abiectis, alii alios necessitudine attingant et inter se colloquia serant, utque fundamentum solidum et stabile iaciant, quo futura suae patriae fortuna nitatur.

IV

20. Pleraeque Africae Civitates, ad progressionem quod spectat, gravibus difficultatibus laborant. Equidem universos homines haud ita pridem compellavimus, ut integra personae humanae perfectio ab omnibus agnosceretur tamquam quaestio sine cunctatione dissolvenda, quae cunctos maneret populos. In multiplici operum inceptorumque compositione, quam res requirit, magnae sane partes Africae erunt tribuendae. Subsidia necessaria sunt, ut capta progressionis promovendae consilia perficiantur; necessarii sunt homines, qui variarum artium peritia excellant.

Qua super re duae nominatim quaestiones Nobis occurrunt, quippe quae in praesentibus Africae rerum adiunctis summi videantur esse ponderis. Quarum altera in eo vertitur, ut omni studio litterarum ignoratio oppugnetur et pergant nisus ad institutionem, scholis multiplicatis, latius latiusque vulgandam. Eadem enim Nostra compellatione monuimus ***primam institutionem, qua litterarum tradantur initia, praecipue ab iis affectari, qui de progressione ineunt consilia. Illa enim veluti fames qua eruditio esuritur, non minus acerba est quam cibi desiderium***,[13] Idque praeterea opus erit, ut quae disciplinae in scholis doceantur, veris Africae necessitatibus, huiusce aetatis propriis, aptius respondeant. Eapropter debitum obtineant locum praecepta ad artes professionesque spectantia, ratione praesertim habita utilitatum vitae rusticanae, in qua maximum inest momentum.

Altem vero quaestio respicit condicionem agriculturae, quae saepe modis et rationibus utitur, iam non cum praesenti rerum statu congruentibus. Ad hanc quaestionem quod attinet, summopere cupimus, ut ea quam primum dissolvatur ad opportunas eas normas, quas antea Decessor Noster fel. rec.

[13] Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 35: *A. A. S.* 59, 1967, p. 274.

Ioannes XXIII tradidit in Encyclicis Litteris, quibus ***Mater et Magistra*** initium,[14] quasque postea Nosmetipsi, non uno tempore, et iteravimus et scribendo amplificavimus.[15]

21. Rerum oeconomicarum in Africa condicio non eo tantum mutavisse putanda est, quod novae Civitates iam suis iuribus uti coeperunt. Ex contrario adepta ab ipsis libertas illarum rationes cum nationibus in re oeconomica prosperioribus quandoque difficiliores effecit; timor enim incessit animos, ne sibi parta libertas et suis legibus vivendi potestas delatis pecuniariis subsidiis et technicorum adiumentis imminuerentur. Nam nationes Africanae, non secus atque aliae Civitates in iisdem condicionibus versantes, suas necessitates non ignorant, sed iure meritoque suae etiam libertatis retinen tissimae sunt.

Ad has autem suspiciones et causas, e quibus oriuntur, vincendas, novae coloniarum dicionis nomine appellatas, petivimus ut universale quoddam aerarium constitueretur, quo sociata omnium populorum opera et significaretur et ad effectum adduceretur.[16]

Populorum dignitas, quibus subsidia mittuntur, plane servetur oportet. Hi enim, quemadmodum Decessor Noster f. r. Ioannes XXIII affirmavit, ***in hoc rei oeconomicae et socialis progressu, sive praecipuas partes sibi tribuendas esse sentiant, sive in se huius efficiendae rei onus potissimum recidere.***[17] Nos autem de iisdem diximus, eos ***suae cuiusque fortunae auctores ipsos fieri.***[18]

Quodsi aeque huiusmodi voluntas sive suae dignitatis vindicandae, sive suas partes in se recipiendi servetur, sponte consequetur, ut hi populi non solum se gratos ostendant et amici tias renovent, sed praesertim acceptis subsidiis apte utantur ex iisque uberem fructum capiant.

22. Bona spe ducimur fore, ut futura tempora recte composita in Africa agantur, si simul consuetudines antiquitus

[14] Cfr. *A. A. 8.* 53, 1961, pp. 431-451.
[15] Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 29 : *A. A. 8.* 59, 1967, p. 272.
[16] Cfr. ibid., nn. 51-54: *A. A. 8.* 59, 1967, pp. 282-284.
[17] Litt. Encycl. *Pacem in terris: A. A. 8.* 55, 1963, pp. 289 s.
[18] Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 65 : *A. A. 8.* 59, 1967, p. 2S9.

inductas retinuerit, simul novum vigorem ex usu christianae religionis et hodierni cultus humani ceperit. Potissimum confidimus, christianos homines, hoc nomine dignos, modo sint conscii quo honore humanum opus fruatur, quidque bonum omnium commune postulet, praestantissime esse collaturos ad civilem suarum Civitatum statum confirmandum.

Hac de causa volumus cunctis filiis Africanae terrae et omnibus, qui bona praediti voluntate, ibi degunt et operantur, salutem dicere, adhibere hortamenta, eorum erigere animos.

V

23. Imprimis autem ad vos, Venerabiles Fratres, et ad proximos operae vestrae socios, ad sacerdotes, ad religiosos, ad sacras virgines Deo devotas, ad viros feminasque auxiliatores e laicorum ordine Nos convertimus. Vos namque, sacri Praesules, obitis ***communitatis ministerium,... loco Dei praesidentes gregi, cuius estis pastores, ut doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes, gubernationis ministri***[19] Ecclesiae. Vestrum igitur est curare, ut inter se christiana res ac veteres Africae consuetudines impense efficienterque occurrant atque adiuvent.

Re enim vera profectus Ecclesiae in Africa magni solacii materiam praebet, cum Ecclesia fere ubique Hierarchiam locorum propriam habeat constitutam. Non enim exspectavit incepta populi autochthonis fautorum, ut Africanos homines ad graviora munera sacerdotii et episcopatus eveheret; sed id iam fecerat, sapientibus ducta normis, praesertim a proximis Decessoribus Nostris editis.

Quodsi hinc animo gratissimo fateri debemus, priores Evangelii praecones eximios suscepisse labores, ut semen spargerent Regni Dei, illinc recognoscamus oportet, terram Africanam ad semen idem accipiendum ad fructusque fundendos idoneam fuisse.

24. Missionalibus praeteritorum temporum id interdum tribuitur, quod bona primaria et germana, quae in moribus ac traditionibus antiquis inessent, non satis intellexerit. Ad hoc quod attinet, aperte confitendum est, missionales, quamvis rationibus altioribus ducerentur et ex iis vim haurirent in

[19] CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 20: *A, A. 8.* 57, 1965, pp. 23-24.

opere suo magnanimo et praestantissimo perpetrando, tamen non potuisse quin sentiendi modum, sua aetate vigentem, aliquatenus imbibèrent. Nam si anteactis temporibus illis non semper copia data est perspiciendi sensum morum et historiae, litteris non consignatae, gentium, quibus Evangelium annuntiarent, merito tamen multorum ex iis factum est, ut primum scholaris institutio initium caperet, ut primum corporum valetudini disposite consuleretur, ut primum necessitudines cum ceteris partibus hominum familiae coniungerentur, ut primum iura personae humanae defenderentur, ut eae disciplinae inchoarentur et excolerentur, quae hodie ad communem cultum ingenii pertinere putantur. Alii iique multi laudem etiam sibi pepererunt, quod doctrinas anthropologicas studiis novis exquisitisque magnumque habentibus momentum provexerunt. In primis vero concedatur oportet, actionem missionalium semper alienam fuisse a quaestus cupidine, caritate vero evangelica ali tam, cum numquam sibi pepercerint, ut prolixe Africanis auxilium ferrent ad implicatas ipsorum regionum quaestiones humanas et sociales dissolvendas.

Quemadmodum supra diximus, missionales in Africa hac una de causa sunt commorati, ut scilicet nuntium pacis et Redemptionis cum Africanis communicare possent, Ecclesiae a Divino eius Auctore creditum. Huius amore incensi, illi patriam et familiam reliquerunt ac permulti in Africae bonum vitam profuderunt.

Eorum profecto laborum eorumque coeptorum vos, Venerabiles Fratres, impigri estis heredes maxime conscii atque pergrati.

25. Sed si multa sunt perfecta, multa tamen supersunt facienda. Non solum enim perseverare oportet et inchoata opera ad exitum perducere — quae quidem progressione mirabili augentur et amplificantur — sed etiam gentibus opem ferre, quae etiamnum nuntium Christi exspectant et cognoscere petunt. Profecto in haec ipsa tempora nostra cadunt Salvatoris verba: ***Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.***[20]

[20] *Mt.* 9, S7-38.

Peculiari modo hortamur vos, Venerabiles Fratres, qui Africae Ecclesiis praeestis, ut, dum in pastoralem christianarum communitatum curam incumbitis, nihil missum faciatis, ut Christus etiam ab iis plurimis, qui adhuc illum ignorant, cognoscatur.[21]

Ac dum operam datis, ut in vestris communitatibus magis magisque eorum numerus augeatur, qui sacerdotalem et religiosam vitam amplectantur, simul hoc etiam efficiendum curate, ut eorundem educatio, in pietatis studio firmiter innixa, vere apostolica alacrisque evadat. Eodem tempore cura vestra versetur in laicis hominibus ad apostolatum informandis secundum eiusdem Concilii Oecumenici sapientissima praescripta.[22]

26. Ad Nostros quoque vestrosque in Episcopatu Fratres, qui antiquioribus ac florentioribus Ecclesiis ceterarum continentium terrarum sunt praepositi, hortamenta Nostra pertinere cupimus, ut vos generoso animo iuvare pergant. Quas invitationes haec Apostolica Sedes adhibuit, praesertim per Encyclicas Litteras *Fidei* ***donum,***[23] ut sacerdotes, religiosi laicique homines se paratos praeberent ad sociam praestandam operam novellis Africae Ecclesiis, easdem Nos vehementiore sollicitudine commoti renovamus. Non enim putandum est, sive coepta iam opera, sive commoda, quae progressus rei technicae induxit, sacrarum Missionum difficultates prorsus abstulisse. Nam missionales, cum tot ardua et aspera perpeti debeant, ope nostra ac benevola laboris sui aestimatione adhuc indigent. Africae Ecclesiae perpetuo liberalique christianorum omnium auxilio adhuc opus habent.

27. Africae condiciones, quae hodie sunt, postulant ut virium omnium conspiratio late foveatur. Prorsus necesse est, ut singulorum nisus inter se apte cohaereant. Quare ordinatio Missionalium Institutorum, quae de Evangelii in Africa propagatione optime merita sunt, adhuc censenda est ratio omnium efficacissima; quamvis agendi rationes hucusque adhi-

[21] Cfr. CONC. VAT. II, Decr. *Ad gentes divinitus,* n. 20: *A. A. S.* 58, 1966, p. 970.
[22] Cfr. ibid., n. 21: *A. A. S.* 58, 1966, p. 972.
[23] Cfr. *A. A. S.* 49, 1957, pp. 238-246.

bitae renovandae ac recognoscendae sint, ut eae accommodentur mutatis rerum adiunctis, quae in sacram Hierarchiam et in humanum cultum antiquorum territoriorum sunt inductae. Itaque incepta singularum Ecclesiarum, quae, adiutricis ferendae operae causa, intra fines alicuius paroeciae vel dioecesis ineuntur, — cuiusmodi est cura ultro suscepta de peculiari quadam statione missionali — loci Episcopo parere debent atque, si opus sit, inniti Institutis Missionalibus, ut apostolici laboris aptae conexioni et perpetuitati prospiciatur.

Non sine magno animi solacio compertum habemus, alienígenas sacerdotes Africae Episcopis operam praestare, eosdemque una cum loci sacerdotibus in pastorale opus incumbere. Eos hortamur, ut apostolico muneri sibi demandato generose se devoveant atque, ad novum rerum politicarum et socialium cursum ultro se accommodantes, ministerii sui regionem pro altera patria habeant. Africanis vero sacerdotibus verba commemoramus, quibus Concilium Oecumenicum eos monet, ut seipsos ceterosque fratres sacerdotii participes considerent tamquam ***unum... presbyterium***[2*] seu corpus sacerdotum, qui, mutua ducti aestimatione, alacriter una simul adlaborent ad Dei populum in unum congregandum.

Probamus praeterea atque opportunam arbitramur sociam plurium Institutorum operam, quae in eodem territorio sunt constituta.

Navitas quoque auxiliatorum laicorum, qui ibidem artem profitentur suam, providus quidam ferendi auxilii modus esse videtur, eademque plenam suam efficacitatem attingit, si sub Episcopi moderamine apte ordinata exerceatur.

28. Optamus praeterea, ut vos, Venerabiles Fratres, vosque maxime catholicis communitatibus ritus orientalis Praepositi, concordiam utilitatis plenam sociamque operam promovere studeatis cum ceteris christianorum communitatibus, ea incepta suscipiendo, quae rerum adiuncta suadeant quaeque in vestra sint potestate : idque ***ut scandalum divisionis pro posse tollatur.***[25] Qua de re laetamur, praescriptis Concilii Oecumenici Vaticani II servatis, conventus precandi, investigandi et

[21] CONC. VAT. II, Decr. *Ad gentes divinitus,* n. 20: *A. A. 8.* 58, 1966, p. 971.
[25] Cfr. ibid., n. 29: *A. A. S.* 58, 1966, p. 980; cfr. etiam n. 15, p. 963.

agendi causa alicubi habitos esse, atque certos modos coniunctim statutos esse, quibus una simul verbo Dei in vernáculos sermones vertendo atque disseminando opera daretur.

Eadem fere vobis commendamus, quod attinet ad fovendas rationes cum aliarum religionum asseclis cumque omnibus bonae voluntatis hominibus, hanc praesertim ob causam, ut civilis prosperitas ac sociale bonum populorum provehantur, invicem variorum traditorum morum servata reverentia.

VI

29. Cum Concilium Oecumenicum Vaticanum II concluderetur, Patres Conciliares una Nobiscum ad praesentis aetatis homines, atque in primis ad supremos Civitatum Moderatores peculiarem nuntium miserunt. Cuius quidem opportunum ducimus geminos afferre locos, qui sequuntur: ***Aperte profitemur, nos auctoritatem vestram vestrumque imperium in honore habere; observantia prosequi vestrum munus; vestras iustas leges agnoscere; earundem cum auctores, tum exsecutores magni aestimare. At sacrosanctum verbum vobis proferre debemus: scilicet unum Deum magnum esse; unum Deum rerum omnium principium esse, eundemque finem; Deum auctoritatis vestrae primam originem esse vestrarumque legum fundamentum.***

Ecclesia a vobis ***postulat libertatem profitendi praedicandique suam fidem, libertatem amandi Deum suum eique serviendi, libertatem vivendi et suum vitae nuntium hominibus afferendi. Nihil vobis ab Ecclesia timendum est; eadem imaginem refert Magistri sui, cuius arcana actio nihil detrahit iuribus praecipuis vestris, immo a nativa fragilitate tuetur quidquid humanum est, illud ad altiorem dignitatem evehit, ac spe, veritate, pulchritudine perfundit.*** [26]

30. Nunc autem, supremi Africae Civitatum Moderatores, vestrum est firmitatem tribuere institutis, quae in vestris nationibus post civilem adeptam libertatem orta sunt. Ad vos pertinet renovare ad nostraeque aetatis rationes accommodare quaecumque bona veteres Africani mores tradiderunt. Per vos

[26] Cfr. *A. A. S.* 58, 1966, pp. 10-11.

stat, ut leges, quibus in praesens Africae vita moderanda est, condantur, perficiantur, ad effectum adducantur. Qua in re semper vobis propositum fore confidimus, ut veram prosperitatem populis vestris procuretis. Fautores pacis vos exhíbete, potiusque ad colloquia et ad pacta ineunda quam ad discidia et ad vim paratos, probe reminiscentes, pactionum faciendarum consuetudinem cum antiquissimis germanisque socialis vitae Africae institutis apprime congruere.

Concordiam gentium f ovete, quae territoria vestra incolunt, libertatem religiosam tuentes[27] atque operam dantes, ut componantur, non autem exacerbentur discrimina ac discidia omnia, quae a stirpis diversitate proficiscantur. Nam novarum nationum prosperitas concordiam omniumque virium coniunctionem prorsus requirit.

Nos studiosam voluntatem vestram laudamus et laboribus vestris bene precamur. Vobis id tribuat Deus, ut apte et vere res perspiciatis; ipse faciat, ut in animis vestris agendi alacritas honestis consiliis respondeat, sapientibusque legibus vos ipsos devovendi studium congruat; ipse denique optata exspectationesque vestras ad prosperum adducat effectum.

VII

31. Si alias umquam, hodie potissimum nova Africa progrediendi vim atque incitamentum a filiis suis accipit, ab iis praesertim, qui, crebri iam atque in dies numero augescentes, in scholis et in studiorum Universitatibus docent, vel impigre operantur in iis doctorum coetibus, qui hodiernae Africae animum propriasque virtutes exprimunt.

Quemadmodum iam fecit Decessor Noster f. r. Ioannes XXIII in memoranda admissione data die I mensis aprilis, anno **MCMLIX**,[28] ita Nos quoque iuvat scriptores et artifices salutare iisdemque optima quaeque optare, omnes invitando, ne a veritate inquirenda umquam desistant.[29]

[27] Cfr. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae,* n. 1: *A. A. S.* 58, 1966, p. 930.

[28] Cfr. *A. A. S.* 51, 1959, pp. 259-260.

[29] Cfr. Conc. Vat. II, *Nuntius ad viros doctrinae scientiaeque deditos,* datus die S mensis decembris anno 1965: *A. A. S.* 58, 1966, p. 12.

32. Africa indiget vobis, vestris studiis, vestris investigationibus, vestra arte, vestra doctrina; non solum ut praeterita eius aetas debito in honore habeatur, sed etiam ut nova, qua praestat, bonarum artium cultura ex vetusto veluti caudice efflorescat et ad fecundam veri inquisitionem perducatur.

Dum recentiora machinalis rei inventa ac technicorum progressus vestram etiam continentem terram ad novum prorsus rerum cursum adducunt, peculiare vobis officium iniungitur, ut praestantiora bona, quae ad animum mentemque excolenda pertinent, sarta tecta serventur.

Per vos, interpretum quasi partes agentes, novae doctrinae mutataeque rerum condiciones omnibus explicari atque explanari possunt. Quare in vestro obeundo munere sinceros, honestos ac fideles vos gerite.

Ecclesia spem multam collocat in adiutrice vestra opera, ut varii Africae culti mores renovari et praestantiore dignitate donari possint, quod attinet sive ad sacram liturgiam ordinandam sive etiam ad catholicam doctrinam eo modo ac forma exprimendam atque tradendam, quae cum Africanarum gentium ingenio congruat.

VIII

33. Animi culturae rerumque socialium commutationes, quas hac aetate Africa experta est, eiusmodi sunt, ut opiniones de domestico convictu eiusque mores proxime attingant.

Anteactis temporibus vitae socialis compago ita ordinabatur, ut cognationi ac progeniei primas partes tribuerentur, ac matrimonium veluti commune propinquorum omnium negotium haberetur. Quae omnia nunc magnopere commutata sunt. Nam apud quasdam Africae nationes leges latae sunt ad ius de familia renovandum, opportunis mutationibus in nonnulla vitae instituta antiquitus tradita inductis, peculiari modo ad dotem quod spectat, ex qua recentioribus temporibus malae consuetudines oriebantur, quae graviter impediebant, ne familiae naturalis et christianae cursus tranquillus et serenus procederet.

Ipsum polygamiae institutum, pervagatum apud communitates, quae nondum religionem christianam susceperunt vel

procul ab eius virtute fuerunt, iam non innititur, ut superioribus aetatibus, in hodierna socialis vitae structura, nec iam animi inclinationi fortunate respondet, quae apud Africae gentes hodie invaluit. Paucis, ad familiam quod attinet, nostro hoc tempore in Africa cernere est late iam patere campum libertatis et munerum, quae ad coniuges singulos pertineant.

34. Quae omnia ut prorsus probentur, digna sunt. Attamen in libertate agendi confirmanda caveatur oportet, ne a Dei lege discedatur, cum eius vim nullae animi culturae vel vitae socialis mutationes delere possint.

Quare familia semper religiose asserere ac tueri debet notas matrimonii proprias atque praecipuas, hoc est unitatem atque indissolubilitatem. Sacrum item officium est, quarto Dei praecepto sancitum, patri et matri honorem ac reverentiam adhiberi; quamobrem, si legitima quidem est libertas, quam iuvenes, qui matrimonio iunguntur, sibi vindicant coniugem deligendi, non idcirco iidem cognationis suae vincula laxare debent. Quam familiaris vitae communionem habeant tamquam magni pretii hereditatem a maioribus traditam, ac promptos se praebeant ad amanter generoseque ferendam parentibus opem et, si casus postulet, pro suis viribus etiam ceteris propinquis.

35. Praeterea christianis coniugibus fines familiaris societatis amplificantur, cum christifideles omnes familiam Dei efficiant. Eorum coniunctio, dum Deum precantur eique inserviunt, sacrum quiddam efficitur. Ex tradita a Concilio Vaticano II doctrina, ***coniuges.., parentesque christiani oportet ut propriam viam sequentes, amore fideli, totius vitae decursu se invicem in gratia sustineant et prolem amanter a Deo acceptam christianis doctrinis et evangelicis virtutibus imbuant. Ita enim exemplum indefessi et generosi amoris omnibus praebent, fraternitatem caritatis aedificant, et foecunditatis matris Ecclesiae testes et cooperatores exsistunt, in signum et participationem illius dilectionis, qua Christus Sponsam dilexit seque pro ea tradidit***[80]

Christus Dominus sese praebuit familiae magistrum, instaurator em atque restitutorem. Non solum enim ad primigeniam

[80] Cost. dogm. *Lumen gentium,* n. 41: *A. A. 8.* 57, 1965, p. 47.

formam familiam rettulit,[31] sed matrimonium etiam ad sacramenti dignitatem evexit, hoc est caelestis gratiae effecit instrumentum.

Nos valde optamus a Deoque precibus imploramus, ut Africani omnes valeant Divini Magistri doctrinam addiscere, quam postea, ipsius luce perfusi, in suas leges in suaeque vitae actionem traducere velint. Haec namque doctrina in omnes valet, quippe quae in ipsa natura humana altius innitatur, mutuum coniugum amorem evehat, familiam integram eoque idoneam ad rectam filiorum educationem reddat, unde et in humanam societatem et in rempublicam praestantissima beneficia proficiscantur.

IX

36. In domestico autem convictu mulierum locus eminet, qui etiam valde mutatus est, cum iis novi navitatis campi pateant, hoc est in scholis, in valetudinariis et in variis humanae alacritatis provinciis, quae praesenti aetate ad administrationem publicae rei pertinent. Cuius quidem novi rerum cursus vera causa fuit doctrina christiana eiusque salutaris vis; quare iure merito ***Ecclesia ... gloriatur, quod mulieris dignitatem evexit libertatemque vindicavit, et quod saeculorum decursu in sua luce posuit, una cum eius peculiaribus dotibus, naturalem ipsius aequalitatem cum viris/***[32]

Ab Africana quavis muliere hodie petitur, ut magis magisque conscia fiat sui ipsius, ut personae, dignitatis, materni sui muneris suorumque iurium ad participandam socialem vitam factas progressiones Africae novae promovendas.

Mulier autem Africana in primis postulat, ne umquam pro instrumento vel habeatur vel tractetur; quare ipsius dignitatem libertas tuetur, quae ei utpote personae humanae debetur, sive matrimonio iungatur — et tunc ius ei competit sibi virum eligendi[33] — sive virginitatem servare praeoptet, sese Deo devovens, et operam suam in proximorum bonum impendens.

[31] Cfr. *Mt.* 19, 8.

[32] Cfr. CONC. VAT. II, *Nuntius ad mulieres,* datus die 8 mensis decembris anno 1965: *A. A. S.* 58, 1966, p. 13.

[33] Cfr. CONC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 29: *A. A. S.* 58, 1966, p. 1049.

In obeundo autem matris munere, quod praecipuum ipsius est. Africana mulier filiis assiduitatem amoris plenam praebere debet, eos ad maturam aetatem perducens eorumque animum ad conscientiam sui adipiscendam et ad futura obeunda officia componens. Praeterea in operis sui professionem et in socialis vitae commercia illum devotionis sui, suavitatis humanitatisque, feminarum proprium, afflatum inicere debet, qui efficit, ut in hominum societate, technicorum consiliis penitus imbuta, integer perstet rerum humanarum sensus earumque recta aestimatio.

Etiam vitae socialis participatio in iis, quae ad res politicas et ad civitatis administrationem attinent, mulierum ius et officium est, quorum exercitatio copiam mulieribus praebet directo conferendi ad societatis instituta renovanda, in primis cum de iis rebus erit agendum, quae ad matrimonium, ad familiam et ad filiorum educationem spectant.

Ecclesia, fideliter perstans in educationis opere sibi demandato, Africae mulieres hortatur, haud secus atque omnium locorum ac temporum mulieres, ut in Deiparae Mariae Virginis exempla intueantur. ***Talis enim fuit Maria, ut eius unius vita omnium sit disciplina.***[3*]

X

37. Nunc autem ad vos iuvenes, futuri temporis spem, animum intendimus. Africa vobis indiget, vestra scilicet praeparatione, vestra doctrina, vestra dedita opera, vestris denique viribus. Quemadmodum omnibus antecellitis in accurate perscrutandis sensu et momento morum vitaeque consuetudinum, quae maiores vobis tradiderunt, ita inter omnes praestatis in earundem renovatione atque mutatione exoptandis. In re namque vera vestrum est discidia componere inter ea, quae elapsae aetatis propria erant, atque novum vivendi modum rerumque ordinem, quos praesens tempus induxit. Cávete tamen, ne vos facile alliciant ***materialismi*** placita, quae, pro dolor, vos adducere possunt ad fictas vel mutilas humanae vitae cogitationes atque ad Deum ipsum negandum.

" S. AMBROSIUS, *De Virginibus,* lib. II, c. II, n. 15; *PL* 16, 22.

Vos praesertim, christiani iuvenes, conscii sitis oportet dignitatis atque munerum, quae oriuntur a fidei christianae professione. Vitam vestram huic fidei accommodate. Doctrinae ac labori studiosam date operam. Etsi ad grandia pro vestrae gentis prosperitate atque progressu contenditis, modestos tamen vos praestate.

38. Peculiari deinde animi affectu ad vos, academiae scholarumque alumni, cogitationes Nostras convertimus, vos admonentes, doctrinam, qua in scholis ornamini, revera vos instruere debere ad artem apte exercendam, quam elegistis, atque ad munera, quae Africa a vobis sui futuri incrementi causa exspectat. Ne vos fugiat multos etiamnunc circa vos esse, in vestra Africa, quibus facultas non est scholas frequentandi atque litteras addiscendi. Alacri idcirco ac laeto animo date operam, ut scientiae magistri efficiamini atque, magistrorum partes in scholis agentes, fratribus vestris ea afferatis dona, quae vobis impertita sunt.

Vestras igitur voluntates ad vosmetipsos abnegandi et devovendi studium conformate. Iam nunc vestris nationibus summum bonum afferre potestis, vos ipsos parantes ad vestram cuiusque professionem christiana cum caritate vestrique lucri contemptione obeundam.

Eos vero ex vobis, qui studiorum causa in exteris nationibus commorantur, hisce hortamur verbis : patriam vestram diligite atque, postquam opportunam institutionem adepti eritis, ad eam libenter revertimini, vestrisque Civitatibus praesto estote, operam et artem daturi, ut Africae progressibus atque commodis prospiciatis.

XI

39. Quamvis nonnullae praetendantur nubes, quarum supra mentionem fecimus, fore tamen speramus, ut Africa civilia sua instituta stabilire, atque multum in re oeconomica et sociali proficere possit, quin Dei iura et hominis dignitas laedantur.

Antequam vero huic nuntio finem facimus, Nobis temperare non possumus, quominus in omnium memoriam revoce-

mus, ipsum Filium Dei eiusque Sacram Familiam, vexatam exsilioque afïectam, in Africae solum confugisse. Eidem propterea humanae salutis Auctori atque Dei hominumque Mediatori, Christo Iesu, deprecantibus beatissima Virgine Maria atque Sancto Ioseph, firma cum fiducia commendamus futuras Africae res, eius gentis fortunas atque humanum eius iuventutis cultum.

Praeterea magnis huius continentis terrae viris, sanctitatis laurea decoratis — qui, sive in Ecclesiae primordiis ibi floruerunt, sive, ut Martyres Ugandenses, insectatione ceu flores succisi sunt, novo iam vere christiano appetente — ardentes admovemus preces, ut pro suis huius aetatis fratribus deprecari ne desistant atque tempus deproperent, quo toti Africae, non modo in melius mutatae, quod attinet ad externae vitae rationes, sed uberiore etiam Spiritus Sancti gratia ditatae, Iesu Christi lumen affulgeat.

40. Extremum universae Africae amorem existimationemque testari cupimus. Cui, utpote qui in medio populo Dei vices Christi geramus, ab ipso hisce verbis salutem dicimus: Pax vobis. Inter vos uti fratres diligite.

Qua impertita salute votisque factis, in omnes universos lectissima Dei viventis dona et auxilia devocamus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxix mensis Octobris, in festo D. N. Iesu Christi Regis, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

II

Ad **omnes « bonae voluntatis » homines, quos enixe Beatissimus Pater exhortatur, ut calendis ianuariis diem celebrent fovendae paci per totum terrarum orbem dicatum.**

Ci rivolgiamo a tutti gli uomini di buona volontà per esortarli a celebrare « La Giornata della Pace », in tutto il mondo, il primo giorno dell'anno civile, I° gennaio 1968. Sarebbe Nostro desiderio che poi ogni anno questa celebrazione si ripetesse

come augurio e come promessa, all'inizio del calendario che misura e descrive il cammino della vita umana nel tempo, che sia la Pace con il suo giusto e benefico equilibrio a dominare lo svolgimento della storia avvenire.

Noi pensiamo che la proposta interpreti le aspirazioni dei Popoli, dei loro Governanti, degli Enti internazionali che attendono a conservare la Pace nel mondo, delle Istituzioni religiose tanto interessate alla promozione della Pace, dei Movimenti culturali, politici e sociali, che della Pace fanno il loro ideale, della Gioventù — in cui più viva è la perspicacia delle vie nuove della civiltà, doverosamente orientate verso un suo pacifico sviluppo —, degli uomini saggi che vedono quanto oggi la Pace sia al tempo stesso necessaria e minacciata.

La proposta di dedicare alla Pace il primo giorno dell'anno nuovo non intende perciò qualificarsi come esclusivamente nostra, religiosa, cioè cattolica; essa vorrebbe incontrare l'adesione di tutti i veri amici della Pace, come fosse iniziativa loro propria, ed esprimersi in libere forme, congeniali all'indole particolare di quanti avvertono quanto bella e quanto importante sia la consonanza d'ogni voce nel mondo per l'esaltazione di questo bene primario, che è la Pace, nel vario concerto della moderna umanità.

La Chiesa cattolica, con intenzione di servizio e di esempio, vuole semplicemente « lanciare l'idea », nella speranza ch'essa raccolga non solo il più largo consenso del mondo civile, ma che tale idea trovi dappertutto promotori molteplici, abili e validi a imprimere nella « Giornata della Pace », da celebrarsi alle calende d'ogni anno nuovo, quel sincero e forte carattere d'umanità cosciente e redenta dai suoi tristi e fatali conflitti bellici, che sappia dare alla storia del mondo un più felice svolgimento ordinato e civile.

La Chiesa cattolica provvederà a richiamare i suoi figli al dovere di celebrare la « Giornata della Pace » con le espressioni religiose e morali della fede cristiana; ma ritiene doveroso ricordare a tutti coloro, che vorranno condividere l'opportunità di tale « Giornata », alcuni punti che la devono caratterizzare; e primo fra essi: la necessità di difendere la Pace nei confronti dei pericoli, che sempre la minacciano; il pericolo della sopravvivenza degli egoismi nei rapporti tra le nazioni;

il pericolo delle violenze, a cui alcune popolazioni possono lasciarsi trascinare per la disperazione nel non vedere riconosciuto e rispettato il loro diritto alla vita e alla dignità umana; il pericolo, oggi tremendamente cresciuto, del ricorso ai terribili armamenti sterminatori, di cui alcune Potenze dispongono, impiegandovi enormi mezzi finanziari, il cui dispendio è motivo di penosa riflessione, di fronte alle gravi necessità che angustiano lo sviluppo di tanti altri popoli; il pericolo di credere che le controversie internazionali non siano risolvibili per le vie della ragione, cioè delle trattative fondate sul diritto, la giustizia, l'equità, ma solo per quelle delle forze deterrenti e micidiali.

La Pace si fonda soggettivamente sopra un nuovo spirito, che deve animare la convivenza dei Popoli, una nuova mentalità circa l'uomo ed i suoi doveri ed i suoi destini. Lungo cammino ancora è necessario per rendere universale ed operante questa mentalità; una nuova pedagogia deve educare le nuove generazioni al reciproco rispetto delle Nazioni, alla fratellanza dei Popoli, alla collaborazione delle genti fra loro, anche in vista del loro progresso e sviluppo. Gli Organismi internazionali, istituiti a questo scopo, devono essere sostenuti da tutti, meglio conosciuti, dotati di autorità e di mezzi, idonei alla loro grande missione. La « Giornata della Pace » deve rendere onore a queste Istituzioni e circondare la loro opera di prestigio, di fiducia e di quel senso di attesa, che deve in esse tenere vigile il senso delle loro gravissime responsabilità e forte la coscienza del mandato loro affidato.

Un'avvertenza sarà da ricordare. La pace non può essere basata su una falsa retorica di parole, bene accette perché rispondenti alle profonde e genuine aspirazioni degli uomini, ma che possono anche servire, ed hanno purtroppo a volte servito, a nascondere il vuoto di vero spirito e di reali intenzioni di pace, se non addirittura a coprire sentimenti ed azioni di sopraffazione o interessi di parte. Né di pace si può legittimamente parlare, ove della pace non si riconoscano e non si rispettino i solidi fondamenti: la sincerità, cioè, la giustizia e l'amore nei rapporti fra gli Stati e, nell'ambito di ciascuna Nazione, fra i cittadini tra di loro e con i loro governanti; la libertà, degli individui e dei popoli, in tutte le sue espressioni, civiche, culturali, morali, religiose: altrimenti, non la pace si

a v r a — anche se, per avventura, l'oppressione sia capace di creare un aspetto esteriore di ordine e di legalità — ma il germinare continuo e insofïocabile di rivolte e di guerre.

È dunque alla pace vera, alla pace giusta ed equilibrata, nel riconoscimento sincero dei diritti della persona umana e dell'indipendenza delle singole Nazioni che Noi invitiamo gli uomini saggi e forti a dedicare questa « Giornata ».

Così, da ultimo, sarà da auspicare che la esaltazione dell'ideale della pace non debba favorire l'ignavia di coloro che temono di dover dare la vita al servizio del proprio Paese e dei propri fratelli quando questi sono impegnati nella difesa della giustizia e della libertà, ma cercano solamente la fuga della responsabilità, dei rischi necessari per il compimento di grandi doveri e di imprese generose: Pace non è pacifismo, non nasconde una concezione vile e pigra della vita, ma proclama i più alti ed universali valori della vita: la verità, la giustizia, la libertà, l'amore.

Ed è per la tutela di questi 'valori che Noi li poniamo sotto il vessillo della Pace, e che invitiamo uomini e Nazioni a innalzare, all'alba dell'anno nuovo, questo vessillo, che deve guidare la nave della civiltà, attraverso le inevitabili tempeste della storia, al porto delle sue più alte méte.

A voi, Venerati Fratelli nell'Episcopato,
A voi, figli e fedeli carissimi della nostra Santa Chiesa Cattolica,

Rivolgiamo Tin vito, di cui sopra abbiamo dato l'annuncio; quello di dedicare ai pensieri ed ai propositi della Pace una particolare celebrazione nel primo giorno dell'anno civile, l'uno gennaio del prossimo anno.

Questa celebrazione non deve alterare il calendario liturgico, che riserva il « Capo d'anno » al culto della divina maternità di Maria ed al nome beatissimo di Gesù ; anzi queste sante e soavi memorie religiose devono proiettare la loro luce di bontà, di sapienza e di speranza sopra l'implorazione, la meditazione, la promozione del grande e desiderato dono della Pace, di cui il mondo ha tanto bisogno.

Vi sarete accorti, Fratelli veneratissimi e figli carissimi,

quanto spesso la Nostra parola ripeta considerazioni ed esortazioni circa il tema della Pace; non lo facciamo per cedere ad una facile abitudine, ovvero per servirci di argomento di pura attualità; lo facciamo perché pensiamo essere ciò reclamato dal Nostro dovere di Pastore universale; lo facciamo perché vediamo minacciata la Pace in misura grave e con previsioni di avvenimenti terribili, che possono essere catastrofici per nazioni intere e fors'anche per gran parte dell'umanità; lo facciamo perché negli ultimi anni della storia del nostro secolo è finalmente emerso chiarissimo la Pace essere l'unica e vera linea dell'umano progresso (non le tensioni dì ambiziosi nazionalismi, non le conquiste violente, non le repressioni apportatrici di falso ordine civile); lo facciamo perché la Pace è nel genio della religione cristiana, poiché per il cristiano proclamare la pace è annunciare Gesù Cristo ; « Egli è la nostra pace » j[1] il Suo è <(Vangelo di pace »;[2] mediante il Suo sacrificio sulla Croce Egli ha compiuto la riconciliazione universale, e noi, Suoi seguaci, siamo chiamati ad essere « operatori della pace »;[3] e solo dal Vangelo, alla fine, può effettivamente scaturire la Pace, non per rendere fiacchi e molli gli uomini, ma per sostituire nei loro animi agli impulsi della violenza e delle sopraffazioni le virili virtù della ragione e del cuore d'un vero umanesimo ; lo facciamo infine perché vorremmo che non mai Ci fosse rimproverato da Dio e dalla storia di aver taciuto davanti al pericolo d'una nuova conflagrazione fra i Popoli, la quale, come ognuno sa, potrebbe assumere forme improvvise di apocalittica terribilità.

Occorre sempre parlare di Pace. Occorre educare il mondo ad amare la Pace, a costruirla, a difenderla; e contro le rinascenti premesse della guerra (emulazioni nazionalistiche, armamenti, provocazioni rivoluzionarie, odio di razze, spirito di vendetta, ecc.), e contro le insidie di un pacifismo tattico, che narcotizza l'avversario da abbattere, o disarma negli spiriti il senso della giustizia, del dovere e del sacrificio, occorre suscitare negli uomini del nostro tempo e delle generazioni venture

[1] *Eph.* 2, 14.
[2] *Eph.* 6, 15.
[3] *Matth.* 5, 9.

il senso e l'amore della pace fondata sulla verità, sulla giustizia, sulla libertà, sull'amore.[4]

La grande idea della Pace abbia, specialmente per noi seguaci di Cristo, la sua Giornata solenne, all'inizio dell'anno nuovo 1968.

Noi credenti nel Vangelo possiamo infondere in questa celebrazione un tesoro meraviglioso di idee originali e potenti: come quella dell'intangibile e universale fratellanza di tutti gli uomini, derivante dall'unica, sovrana e amabilissima Paternità di Dio, e proveniente dalla comunione che — ***in re vel in spe*** — tutti ci unisce a Cristo; ed anche dalla vocazione profetica, che nello Spirito Santo chiama il genere umano all'unità, non solo di coscienza, ma di opere e di destini. Noi possiamo, come nessuno, parlare dell'amore del prossimo. Noi possiamo trarre dall'evangelico precetto del perdono e della misericordia fermenti rigeneratori della società. Noi, soprattutto, Fratelli veneratissimi e figli dilettissimi, possiamo avere un'arma singolare per la Pace, la preghiera, con le sue meravigliose energie di tonificazione morale e di impetrazione di trascendenti fattori divini di innovazioni spirituali e politiche; e con la possibilità ch'essa offre a ciascuno di interrogarsi individualmente e sinceramente circa le radici del rancore e della violenza, che possono eventualmente trovarsi nel cuore di ognuno.

Vediamo allora d'inaugurare l'anno di grazia 1968 (anno della fede che diviene speranza) pregando per la Pace; tutti, possibilmente insieme nelle nostre chiese e nelle nostre case; è ciò che per ora vi chiediamo; non manchi la voce di alcuno nel grande coro della Chiesa e del mondo invocante da Cristo, immolato per noi : ***dona nobis pacem.***

Sia con voi tutti la Nostra Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 8 Dicembre 1967.

PAULUS PP. VI

* Cfr. Giovanni XXIII, Enciclica *Pacem in terris.*

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SOLOLENSIS
(QUICENSIS)

Territorio dioecesis Sololensis diviso, nova quaedam dioecesis « Quicensis » nomine conditur; praeterea ab archidioecesi Guatimalensi regio Chimaltenango separatur, quod perpetuo dioecesi Sololensi addicitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui Christi, Dei Filii ac Redemptoris Nostri, consilio et voluntate universae Ecclesiae praesidemus, ea beati Augustini verba ad Nos praecipue facta semper existimavimus, esse nempe documentum amoris pascere dominicum gregem (cf. *In Io.* 21, 15-17). Quam ob rem, omni mente in ea cogitatione curaque versamur, ut christiano populo rectae doctrinae optimaeque institutionis industria Nostra bona paremus, pietateque in Deum pectora omnium imbuamus. Quae cum ita sint, venerabili Fratri Angelico Melotto Mazzardo, Episcopo Sololensi concedere volentes, qui, probante Consilio seu Conferentia Episcopali Guatimalensi, petiit ab hac Apostolica Sede ut diviso territorio suae Ecclesiae, quod latius pateret, alia dioecesis conderetur, Nos post venerabiles Fratres Nostros sententiam rogatos S. R. E. Cardinales rebus Consistorialibus praesidentes, itemque venerabilem Fratrem Brunonem Torpigliani, Archiepiscopum Mallianensem atque in Republica Guatimalensi Apostolicum Nuntium, haec censemus. A dioecesi Sololensi territorium detrahimus quod Departamento, ut dicunt, continetur, EI Quiché; quo territorio dioecesim condimus *Quicensem* nomine. Item ab archidioecesi Guatimalensi civilem regionem, seu Departamento, quam populus Chimaltenango cognominat, separamus ac dioecesi Sololensi perpetuo addimus. Novae Ecclesiae Sedes in urbe erit Santa Cruz del Quiché; cathedrale templum, quod ibi est S. Helenae Imperatrici dicatum. Dioecesis Quicensis Sedi metropolitanae Guatimalensi suffraganea subicietur, sic ut eius Episcopus erit Metropolitae illius Ecclesiae obnoxius. Collegium cathedrale constituatur; quod si in praesenti impossibile sit, Consultores dioecesani deligantur, qui sacro Praesuli assint consilio, ope. Mensa, quam dicunt, episcopalis efficietur : Curiae

emolumentis; populi collationibus, bonis, si qua sunt, quae facta divisione ad normam canonis 1500 O. I. O. novae Ecclesiae cedent. Ad Seminarii dioecesani structionem puerorumque institutionem quod pertinet, normae ad amussim serventur quae ius commune statuit, et leges S. Congregationis de Seminariis atque Studiorum Universitatibus, et Decretum « Optatam totius » Concilii Vaticani II. Cetera omnia Ius Canonicum temperet. Simul ac autem constitutio novae dioecesis ad effectum deducta fuerit, Sacerdotes Ecclesiae illi addicantur, in qua beneficium vel oflicium habeant; ceteri clerici, Sacerdotes, Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta postremo, quae ad conditam dioecesim pertineant, vel ad territorium quod Sololensi Ecclesiae aggregatum est, propriis Curiis episcopalibus transmittantur, ibique summa religione serventur. Ceterum quae statuimus venerabilis Frater Bruno Torpigliani exsequatur, vel quem ille delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis eflicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo septimo mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
œ HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIBRI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 10.

II

LIMANAE
(CALLAËNSIS)

Detractis ex archidioecesi Limana quibusdam territoriis, nova efficitur dioecesis, nomine « Callaënsis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Aptiorem Ecclesiarum dispositionem in animo agitare earumque, si oporteat, partitionem ad exitum perducere, quo aptius videlicet fidelium necessitatibus prospiciatur, unum est, nec minoris profecto momenti, officiorum Nostrorum, in quibus exsequendis studium omne omnemque operam collocamus. Libentissime igitur concedendum esse censuimus venerabili Fratri Romolo Carboni, Archiepiscopo titulo Sidoniensi et in Peruviana Republica Apostolico Nuntio, qui, post auditum venerabilem Fratrem Ioannem S. R. E. Cardinalem Landázuri Ricketts, Archiepiscopum Limanum, ab Apostolica Sede petiit ut, diviso archidioecesis Limanae territorio, nova intra limites civilis regionis vulgo Callao dioecesis excitaretur; sequentiaque esse decernenda. Ab archidioecesi Limana territoria urbis Limanae separamus, seu districtus vulgo Callao, Bellavista, La Punta et Reynoso Carmen de la Legua; insulas praeterea vulgo San Lorenzo, El Fronton, Cavinzas et Redonda, iisque dioecesim condimus, *Gallaënsem* appellandam, cuius hi erunt fines : ad occidentem solem et meridiem, Oceanus Pacificus; ad orientem solem et septemtrionem, limes in regione Callao ita describitur : initium sumit ex loco « Quadras » triginta et triginta uno viae ((Costanera » appellatae et pergit septemtrionem versus, secundum extremas domus loci « Maranga)) usque ad viam seu ((Avenida de la Marina)) ; hinc orientem versus pergit ad compitum eiusdem viae et ((Avenida Elmer Faucett)), quam ad septemtrionem sequitur usque ad compitum cum « Avenida Venezuela »; hanc orientem versus inde sequitur usque ad terminum civilis provinciae ((Callao » inter « Huanca San Marcos » et « Ospitai Centro Medico Naval », quod novae dioecesi adscribitur; ex hoc termino limes adversus septemtrionem recta via subit usque ad

((Avenida Oscar Benavides », quam sequitur usque ad terminum provincialem contra «Unidad vicinal n. 3» positum; hinc limes recto tramite ad septemtrionem vergit usque ad flumen « Rimae », quod inde occidentem versus sequitur usque ad compitum eiusdem fluminis et memoratae « Avenida Elmer Faucett », quam inde sequitur usque ad « Avenida El Emisor » ; hinc eandem « Avenida El Emisor » septemtrionem versus sequutus limes attingit flumen ((Chillón)), cum quo ad Oceanum Pacificum iter pergit. Conditae dioecesis sedes episcopalis erit in urbe Callao, episcopalis autem magisterii cathedra in sacra aede quae eadem in urbe Deo dicata est in honorem Sanctorum Apostolorum Simonis et Iudae, quae scilicet tamquam templum cathedrale habebitur, cum iuribus et privilegiis congruis. Episcopo autem, praeter iura et privilegia, omnia erunt officia et obligationes Episcoporum residentium propria. Limanae praeterea Sedi metropolitanae suffraganea erit ; itemque Episcopus, eiusdem Ecclesiae Metropolitae suffraganeus, ad normam Iuris Canonici. In nova dioecesi Canonicorum collegium condi iubemus, iuxta normas per alias Litteras Apostolicas edendas ; interim tamen Consultores dioecesani eligantur, a munere quidem cessaturi, Canonicis constitutis. Mensa episcopalis, quae dicitur constabit Curiae emolumentis, fidelium sponte oblatis pecuniis, bonorum denique parte, quae dioecesi Callaënsi ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici obvenient. Ad Seminarium quod attinet sacrorumque alumnorum institutionem communis iuris normae serventur, prae oculis habitis peculiaribus Sacrae Congregationis de Seminariis legibus atque decreto ((Optatam totius » Concilii Vaticani II. Quod insuper dioecesis regimen spectat, administrationem, Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem aliaque id genus, quae sacri canones praecipiunt serventur. Simul ac hae Litterae Nostrae ad effectum adductae fuerint, sacerdotes ei Ecclesiae adscripti maneant, in cuius territorio beneficium vel officium legitime habeant ; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta novam dioecesim spectantia, clericos videlicet, fideles bonaque temporalia, a Curia Limana ad Callaênsem transmittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum deducat venerabilis Frater Romulus Carboni, vel ab eo delegatus sacerdos, congruis de more exaratis documentis, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendis.

Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et

fore volumus, contrariis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 97.

III

BONAERENSIS - PLATENSIS

Dioeceses Avellanediensis et Clivi Zamoereiisis, a iure metropolitano archidioecesis Platensis subtractae, archidioecesi Bonaerensi attribuuntur; item dioeceses Mercedensis atque Novem Iulii, ab hac separatae, illi Sedi addicuntur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio in summo totius Ecclesiae fastigio idcirco constituti sumus, ut plus quam ceteri omnes in Christi gregem certa dilectionis documenta dar emus, in id profecto multam curam operamque conferimus, usquequaque, ut non solum christianorum animos disciplina fidei et religionis egregie instituamus, verum etiam ut vel in rerum Ecclesiae externarum procuratione nihil diligentiae praetermittamus. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, Archiepiscopus titulo Sidetanus idemque in Re publica Argentina Apostolicus Nuntius, ab hac beatissima Petri Sede petiisset ut archidioeceses Bonaërensis atque Platensis aptius ordinarentur : id enim tum ecclesia-

sticam disciplinam corroborare praevideri, tum christianam fidem atque in Christum religionem censuimus bene posse eius expostulationi concedere, christianorumque commodis inservire. Quae cum ita sint, re digna reputatione considerata, de sententia Ordinariorum locorum deque consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis praepositorum, haec decernimus. Subtractas per has Litteras a iuris dictione Archiepiscopi Metropolitae Platensis dioeceses Avellanediensem et Clivi Zamoerensis, Archiepiscopi Bonaèrensis iuris dictioni metropolitanae subicimus; vicissim a iuris dictione huius sacri Praesulis dioeceses Mercedensem atque S. Dominici Novem Iulii eximimus, easque illi, scilicet Platensi addicimus. Idque in perpetuum. Ceterum haec quae mandavimus, venerabilis Frater Humbertus Mozzoni ad exitum adducet, vel quem ille legaverit. Actae vero rei documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
ffi HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

® Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. 51.

IV

LEODIENSIS
(HASSELETENSIS)

In Belgica natione nova dioecesis constituitur, « Hasseletensis » nomine

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui christianorum coetui, sic ut beatissimus Petrus, Princeps duodecim Apostolorum, Dei consilio praesumus, omnibus nervis ac viribus, omni ope ac industria contendimus ut non solum ipsi creditum gregem caelestibus disciplinis erudiamus, pietate imbuamus, in quo, si beato Augustino auctoritatem tribuimus, est documentum amoris in Deum certum (cf. *In Io.* 21, 15-17), verum etiam ut quicquid sanctissimo Dei populo prodesse cognoverimus, id et assequi, et officere, et procurare in eiusdem utilitatem studeamus. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Episcopus Leodiensis, Coetu Episcoporum Belgicorum sententiam rogato, petierit ut, divisa sua dioecesi, nova conderetur, Nos, audito venerabili Fratre Sylvio Oddi, Archiepiscopo titulo Mesembriano atque in Belgio Apostolico Nuntio, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. A dioecesi Leodiensi civilem provinciam separamus, quam populari lingua Limbourg cognominant, qua dioecesim condimus, *Hasseletemem* appellandam, quae terminabitur : ad septemtrionem et orientem solem, regno Hollandiae, ad meridiem, civili provincia Leodiensi, ad occasum, civilium provinciarum limitibus Antverpiensis et Brabantiae. Sedem episcopalem in urbe Hasseleto ponimus; cathedram in templo Sancti Quintini statui decernimus, in eadem urbe, factis debitis iuribus et honoribus. Constitutam Ecclesiam suffraganeam facimus Sedi Metropolitanae Melchliniensi-Bruxellensi, item eius Episcopum, eidem Archiepiscopo. Canonicorum collegium in nova dioecesi condatur; interim, loco Canonicorum Consultores dioecesani deligantur, qui sacro Praesuli suo consilio et opera assint. Mensam episcopalem constituent : Curiae emolumenta, fidelium collationes, dos a civili auctoritate danda, atque congrua pars bonorum Ecclesiae Leodiensis, ad normam canonis 1500 C. I. C. Ad Seminarii dioecesani constitutionem et regimen, serventur leges Sacrae Congregationis de Seminariis atque Studiorum

Universitatibus, praeter iuris communis, atque decretum Concilii Vaticani II ((Optatam totius)). Cum vero iuvenes adoleverint, meliores Romam mittantur, in Pontificium Collegium Belgicum, ubi philosophicis atque theologicis disciplinis imbuantur. Praeterea, ab eadem dioecesi Leodiensi civilem regionem, seu Canton, detrahimus, quem Landen vocant, eumque perpetuo archidioecesi Mechliniensi-Bruxellensi attribuimus. Sacerdotum dioecesanorum partitionem Episcopi, quorum res interest, accurate perpensis necessitatibus dioecesium de quibus agitur, communi consilio vel in posterum perficient. Acta denique et documenta novam dioecesim vel territorium Landen respicientia, ad proprias Curias episcopales mittantur, ibique religiose serventur. Quae per has Litteras iussimus, venerabilis Frater Sylvius Oddi ad exitum adduci curabit, vel quem ille legaverit. Re vero acta, documenta scribantur, adque Sacram Congregationem Consistorialem sinceris exemplis cito mittantur. Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et tricesimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
B HAMLETUS **1.** Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. H.

Y

PAKSENSIS

In Laotiana regione novus vicariatus apostolicus conditur, « Paksensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi parabola, quae est de grano sinapis, quod terra excipit, alit, dum crescit in arborem eamque tam patulam ut avibus caeli et umbram praeberet et domum, Ecclesiam sane adumbrat, quae ab eodem Christo, Dei Filio, humilibus quidem initiis condita, gratiae fermento ita crevit, ut ex omnibus gentibus atque nationibus filios suo sinu exceperit mater benigna atque sedula. Haec autem mira christianae fidei progressio, tum alibi, tum singulari modo, fiante Dei Spiritu, in apostolico vicariatu Savannakhetensi deprehendi potest, curae atque sollicitudini Patrum Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes concredito ; ita ut sive ad maiora christianae religionis incrementa sive ad gratias referendas iisdem dilectis Filiis sacri Evangelii praeconibus, visum sit novum ibi loci vicariatum constituere, novamque flammam veritatis excitare. Quae cum ita sint, venerabili Fratre Angelo Petroni sententiam rogato, Archiepiscopo titulo Noricensi et in Thailandia, regione Laosiensi atque Península Malacensi Apostolico Delegato, simulque venerabilibus Fratribus Nostris auditis S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praesunt, haec statuimus. Vicariatum apostolicum Savannakhetensem dividimus, ita ut e territoriis, seu Districtibus civilibus, ut dicunt, Saravane, Vapikhamthong, Sédone, Champassac, Attopeu et Sithandone novus vicariatus condatur, nomine *Paksensi*, qui iisdem Patribus attribuatur gubernandus atque regendus Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes. Quos, sane, hortamur ut quem ad modum hactenus nulli labori parcentes fines christiani imperii protulerunt, ita etiam in posterum in idem omnibus nervis contendant. Ceterum, quae descripsimus venerabilis Frater Angelus Pedroni ad exitum deduci curabit, vel quem ipse delegaverit, factis nempe omnibus facul-

tatibus necessariis; re acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario
© **H**AMLETUS I. Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. **A**GAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Caspar Cantagalli, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXIV, n. **74.**

VI
INSULARUM BERMUDARUM
(HAMILTONENSIS)

Vicariatus apostolicus Insularum Bermudarum in dioecesium ordinem redigitur, nomine immutato, quod erit « Hamiltonensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sanctissimae Christi religioni et feliciter cessisse, et in Insulis Bermudis feliciter cedere, iam est hoc et magnae causa laetitiae, et novae spei proferendae fidei nostrae fons et origo ; laetitiae, quidem, quia nihil tam earum, tam dulce, tam sanctum est Nobis, qui Ecclesiae procurationem omnem habemus, quam cognoscere de Christi imperii fortunis ; spei, quia, si multa cura operaque in Evangelio praedicando posita, commoda tanta Ecclesiae sanctae comparavit, iam causam esse confidimus ob quam fiat ut sparsum semen grandescat et in patulam arborem crescat (cf. *Mt.* 13, 31). Quam ob rem, cum sacro Consilio Christiano Nomini Propagando visum sit vicariatum apostolicum Insularum Bermudarum ad gradum dioecesis evehere, Nos, re bene reputata, consilium Sacrae Congregationis sequendum esse arbitrantes, haec, quae sequuntur, decernimus. Vicariatum apostolicum Insularum Bermudarum in dioecesibus annumeramus, nomine *Hamiltonensi in Bermuda;* cuius erit sedes in urbe principe eius regionis, quam vulgo Hamilton cognominant ; cathedra episcopalis in templo S. Theresiae, ibidem exstante, factis nempe iuribus iustis. Nova autem dioecesis perget Sacrae Congregationi Fidei Propagandae esse obnoxia. Canonicorum collegium condatur ; quod si id impossibile sit, Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo suo fideliter assint consilio et auxilio. Operam etiam det sacer Praesul ut Seminarium construat pueris excipiendis, quos Spiritus Sanctus ad Sacerdotium vocaverit ; sunt enim bonae spei semina, summa diligentia atque cura fovenda. Cetera, quae regimen Ecclesiae, clerum populumque respiciant, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia, haec omnia lege canonica regantur. Quae per has Litteras Nostras iussimus, venerabilis Frater Hyginus Cardinale, Archiepiscopus titulo Neptensis et in Magna Britannia Apostolicus Delegatus ad exitum adducat, vel quem ille legaverit. Re autem acta, documenta exarentur, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. R. E. Cancellario

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Ap, Cane, tab., vol. CXXIV, n. 56.

VII

GRUARDENSIS ET ALIARUM

In Canadiae septemtrionalis regione duae constituuntur provinciae ecclesiasticae, nomine « Gruardensis-McLennanpolitana » et « Kivotina-Lepasana ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Adsiduo perducti studio ac sollicitudine satis apostolico officio Nostro faciendi, in eam curam toto pectore incumbimus, qua, si oporteat, ad maius animorum consequendum bonum aptiori ecclesiasticarum circumscriptionum dispositioni consulimus. Quod cum Sacra Congrega-

tio Christianae Fidei Propagandae, post auditum venerabilem Fratrem Sergium Pignedoli, Archiepiscopum titulo Iconiensem iamque in Canadensi Ditione Apostolicum Delegatum, faciendum esse censuerit ad quosdam etiam vicariatus apostolicos Canadenses quod attinet, iisdem videlicet dioecesium dignitati accensitis inque duas provincias ecclesiasticas conglobatis, suprema usi Nostra potestate ea, quae sequuntur decernimus ac iubemus. In Canadiae septemtrionalis regione novam provinciam ecclesiasticam condimus, nomine Gruardensem-McLennanpolitanam, quae constabit Sede archiepiscopali Gruardensi-McLennanpolitana, hucusque vicariatu apostolico Gruardensi, cuius templum maximum illud erit, quod S. Ioanni Baptistae est dicatum ; atque his suffraganeis dioecesibus : Principis Georgensis, hucusque vicariatu apostolico de Prince Rupert, cuius sacra cathedralis aedes templum erit SSmo Cordi Iesu sacrum ; Mackenziensi-Arcis Smith, hucusque vicariatu apostolico Mackenziensi, cuius sacra aedes cathedralis erit templum Sancti Isidori ; Equialbensi, hucusque vicariatu apostolico Vhitehorsensi, cuius sacra aedes cathedralis templum erit Ssmo Cordi Iesu sacrum. Condimus praeterea provinciam ecclesiasticam Kivotinam-Lepasanam, quae constabit archiepiscopali Sede Kivotina Lepasana, hucusque vicariatu apostolico Keewatinensi, tamquam metropolitana, cuius maximum templum illud erit, quod Dominae Nostrae a Ssmo Corde lesti sacrum est; atque sequentibus suffraganeis dioecesibus: Churchillpolitana, hucusque vicariatu apostolico, cui Sinus de Hudson appellatio, cuiusque cathedralis sacra aedes erit templum Reginae Martyrum et Sanctorum Martyrum Canadensium ; Musonitana, hucusque vicariatu apostolico Sinus Iacobi, cuius sacra cathedralis aedes erit templum Domino Nostro Iesu Christo Regi sacrum ; Labradorensi-Schefferpolitana, hucusque vicariatu apostolico Labradorensi, cuius sacra aedes cathedralis erit templum Cordi Immaculato Beatae Mariae Virginis dicatum. Decernimus insuper ut omnes, quas recensuimus, Ecclesiae sodalibus Congregationis Missionariorum Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae sic ut antea concreditae, iurisdictioni Sacrae Congregationis de Propaganda Fide obnoxiae pergant esse. Ita autem de sacris earum Praesulibus statuimus, ut videlicet venerabilis Frater Henricus Routhier, adhuc Episcopus titulo Naissitanus, fiat Archiepiscopus Metropolita Gruardensis-McLennanpolitanus ; venerabilis Frater Paulus Dumouchel, adhuc Episcopus titulo Sufetanus, fiat Archiepiscopus Metropolita Kivotinus-Lepasanus ; venerabilis Frater Marcus Lacroix, adhuc Episcopus Rhosiensis, fiat Episcopus Churchillpolitanus ; venera-

bilis Frater Fergus Ioannes 0'Grady, adhuc Episcopus Aspendiensis, fiat Episcopus Sedis Principis Georgensis; venerabilis Frater Paulus Piche, adhuc Episcopus titulo Orcistenus, fiat Episcopus Mackenziensis-Arcis Smith; venerabilis Frater Iulius Leguerrier, adhuc Episcopus titulo Bavagalianensis, fiat Episcopus Musonitanus; venerabilis Frater Iacobus Mulvihill, adhuc Episcopus Sedis titulo Capitis Cillensis, fiat Episcopus Equialbensis. Omnibus his sacris Praesulibus, quorum curis tam electa Christi gregis pars iamdiu est commissa, congrua iura et privilegia damus, officia et obligationes imponimus, quae cum eorum dignitate et officio coniuncta sunt, ad iuris canonici normas. Ea demum, quae praescripsimus, ad effectum deducat ille, qui tempore exsecutionis, Apostolici Delegati in Canadia partes agat. Effecti vero negotii documenta de more exarentur, et ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide mittantur, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertiodecimo mensis iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro S. R. E. Cancellario
© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Caspar Cantagalli, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXV, n. 18.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

S. Stanislaus Kostka Patronus aeque principalis cum S. Stanislao, Ep. et Mart., et S. Andreas Bobola secundarius Patronus dioecesis Plocensis eliguntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Angelicis moribus praeditus, incensus pietate erga Christum Dominum in Eucharistia praesentem eiusque celsissimam Matrem Mariam, Sanctus Stanislaus Kostka patriae suae Polonicae decus, lumen Societatis Iesu, Ecclesiae gloria merito praedicatur. Singulari vero religionis ardore in eum feruntur Christifideles dioecesis Plocensis, utpote cum intra eius fines lucem olim aspexerit. Quod probatum animorum studium hoc anno magis etiam incrementis, ut videtur, augebitur, siquidem propter revolutum quartum saeculum a lectissimi iuvenis obitu, egregio cum apparatu sollemnia ea in dioecesi celebrabuntur. Quibus omnibus permotus, Venerabilis Prater Bogdanus Marianus Vincentius Sikorski, Plocensis Episcopus, votis obsecundans Canonicorum -cathedralis ecclesiae collegii universique cleri, sibi commissi, Sanctum Stanislaum Kostka, praecipuum dioecesis praedictae Patronum elegit, aequiparatum Sancto Stanislao Martyri, qui principalis Patronus iam rite est constitutus. Quibus idem sacrorum Antistes Sanctum Andream Bobola, secundaria quidem ratione, adiunxit; estque Nos precatus, ut eiusmodi Patronorum caelestium electionem ratam haberemus. Quibus flagitationibus libenti animo concedere cupientes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Stanislaum Kostka, Confessorem, caelestem apud Deum *Patronum aeque principalem* una cum Sancto Stanislao, Episcopo et Martyre, atque Sanctum Andream Bobola, Märtyrern, *secundarium Patronum* universae dioecesis Plocensis confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis privilegiis liturgicis atque honoribus, quae praecipuis et secundariis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter

exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Maii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris paroeciali ecclesiae Sancti Petri Apostoli in oppido « Riposto », dioecesis Iaciensis, tribuuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Principi Apostolorum dicata, in oppido v. d. Riposto, intra Iaciensis dioecesis fines, magnifica exsurgit aedes, quae non solum ab incolis loci, verum etiam ab advenis et peregrinis tamquam lecrissima pietatis sedes solet celebrari. Ea enim superiore saeculo ineunte amplum ante forum neque longe ab Ionio mari est exstructa, celsoque tholo, alis tribus in totidem apsidas desinentibus, venustis artis operibus ita est ornata, ut inter maxima ac pulcherrima sacrae huiusce dicionis templa haud immerito sit numeranda. Quod autem ad cultum religionemque attinet, insignis est ibi caeremoniarum decor immensumque sacerdotum ministerium; quo fit ut in omnibus, quae peraguntur, officiis fideles quam plurimi actuoso studio intersint. Nam ex titulo nomineque Sancti Petri peculiaria habentur sollemnia, ibique preces pro hodierno etiam Summo Pontifice, eius successore, funduntur, ut, superna constanter virtute roboratus, Ecclesiam Dei pascat et regat. Haec omnia vero secum reputans atque votum sive cleri municipalisque auctoritatis, sive omnium fidelium referens, Venerabilis Frater Paschalis Bacile, Episcopus Iaciensis, ad Nos scripsit ac petiit, ut nobile idem templum Minoris Basilicae honore donaremus. Cui postulationi eo libentius annuendum esse censemus, quod hunc ipsum in annum ob factum martyrium Apostolorum Petri et Pauli saeculares

celebrationes decrevimus (cfr. *A. A. S.* LIX, 1967, pp. 193-200), eorumque memoriam christianam extollendo fidem voluimus renovare. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, paroecialem ecclesiam, Deo in honorem Sancti Petri Apostoli consecratam et in dioecesis Iaciensis oppido v. d. Riposto exstantem, ad titulum ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae templis, hoc nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Iunii anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae conventuali, B. Mariae Virgini de Monte Carmelo in urbe Xeretio dicatae, attribuuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Actuosae pietatis domicilium sane licet appellari Carmelitarum Fratrum templum, quod in urbe Xeretio, intra Hispalensis archidioecesis fines, exsurgit atque caelesti Ordinis Patronae, quae « Nuestra Señora del Carmen » appellatur, peculiariter est dicatum. Saeculo enim xvni ad genus artis, ut aiunt, barocae aedificatum, antiquioris aevi memoriam renovat, quoniam ibi, apud forum piscarium, Lauretanae Virginis sacellum ac prope eorundem sodalium domus iamdiu exstabant. Horum quidem opera, qui sacrum ministerium impensa caritate obibant (ut antea pestifero morbo saeviente ostenderant), factum est ut templum quasi aedes princeps in urbe evaderet pluribusque religionis officiis maiorem in dies numerum fidelium,

sacris etiam sodaliciis ascriptorum, traheret. Cum autem superiore saeculo Hispania civili motu perturbaretur, providum filiorum consilium almam hanc aedem servavit incolumem ipsosque sodales ad eam revocavit. Ad divinum cultum quod attinet, piae, ut patet, exercitationes certis praesertim diebus menseque Iulio summo ibidem decore peraguntur, quibus varii fidelium ordines, et pueruli et sponsi et milites et infirmi saepius intersunt, ut ante aram Deiparae preces effundant maternamque sibi tutelam concilient. Marialis enim imago summae est omnibus venerationi, eademque anno MCMXXV, Patriarchalis Vaticani Canonicorum Collegii auctoritate, sollemni ritu coronata est. Quod ergo Xeretiense templum ita venustate eximia amploque nomine praestat, dilectus Filius Prior Baeticae provinciae Ordinis Carmelitarum Antiquae Observantiae, una cum religiosis fidelibusque omnibus urbis, dedit litteras ad Nos, ut ei ad augendum splendorem cultumque fovendum Basilicae Minoris titulum impetraret. Cui Nos voto, attenta amplissima commendatione Dilecti Filii Nostri Iosephi Mariae S. R. E. Card. Bueno y Monreal, Archiepiscopi Hispalensis, libentissime obsecundare statuimus. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Conventualem, Deo in honorem Beatissimae Mariae Virginis de Monte Carmelo dicatam et in urbe Xeretio, intra Hispalensis archidioecesis fines, exstructam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* aificimus ac decoramus, omnibus adiectis iuribus ***et*** privilegiis liturgicis, quae templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxviii mensis Iunii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© **H**AMLETUS I. Card. **C**ICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris paroeciali ecclesiae Cervenensi, B. Mariae Virgini in Caelum assumptae sacrae, intra dioecesis Plocensis fines, tribuuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Propugnaculum fidei artisque opus egregium praedicatur templum paroeciale Cervenense, Beatae Mariae Virgini sideribus receptae sacrum et intra fines Plocensis dioecesis positum. Quod saeculo xi secundum « Romanicum » structurae genus aedificatur^ subsequente saeculo traditum fuit Canonicis Regularibus Sancti Augustini, qui usque ad annum MDCCCXIX ibi manserunt et volventibus hominum aetatibus ad novam architectandi rationem, « Gothicam » prius, deinde « Barocam », uti appellant, id reiiciendum ornandumque curarunt. Est autem prae Nobis ferendum eam ecclesiam cum continenti monasterio per multa tempora fuisse catholicae fidei quandam quasi arcem ac religiosae vitae, doctrinarum, artium sedem illustrem. Propter eximiam igitur pulchritudinem et maiestatem, propter rara et magnifica opera Cervenense templum publicis Poloniae monumentis merito est annumeratum. Sed non solum eiusmodi rerum mirandarum studiosos ecclesia allicit, sed etiam Christifideles, qui pietatis causa eam frequentant, maxime religione mariali inducti; siquidem ibi impense excolitur imago Beatae Mariae Virginis a Consolatione, quae est exemplum effigiei, cui adiecta est appellatio « Salus Populi Romani» quaeque in Urbis Basilica Liberiana asservatur. Floret et viget ibi christiana institutio, ad quam curas assiduas intendunt Sodales Societatis Sancti Francisci Salesii, qui nunc in eiusdem templi ministeriis versantur. His permotus cupiensque memoriam perennare millesimi anni exacti ex quo Polonia christianae religionis munus accepit, Venerabilis Frater Bogdanus Marianus Vincentius Sikorski, Plocensis Episcopus, Nos rogavit, ut ecclesiam praedictam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter obsecundantes, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam paroecialem Cervenensem, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae consecratam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae eiusmodi titulo rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

Ad Rev.mum Patrem D. Pium Federici, Congregationis Silvestrinae O. S. B. Abbatem Generalem, septimo exeunte saeculo a pio Sancti illius Congregationis Conditoris obitu.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Septingentos revolutos annos, postquam Sanctus Silvester Guzzolini, Legifer Pater vester, aetate gravis praedivesque meritis, e terrestri exsilio ad caelestem migravit coronam, cum laeti perceperimus istam religiosam Familiam propediem celebraturam esse, abstinere non possumus, quominus ad te, dilecte Fili, ad omnesque Congregationis Sodales, qui eius nomine et hereditate gloriantur, verba Nostra oblectamenti et horrationis plena dirigamus, ut saecularia huiusmodi sollemnia fiant laetiora, eorumque recordatio altius in pëctoribus vestris, immo multorum qui sanctum Caelitem singulari pietatis obsequio colunt, infigatur.

Oblectamur in primis, quod tanti viri memoria hac data occasione pleniore in luce collocatur, cuius vitae ratio et veluti summa eo potissimum spectavit, ut, omnibus terrenis commodis posthabitis, perfecte « abscondita cum Christo in Deo)) esset.[1] Ex quo enim ipse, iam sacerdos factus patre acerrime repugnante, communem hominis condicionem in foedo propinqui cuiusdam exanimato corpore contuitus est,

[1] Cf. *Col.* 3, 3.

totus ad caelestium rerum contemplationem exsurrexit, seseque in natalis Piceni soli montes abdidit, ut uni Deo adhaereret et Christum cruci affixum imitaretur. Eius tamen exemplum tantum abfuit ut inane sterileque fieret, ut, contra, mirificam vim et efficacitatem assequeretur, secundum illud evangelicum effatum : « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert ».[2] Nam iuvenes bene multi, eius vestigiis insistere cupientes, religiosam institutionem ceperunt, quam ipse ad S. Benedicti sapientem illam Regulam condidit atque excitavit, vivacem veluti surculum e vetusto caudice nascentem. Ac non modo illius regionis incolae illum adierunt, ut in terenda salutis via confirmarentur, sed ultra etiam patrios fines eius sanctitatis fama radiante luce est propalata, ita ut sanctus ille vir mirum in modum Dei nomen et gloriam amplificaret animorumque profectui consuleret.

Haec virtutum documenta, nostra hac aetate nimio plus ad externa bona proclivi, christifidelium mentes ad illud sanctitatis appetendae officium incitare possunt, quod ipsis in sacro Baptismo iniunctum est. Omnes enim Ecclesiae filii, quemadmodum ab Oecumenico Concilio Vaticano II provide inculcatum est, ((cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocantur, qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur. Ad quam perfectionem adipiscendam fideles vires secundum mensuram donationis Christi acceptas adhibeant, ut ... gloriae Dei et servitio proximi toto animo se devoveant ».[3]

At isti potissimum religiosae Familiae, quae Legiferi Patris thesaurum indemnem ad hunc diem servavit, proximae celebritates erunt quam maxime utiles atque profuturae. Quam ob rem te, dilecte Fili, simulque universos Silvestrinos Monacos hortamur, ut, sancti Conditoris studiose repetentes memoriam, eius gressibus fidelius usque insistatis. Vestra etiam cotidiana vita abscondita sit cum Christo in Deo, ut divini scholam servitii[4] cum animorum cura atque sollicitudine coniungatis; quo magis aeternis vacaveritis rebus, eo uberiores fructus apostolica vestra industria edere perget, atque ad omnes huius temporis hominum necessitates magis magisque accommodata aptaque fiet, cum vestrum praesertim sit, sicut sapienter monet S. Benedictus,

[2] *Io.* 12, 24-25.
[3] Cf. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 40: *A. A. 8.* 57, 1965, p. 45.
[4] Cf. *Reg. 8. Benedicti,* Prol.

((nihil amori Christi praeponere »/' eins sanctissimae adhaerere voluntati, et Salvatoris nostri Dei, omnium virtutum archetypi, imbui spiritu et mores in imitationem traducere.

Haec ominati, preces Sancto Silvestro admovemus enixas, ut electae a se conditae gregis Dei portioni superna depropêret auxilia, laeta incrementa conferat, sanctitatis proposita indat usque firmiora. Quorum auspicium ac singularis benevolentiae Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, universis Sodalibus tuis, cunctisque operibus, quae caritati excolendae, provehendis Missionibus et adulescentibus christiana institutione educandis ubique terrarum fovetis, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xiv mensis Novembris, anno MDCCCCLXvir, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad Exc.mum P. D. Iulium Hossu, Episcopum Claudiopolitanum Armenopolitanum, a suscepta consecratione episcopali decem implentem lustra.

Praestans et faustus eventus vitae tuae mox continget, qui, cum perquam rarus obveniat, inusitatam sane magnitudinem superni doni manifesto demonstrat : decem enim impleta celebras hoc anno lustra, ex quo ipse consecratus es Episcopus.

Quam praeclaram occasionem praeterire minime patimur, quin benevolentiam et egregiam existimationem, quibus semper te, Venerabilis Frater, prosecuti sumus, apertius testemur, atque ideo religiosae laetitiae tuae participes anniversariae istiusmodi memoriae recordationem suaviorem tibi faciamus. Accipe igitur sincere et ex animo prompta vota Nostra, quibus iure merito gratulationes et laudes adicimus, cum probe noverimus, pastoralis muneris tui tantum emensum spatium recte factis nobilitatum esse, atque te largara meritorum messem collegisse, quibus fidelis servi et prudentis amplissimam a Deo olim remunerationem poscimus, dum eidem propera iustae opinionis iudicia percupimus.

Eluxerunt quidem in perfunctione praegravis officii patris, magistri, ductoris animorum devovendi te studium, adsidua diligentia, mitis

[5] Ib. cap. IV.

ingenii placidi mores nec minus in rebus adversis mira fortitudo et stabilis constantia. Per angusta et augusta transeuntem virtutis callem tereré scivisti et maluisti, quia pro Christi et Evangelii causa dura, ubi oporteret, sustinere non dubitasti.

Honori tuo etiam hoc praecipue vertit, quod Apostolicae Sedis praeceptis parere, inceptisque favere officium tuum esse duxisti, a quo numquam decedere sanctum tibi sollemneque arbitratus es.

Illud Sanctorum Apostolorum Principum, quorum insigne gloria martyrium hoc anno recensemus, tuo ori et menti crebro insonet, ut in perseverantia dignorum probatione propositorum auxilio et lumine ex alto communiaris et solaciis abundes : *Gloriamur in trïbulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem.*[1] *Communicantes Christi passionibus gaudete ... Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis; quoniam quod est honoris, gloriae et virtutis Dei, et qui est eius Spiritus, super vos requiescit.*[2]

Quod ad rationem agendae ultimae tuae aetatis spectat, in otio sancto, cui vacas, adiuva ardore sacrarum precum et oblata Deo tolerantia maiorum gregem tibi commissum, et, quod ad te attinet, meditare, quiesce. Evola animo ad montes aromatum, ad colles beatae aeternitatis, ubi continuus dies ullum nescit occasum, ubi victor terrestris discriminis, hymnodicis Angelorum choris sociatus, cantat Deo sine cessatione canticum de canticis Sion, nobile perpetuo caput amplectente corona.

Quare bene Nostris ominatis verbis viriliter age et confortare, diu bona valetudine utere, cum pro certo semper habendum tibi sit Nobis auditu esse iucundum quidquid tibi salutare, profuturum, felix, Christi opitulante gratia, evenerit.

Postremum autem est, ut Apostolicam Benedictionem tibi et universis, quorum moderatio tibi est concredita, propensae Nostrae caritatis testem et effusae caelestium munerum copiae auspicem, ultro ac libenter impertiamus, suppliciter invocata deprecatione Deiparae Virginis Mariae, quemadmodum Apostolorum ita Episcoporum Reginae.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Novembris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

[1] *Rom.* 5, 3.
[2] *1 Petr.*, 4, 13, 14.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PLUVIENSIS
(TILANARENSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioeceseos

Apostolicis sub plumbo Litteris « Qui aeque ... », diei 22 mensis Iulii anno Domini 1961, dioecesis Pluviensis erecta fuit ac metropolitanae Ecclesiae S. Iosephi in Costarica suffraganea constituta.

Nunc vero Excmus P. D. Romanus Arrieta Villalobos, Episcopus Pluviensis, vota quoque cleri omniumque fidelium exprimens, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut dioecesis Pluviensis ab episcopali sede, in urbe vulgo *Tilaran* exstanti, Tilaranensis appellaretur.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Antonini Limongi, Archiepiscopi titularis Nicaeensis in Haemimonto, in Republica Costaricensi Apostolici Nuntii, porrectis precibus annuendum censuit.

Proinde vigore specialium facultatum a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI sibi tributarum, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut memorata dioecesis et Episcopus pro tempore Pluviensis posthac *Tilaranensis* appelletur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 15 mensis novembris anno 1967.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Pro-Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

ARCIS ROSEBERY
(MANSAËNSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioeceseos

Cum Excmus ac Revmus Dominus Alafridus Poledrini, Archiepiscopus tit. Vazaritanus et Apostolicus in Zambia Pro-Nuntius, proposuisset ut praesens denominatio dioecesis Arcis Rosebery ita permutaretur ut deinde *Mansaënsis* nuncuparetur, iuxta novum nomen vulgo Mansa nuper urbi Fort Rosebery datum, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Pro-Nuntii Apostolici inhaerendum censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssnio Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens in re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 22 mensis novembris a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. $ S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

. II .... - %

ABERCORNENSIS
(MBALAËNSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis dioeceseos

Cum Excimus ac Revmus Dominus Alafridus Poledrini, Archiepiscopus tit. Vazaritanus et Apostolicus in Zambia Pro-Nuntius, proposuisset ut praesens denominatio dioecesis Abercornensis ita permutaretur ut deinde *Mbalaënsis* nuncuparetur, iuxta novum nomen vulgo Mbala nuper urbi Abercon datum, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudata Pro-Nuntii Apostolici inhaerens dum censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, supra-inemoratam propositionem adprobavit ac praesens in re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 22 mensis novembris a. D. 1967.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

MATRITENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Claudii López Bru, marchionis; de Comillas, viri laici.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

« Omnis perfectionis divinus Magister et Exemplar, Dominus Iesus, sanctitatem vitae, cuius Ipse et auctor et consummatur exstat, omnibus et singulis discipulis suis cuiuscumque conditionis praedicavit : « Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est » *(Mt.* 5, 48) ... Cunctis proinde perspicuum est, omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari, qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur » (Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 40). Nec ullo tempore defuerunt viri ac mulieres qui tam nobili vocationi gratiae divinae ex intimo corde respondentes totam vitam suam devoverunt Christo et Corpori Eius quod est Ecclesia.

Inter quos merito adnumerandus est Dei Famulus Claudius López Brú, marchio de Comillas, vir laicus, qui matrimonio iunctus et negotiis terrenis multipliciter implicatus, fulgidum reliquit exemplum pietatis christianae, zeli apostolici atque praesertim ferventissimae caritatis erga Deum et homines.

